poſſet nauis a litoribus hiſpanie vſq; ad indiā ꝑmeare:
ſed velociſſimus planeta vix triginta annis poteſt exple/
re circulū firmamenti: quod tamē paruiſſimum eſt reſpe
ctu vltimi corporis/ſcʒ celi empyrei:vbi ſunt angeli:⁊ ſan
cte anime dei faciem contemplantur.Itē ꝓpter tranquil
litatem ⁊ pacem.Eſa.xxxij.Sedebit populus me⁹ in pul/
chritudine pacis ⁊c.Sed regnū terrenū in turbatiōe eſt.

Regnuʒ mundi chriſtus ꝯtēpſit.

vnde herodes rex turbatꝰ eſt ⁊ oīs hieroſolyma cū illo/
chriſto nato. Matth.ij. Itē propter ſecuritatē. Eſa.xxxij.
Securitas erit vſqꝫ in ſempiternū. ſꝫ regnū terrenū ſemp
eſt cū timore. Iob.xv.ibi: Cunctis diebus ſuis impius ſu/
perbit: ⁊ numerus annorū incertus eſt tyrannidis eius.
Sonitus terroris ſemp in auribus illius: ⁊ quū pax ſit: il/
le inſidias ſuſpicat̄. Seneca: Nō eſt liber q̄ ſeruos ſuos ti
met. Itē ꝑpter affluentiā. Prouerb.viij. Mecū ſunt diui
tie ⁊ gloria. Pſ.lxiiij. Replebimur in bonis domus tue.
item Pſ.xvj. Satiabor: quū apparuerit gloria tua. Exo.
xxxiij. Ego oſtendā tibi om̄e bonū.i. ſummū bonū. in quo
ſolo ſunt omnia bona. Aug. Si bona ſingula creata dele
ctabilia ſunt: cogita in mente ꝙ delectabile eſt illud bo/
nū quod continet iucunditatē omniū bonorū: ⁊ nō qualē
in rebus creatis ſumus experti: ſed tāto differētius quā/
to differt creator a creatura. Si em̄ bona eſt vita creata:
cogita quāto melior vita creatrix. Si bona ⁊ iucunda eſt
ſalus creata: quāto iucūdior eſt ſalus que fecit oēm ſalu/
tē? Si amabilis eſt ſapiētia in cognitiōe creatarum rerū:
ꝙ amabilis eſt ſapiēa/que ex nihilo cōdidit omnia? De/
niqꝫ ſi multe ⁊ magne delectatiōes ſunt in rebus creatis
delectabilibꝰ: quāta delectatio eſt in illo q̄ fecit delectabi/
lia? Sꝫ regnū terrenū eſt in defectu. Seneca. Scias illos
multis indigere qui multa poſſident. Eccl'ſ.v. Ubi mul/
te ſunt opes: ⁊ multi qui comedunt eas. Itē ꝑpter iucun
ditatem. Pſ.xxx. Quā magna multitudo dulcedinis tue
dn̄e ⁊c̄. Bern̄. Uides quō memoriā ſuauitatis huius aīa
exprimere geſtiens verba multiplicat. Hanc dulcedinem
nouit expertus: inexpertus ignorat. quia nemo ſcit niſi q̄
accipit. Apoca.ij. vnde ⁊ alios ad guſtū ſuauitatis inui/
tans. ait Pſ.xxxiij. Guſtate et videte q̄m ſuauis eſt dn̄s.
Sed regnū terrenū eſt in merore. j. Macha.vj. poſt prin.
In quātā tribulationē deueni: ⁊ in quos fluctus triſtitie
in qua nunc ſum ⁊c̄. verba ſunt Antiochi regis. vbi ⁊ dr:
Ut audiuit rex ſermones iſtos expauit: ⁊ cōmotꝰ eſt val/
de: ⁊ cecidit in lectū: ⁊ incidit in languorē pre triſtitia ⁊c̄.
quod ſequit̄ hoc eſt regnū chriſti qđ nō eſt de hoc mūdo: — *Chriſtꝰ rex tēpo/ralis.*
quia contrariū huic mundo. ¶ X Mor etiā chriſtus vere
rex fuit tēporalis: ⁊ per conſequens papa ſuus vicarius:
apparet ex dictis Richardi ſup Apocalyp.j.c. ſuper ꝟbo:
Princeps regū terre/dicētis: Reges ſunt triplices. Qui/ — *Reges triplices*
dam regunt ſibi ſubditos quoad terrena: vt principes ſe/
culares. Quidā quoad ſpiritualia: vt eccleſiarū rectores.
Quidā regūt ſemetipſos: vt ſinguli fideles. Chriſtus eſt
princeps omniū regū: quia ab ipſo eſt omnis poteſtas ſe/
cularis ⁊ cura paſtoralis ⁊ ſingularis ſolertia cuiuſqꝫ fi/
delis: que cuncta ſicut ab ipſo habēt originē/ſic ſm ipſuꝫ
habere debēt actionē: vt principes per poteſtatē ſecularē
inter ſubiectos ſibi homines teneāt iuſtitiā. facit.xxiij.q.
v. regū. Paſtores per curam paſtoralē/fidelibus ſibi com
miſſis prebeāt doctrinā. facit.xliij.diſt. epheſijs.xj.q.iij. no
lite. ⁊ ſinguli fideles ꝑ ſingularē ſolertiā in ſemetipſis ſer
uent ſanctimoniam. ar.ij.q.j. ſcelus. et illud. j. Per.ij. Uos
eſtis genus electū regale ſacerdotium ⁊c̄. Principes ſibi
ſubiectis debent contra raptores homines defenſionē.
Paſtores ouibus ſibi cōmiſſis/contra impugnantes de/
mones inſtructionē. ſinguli autē ſibimetipſis cōtra vitia
reluctationē. hucuſqꝫ ſi. Sic ergo chriſtus ⁊ eius vicariꝰ
papa imperator celeſtis eſt. ex̄ de elec. fundamenta. §. ne
autē. ibi: Imperator celeſtis inſtituit. ⁊.xj.q.iij. iulianus. ⁊
rex celeſtis ⁊ terrenus. vt ex̄ in prohe. decretaliū: Rex pa/
cificus: ⁊ regnū ſuū ſpirituale/nō carnale/non ſit de hoc
mundo: quia caro ⁊ ſanguis regnū dei nō poſſidebunt. j.
ad Cor.xv. ad ſi. inſinuans etiā ꝑdicta verba: Regnum
meū nō eſt ⁊c̄. illos ad regnū huius mundi pertinere: qui
auxilio humanarū viriū: nō diuino preſidio ab imminēti
iniuria ſe tueri contendunt. ſic exponit dicta ꝟba domini
Gratianꝰ.xxiij.q.iij.c.j. vbi dicta verba ponunt̄. ¶ Y Mor
etiam in iſto puncto vult a ſe excludere caliginem intelle
ctus/papam nō cōſiderat hominē: ſed deū quodāmodo/
quia vicariū. ex̄ lib.vj. de elec. fundamenta. §. ne autē. ibi:
Ipſiqꝫ romani pontificis vicarij dei. et e.ti. vbi periculū.
§. ceterū. Creatione vicarij ieſu chriſti ſucceſſoris Petri/
rectoris vniuerſalis eccleſie/gregis dominici directoris.
ex̄ vt eccle. bene. vt noſtrū. §. porro. ibi: Qm̄ etſi locum dei
teneamꝰ in terris ⁊c̄. ex̄ de tranſla. quanto. ꝟ. nō em̄. Non
em̄ homo: ſed deus ſeparat quos romanus pontifex qui
nō puri hominis/ſꝫ veri dei vicem gerit in terris. ⁊.j. Nō
humana: ſed diuina potius authoritate diſſoluit. cum ſi.
Sicut ergo nullus fidelis dubitat q̄n chriſtus fuerit rex
⁊ ſacerdos: ⁊ rex celi ⁊ terre. vt ex̄ de ſum. trini. c.j. §. vna.
⁊ Apoca.xvij. ⁊.xix. ⁊.j. Timoth.vj. ibi: Rex regū ⁊c̄. ⁊ con
ditor omniū celeſtiū ⁊ terreſtriū: quia omnia per ipſum/
ſcꝫ verbū/ſcꝫ filiū dei/facta ſunt. Ioā.j. ⁊ vna perſona in
duabus naturis. vt pre.c. de ſumma trini.c.j. §. hec ſancta.
⁊ hec om̄ia. ſ̄. arti. proximo. ⁊.xiij. latius ſuperius ſunt ꝓ/
bata. ¶ Z Sic nullus catholicus dubitare debet quin — *Papa*
ſummꝰ vicarius generalis in terris pariter vtramqꝫ ha/ — *in terris*
beat poteſtatē: immo nō longe eſſet ab hereſi contrariuꝫ — *vtramqꝫ*
pertinaciter affirmare: quia eſſet negare filiū dei condito — *habet*
rem terre ⁊ regē: ⁊ ſic ponere duo principia cū hereticis — *ptātem*
marchioniſtis.xxiiij.q. vlti. quidā. ꝟ. marchioniſte. Itē q:
omnis poteſtas ab eccleſia eſt: vt. ſ̄. probatū eſt. q: extra
eccleſiā nulla poteſtas aut iuriſdictio vera eſt: vt eſt exp̄ſ/
ſum.xxiiij.q.j. §. ſed illud. ⁊ de hoc etiā. ſ̄. ſatis tactum eſt.
Tertio ad illud quod dicit̄: ꝙ imperator ex electione ha/
bet ius in imperio: ⁊ pōt adminiſtrare ante confirmatio
nē pape: vt legitur ⁊ no.xciij. diſt. legimus. ⁊ no. Innoc̄. ⁊
Oſtien. ex̄ de elec. venerabilē. Reſpondeo ꝙ nō ꝑpterea
negatur ꝙ papa vtramqꝫ non habeat poteſtatē: quia ius
quod imperator habet: ex electione cōcordi habet. q: ele/
ctus ab illis quos papa ⁊ eccleſia cōſtituit electores. Nā
illi qui eligunt imperatorē a papa habuerunt hoc ius eli
gēdi: vt pre.c. venerabilē. ⁊ pre.c. romani principes. ex̄ in
clemen. de iureiur. j. rn̄ſo. vbi de hoc. ergo originaliter ius
iſtud a papa ſibi cōpetit mediantibus electoribus. ſimile
ad hoc: quia apoſtoli elegerunt.lxxij. diſcipulos.xxj. diſ. in
nouo. ⁊ tamē dn̄s dicitur eos inſtituiſſe.xxj. diſti. §.j. quia
quod per alios fecit per ſe feciſſe dicit̄. vt ibi no. in glo. ſꝫ
contra. item quia etiam ſm glo. nō cōſequitur imperator
exercitiū adminiſtrandi/etſi conſequat̄ ius ex electione:
vt no.lxiij. diſt. quanto. de hoc. j. arti.xl. in ſi. ⁊ ar.xliij. ꝟ. et
ꝙ nō. Quarto ad illud. c.xcvj. di. ſi imperator. vbi dicit̄ ꝙ
diuinitus imperator conſecutus eſt ſuā poteſtatē. ⁊ ad il/
lud quod dicitur ibi in glo. argumentando/nō ergo a pa
pa: reſpondeo ꝙ hoc nō ſequit̄ ex textu: ſed eſt fallacia cō
ſequentis. ſicut nō ſequitur gentes diuinitus ſunt conſe/
cute baptiſmū: ergo nō mediantibꝰ apl'is. ſimiliter aaron
⁊ filij eius diuinitus conſecuti ſunt ſacerdotiū: ergo non
mediante moyſe: quū Exo.xxviij. dixerit deus moyſi: Ue/
ſties his omnibus aaron fratrē tuū ⁊ filios eius cū eo: et
cunctorū cōſecrabis manus: ſanctificabiſqꝫ illos vt ſacer
dotio fungant̄ mihi. ⁊ de hoc.xxj. diſ. §.j. ibi: q̄ ex precepto
dn̄i aaron ⁊c̄. ſic qđ papa facit: deꝰ facit. ex̄ de trāſla. q̄nto.
ꝟ. nō em̄. ⁊ quod imperator habet ab eccleſia: a deo habꝫ.
Nūquid em̄ nō habet approbationē ſui iuris/cōſecratio/
nem/vnctionem ⁊ diadema a deo: ex quo habet a papa.
vt pre.c. romani principes. de iureiur. quis ſapiens nega/
ret hoc? Deus em̄ aliqua facit immediate vt que creat: ali
qua ꝟo mediante creatura: vt. ſ̄. in exēplis poſitis. ſ̄. et in
Exodo frequēter dicit̄: Locutus eſt dn̄s ad moyſen. ⁊ in/
telligunt ſancti per interpoſitā creaturā per angelum. et
vtraqꝫ poſſunt dici diuinitꝰ eſſe facta. Ad. c.iiij.xxiij.q.iiij.
quod dicit poteſtates tēporales a deo fuiſſe cōceſſas: ve/
rū eſt quia om̄is poteſtas/ſiue imperialis/ſiue alia/a deo
eſt immediate ⁊ principaliter. ad Roma.xiij. in prin.xxiij.
q.j. quid culpatur. ⁊ mediate: quia poteſtas ſub poteſta/
te eſt.xj.q.iij. qui reſiſtit. quia miles a poteſtate recipit gla
dium.xxiij.q.v. miles. ⁊ imperator ab eccleſia: vt. ſ̄. pluri/
mū eſt probatum. Quinto ad. c. illa. hadrianꝰ.ij. ⁊. c. ſeq.

Iuriſdictio antiquoꝝ imperatoꝝ.

lxiij.di.que loquunt̃ de poteſtate quã habebant olim imperatores ſupra eccleſiã/leuiter reſpõdet̃: quia illam poteſtatẽ dedit eis eccleſia pro tempore ⁊ pro cauſa:quibus ceſſantibus ceſſauerunt priuilegia illa. ⁊ que ad ꝑniciem eccleſie trahebant̃.j.q.j.quod pro remedio.⁊.q.vij. qꝺ ꝓ neceſſitate.vbi de hoc. et nihilominus imperatores illis priuilegijs renuntiauerũt. et hec duplex ſolutio ponitur. lxiij.di.§.verũ. Ad ſextũ iterũ qꝺ dicit̃ de glo.poſita pre.c. hadrianus.ij.que dicit. Fateamur ergo imperatorẽ dñm mundi:cõcedendũ eſt in gradu ſuo:ſed ſub papa ſicut.ſ. probatũ eſt. Item dñs eſt mũdi quantũ ad executionem gladij tẽporalis/quo regulariter papa nõ vtitur: licet ab eo ſit:vt ſimiliter ſuperius eſt probatũ. Sexto ad illud qꝺ dicit̃ ꝙ iuriſdictiones ſunt diſtincte.vt.x.di.qm̃.⁊.xcvj.di. quũ ad verũ.quũ habeant diſtinctos fines atqꝫ obiecta ⁊ actus:concedo.ex hoc tñ nõ ſequit̃ quin vtraqꝫ poteſtas ſit in eodem:potiſſimũ quũ poteſtas temporalis reducat̃ in ſpiritualem velut in cauſam:⁊ in multis caſibus papa actus exerceat vtriuſqꝫ vt ſuperius eſt probatuꝫ. Itẽ iſta diſtinctio iuriſdictionis eſt quantũ ad executionẽ ꝓpter cauſam aſſignatã in.c.qm̃.⁊ quũ ad verũ. ſicut etiã proxime in alia obiectione dixi. Septimo ad.c.ſi duobus.ex̃ de appel.qꝺ dicit ꝙ nõ põt appellari ad papã a ſec̃lari iudice:fateor regulariter.quia papa nõ intromittit ſe de executione iuriſdictionis in tẽporalibus faciẽda: ſed eã imperatori committit: ne ſecularibus negotijs implicet̃.vt pre.c.quũ ad verũ.⁊ prori.dictũ eſt. ¶ Aa Octauo ad illud quod dicit̃ ꝙ eccleſia ſoluit tributũ imperatori.xj.q.j. ſi tributũ.⁊.c.magnũ.cum ſi.verũ eſt: quia res tranſit cũ onere ſuo.ex̃ de deci.paſtoralis.⁊.c.quũ non ſit in hoĩe.et no.xxiij.q.viij.§. hinc datur.⁊.c.tributũ. in glo. quia cum onere. Nam agri tributarij de quibꝰ dñs tẽporalis tributũ certũ habebat:ſi ad eccleſiã perueniant: iuſtũ eſt ꝙ eccleſia ſoluat quod ſoluebat ille qui eccleſie prediũ vendidit vel donauit:nec ipſa ſubijcitur eccleſia dño temporali vel regibus:vt probatur precedenti.c.tributũ.xxiij.q.viij. ibi:Quia nõ eccleſia dari:nõ põtificalis apex ⁊ ita ſubijci regibꝰ põt. Soluit etiã eccleſia hoc tributũ pro cauſa quã ibi aſſignat vrbanus:ſcꝫ pro pace ⁊ quiete qua tueri ⁊ defenſare debent imperatores eccleſiã ⁊ clericos. Nõ aũt eccleſia tenetur ſoluere tributũ de decimis ⁊ oblationibus: vt tangitur e.q.ſecundũ. Nec ſoluit eccleſia in aliquo munera perſonalia:nec angarias/nec ꝑangarias:vt de hoc plene.xvi.q.j.§.nouaꝝ.cũ.l.ſeq.placet.legit̃ ⁊ no.ex̃ de immu.eccle.nõ minus. Nec ſoluit aliquid de predijs que ad eã libere peruenerunt:quia bona eccleſiarũ ⁊ clericoruꝫ libera ſunt ab om̃i ſeruitio tẽporali: vt legitur ⁊ no. ex̃ de vita et hone.cleri.ex literis. Ratio etiã alia quare ſoluat eccleſia tributũ de predijs que eadẽ tributaria peruenerunt aſſignat̃.xj.q.j.magnũ.vt doceat omnes debere eſſe ſubiectos ſublimioribus poteſtatibus/ſm̃ apoſtolos petrũ ⁊ paulũ.j.Pet.ij.⁊ ad Rom̃.xiij.⁊ ne quis conſtitutionẽ terreni regis eſſe ſoluendã putet. ¶ Bb Item ad id nono quod dicit̃/ꝙ filius dei ſoluit tributũ. Matth.xvij. ⁊ pre.c.ſi tributũ.verũ eſt nõ ex debito:ſed vt nõ ſcandalizaret alios:vt no.xj.q.iij. magnũ.i glo. nõ ex debito.vnde ⁊ dñs ait Petro p.c.xvij.Matth. Quid tibi videt̃ ſimõ? Reges terre a quibus recipiunt tributũ vel cenſum:a filijs ſuis an ab alienis? Et ille dixit:Ab alienis. Dixit illi Ieſus:Ergo liberi ſunt filij. Ut aũt nõ ſcandalizemus eos: vade ad mare ⁊c.ad idem.xxviij.q.j. iã nunc. ad finẽ.ibi: Unde ⁊ ipſe dñs prius quũ nõ ſe ſoluere tributũ debere demonſtraret: ſoluit tñ ne ſcandalizaret eos/quibus ad eternã ſalutẽ gerens morem conſulebat. ¶ Decimo ad illud Pauli ad Rom̃.xiij. Omnis anima ſubdita ſit plato ſuo:verũ eſt.⁊ ſi bonus eſt:nutritor eſt.ſi malus fuerit: erit tentator.dicit ibi glo. Sed ex hoc nõ poteſt argui eccleſiam ſubiectã imperio. Sed arguitur ꝙ cenſus ſignuꝫ eſt ſubiectionis.ex̃ de cenſi. omnis anima. quod verũ eſt in eo q̃ ſoluit quia obligatꝰ eſt ſoluere:vt ecc̃ľia pro ꝑdio

Imperator: quõ intelligitur dñs totiꝰ mũdi.

tributario:vt ſuperiꝰ dictũ eſt ⁊ quare/ſed nõ ſimpliciter vt.ſ.probatũ eſt. ¶ Undecimo ad id.j.Pet.ij. Serui ſubditi eſtote oĩ humane creature ꝓpter deũ:ſiue regi tanqꝫ precellẽti ⁊c.rñdet Innoc.iij.ex̃ de maio.⁊ obe.ſolite.ibi: Scribebat eñ apľus ſubditis ſuis:⁊ eos ad humilitatis meritũ ꝓuocabat. Nã ſi per hoc quod dixit: ſubditi eſtote ſacerdotibus voluit imponere iugum ſubiectionis:⁊ eis plationis authoritatẽ auferre quibꝰ ſubditos eſſe monebat:ſequeretur ex hoc ꝙ ſeruus quilibet in ſacerdotes imperiũ accepiſſet.⁊.ſ.ꝙ autẽ ſequitur regi tanqꝫ precellẽti: nõ negamus quin precellat imperator in tẽporalibꝰ illos duntaxat qui ab eo recipiunt temporalia ⁊c. Sed pontifex in ſpiritualibus antecellit:que tanto ſunt tẽporalibꝰ digniora:quanto anima prefert̃ corpori: ⁊ qui dicit põtifex:nõ dicit ſummus qui ꝓprie dicitur papa.xxj.diſt.§.j.⁊ qui etiã in tẽporalibus antecellit:vt ſuperius eſt pluries probatũ. Sed quilibet pontifex maior eſt imperatore: vt xcvj.di.duo ſunt.vt.ſ.dictũ eſt. Ex predictis ergo clare pꝫ papa vniuerſalis monarcha totiꝰ populi chriſtiani et de iure totius mũdi:ita ꝙ velit nolit quicũqꝫ viator pape de iure ſubijcitur vt plato. ¶ Duodecimo ad illud qꝺ dicit̃ ꝙ imperator poteſt papã iudicare ſi papa reperiat̃ a fide deuius.qꝺ nõ probatur niſi exemplo Othonis primi regis theutonicorũ:qui vt fertur cum clero ⁊ populo romano Ioan.xij.depoſuit a papatu. Dico hoc falſuꝫ eſſe:quia papa in hereſi etiã incorrigibilis iudicari nõ põt ab imperatore:ſicut de hoc ſatis dixi.ſ.in.iij.iiij.xij.et.xxxj.arti. Nec eſt trahendũ ad conſequentiã factũ Othonis: quũ ſibi tunc conceſſa fuerit licentia a leone papa: ⁊ poteſtas ordinandi eccleſiã romanã:⁊ eligendi ſummũ pontificẽ. lxiij.diſt.in ſynodo. Cui priuilegio renũtiauerũt poſtmodum imperatores romani. vt dixi.ſ.ꝶ.v.in ꝓcedẽti folio. hic adde quod ſcripſi ſuper hoc latius.j.in.lxviij.ar.in.§. ad id quod no.in pre.c.in ſynodo.ꝙ papa põt dare poteſtatẽ imperatori in caſu hereſis/dixi contrariũ.ſ.in.xxxj. quum aũt.iiij.ꝶ.qꝺ ꝶo papa.ar. ⁊ probaui. vbi vidẽdum eſt. Nõ debemus aũt attendere ad factũ Othonis:quia nõ eſt exẽplis/ſed legibus iudicandũ.C.de ſentẽ. nemo. de hoc.no.xx.diſt.de quibus.leges aũt infinite ſunt in cõtrariũ:ꝙ nũqꝫ debet neduꝫ papa:ſed nec aliquis clericus a ſeculari iudice condemnari.ex̃ de iudi.at ſi cleri.⁊.c. decernimus.⁊.xj.q.j.quaſi per totũ.⁊ adde quod no. in pre. ar.iij.iiij.xij.⁊.xxxj. ¶ Cc Maxit bauarus in imperio intruſus olim dux bauarie/cum populo ſtulto ⁊ infideli et furioſo ⁊ clero phantaſtico romano adulãte ſibi in furia theutonica iuxta illud Gualteri in Alexandro Theutoniculꝫ ſuũ retinet in ore furorẽ ⁊ in inſipientia ſua ⁊ vindicta dñm papã Ioan.xxij.in cuius tempore ſcribo hunc librũ:depoſuerũt in vrbe:⁊ ſibi ſubſtituerũt de facto pſeudo religioſum de ordine minorũ fratrẽ Petrũ de Corbaria:quẽ cognoui in vrbe verũ hypocritã quũ cõuentualis eſſem ibi rome in ara celi decimantẽ mentã. Matth. xxiij. ⁊ anetũ/in quibuſdã abſtinentijs exterioribus et in aperto:⁊ in abditis loculos cõpilantẽ: ⁊ inter mulierculas romanas quaſi continue reſidentẽ ⁊ gloriã aucupantẽ.⁊ ſicut mihi teſtimoniũ ꝑhibuerũt miniſter illius prouincie romane ⁊ cuſtodes tũc quũ eſſemus in magno cõcilio de facto eius ⁊ alioꝝ/qui eccleſie ⁊ ordini rebellauerant ananie minus habentẽ/ſcꝫ in caſtitate:⁊ ſic fidẽ paupertatis ⁊ mũditie ⁊ obedientie:que ſunt legis grauiora relinquentẽ. Matth.xxiij. Hoc mĩnꝰ etiã eſt ad cõſequentiã deducendũ:q2 nedũ imperator nõ eſt/ſed intruſus in imperio ⁊ tyrannus:⁊ lupus rapax deuorans nedũ oues eccleſie obedientes ſancte eccleſie matri ſue a dextris ſtãtes. Ioan.x. ſed etiam hedos peduleos et olidos ſm̃ glo. Matth.xxv.ſtãtes a ſiniſtris facientes ſibi filios degeneres ⁊ infrunitos.xcvj.di.in ſcripturis.⁊ hoſtis eccleſie manifeſte.xciij.di.ſi inimicus.⁊ ab ea iuſto iudicio reprobatꝰ ex̃ lib.vj.fundamẽta.§.quid plura.⁊ ab eodẽ papa Ioan. de hereſi ſententialiter cõdemnatus. Qualẽ ergo ſenten

Papa monarcha vniuerſalis

riam dare potuit in imperio intruſus contra papā catholicū: cui tota eccleſia ſicut tenetur obedit: et tenet eum ꝓ papa: nō auditū/nō cōfeſſum/nō conuictū/nō rei euidentia hereticū. contra illud. xxi. di. nunc aūt. ix. q. iij. nemo. ij. q. j. nos i quēq̄. quū. v. c. ſeq. ex̄ de coha. cle. ⁊ mu. veſtra. ⁊ ca. vlti. ex̄ in clemē. de re iudi. paſtoralis. cū multis ſi. que em̄ ab intruſis ſiūt: nō tenent vt legit̄ ⁊ no. de conſe. di. j. hic ergo. Quomō potuit: quia nō potuit iſte bauar⁹ dn̄m papā Joan. accuſare. quū ſibi nō obediat. iij. q. iiij. alieni. ibi: Aut apoſtolice ſedis iuſſionibus inobedientē ſuſcipere nō debemus. ſupple in accuſationē. Itē q: infamis: q: iuſſa apoſtolice ſedis libenter tranſgreditur. cauſa. e. ⁊. q. ca. ſi quis. Itē bauarus contra papā conſpirator cū ſuis gibellinis fuit. nō dico de omnibus: ergo papā accuſare nō potuit. e. cauſa ⁊. q. conſpiratores. Item excommunicatus multis excommunicatiōibus papam accuſare nō potuit. cauſa. e. nullus. ⁊. c. omnes. Itē bauarus pape inſidiator ⁊ detractor ab accuſatiōe ſua repellit̄. cauſa e. ⁊. q. clericus qui. ⁊. c. detractores. Itē bauarus ſacrilegus ꝓpter multorū clericorū ⁊ religioſorū captionē/⁊ multarū eccleſiarū ⁊ monaſterioꝝ inuaſionē. xij. q. j. nulli. c. q̄ abſtulerit. c. de viro. xvij. q. iiij. ſacrilegiū. c. oēs raptores. c. q̄ rapit. c. ſi quis ſuadente. ⁊ quaſi per totū. vide hic de bauaro vſq̄ ad ℣. ſequen. qui incipit: Ad hec etiā. ⁊. xxiij. q. iiij. quid ergo. ex̄ lib. vj. de re iudi. ad apoſtolice. necdū nō papā: ſed nec aliū accuſare pōt. iij. q. iiij. nulli vnq̄. ⁊. q. v. cōſtituimus. Itē bauarus eccleſie ⁊ dn̄i pape publicus hoſtis ⁊ inimicus capitalis/papā accuſare nō potuit nec in eū ſententiā ferre. etiā ſi al's iudex ſuus fuiſſet. iij. q. v. accuſatores ⁊ teſtes. vbi de hoc. ex̄ de ſimo. p tuas. j. vbi de hoc. ⁊ vt lite nō conteſtata. accedēs. ij. de accuſa. quū oporteat. vbi de hoc. iiij. q. iij. §. item in criminali. ⁊. iij. q. v. nullus ſeruus. ¶ Itē iſte bauarus armauit ſe cōtra papam ad literā. vt ꝑm glo. conuiciando vel diffamādo eū. ergo contra eū vel contra quemlibet epm admitti nō debet in aliquo. ad hoc. iij. q. v. oēs. Omnes qui aduerſus patres armant̄: vt patrū inuaſores infames eſſe cenſem⁹. ⁊. j. qm̄ iubent canonica decreta patrū: vt accuſatio vel teſtimoniū eorū qui odio quoſlibet pſequunt̄: vel qui inimici aut ſuſpecti habent̄: nullo mō recipiant̄. idem. vj. q. j. ſacerdotes. Qr aūt contra eū ſententiā ferre nō potuit inimicus: ptʒ. iij. q. v. ꝙ ſuſpecti. vbi de hoc. vn̄ dicit̄ ibi: Quia ſuſpecti ⁊ inimici iudices eſſe nō debent: vt ipſa ratio dictat: et plurimis probatur exēplis. nā quid gratius ⁊ amabilius dare quis inimico poteſt: ꝙ ſi ei ad impetendū cōmiſerit: quē ledere forte voluerit: ⁊. j. vbi athanaſius a ſuo patriarcha canonice cōdemnatus: quia proclamauit ꝙ inimicus eſſet: a ſynodo chalcedon̄. recipere ſuā eccleſiam iudicatur. et. j. Quero inquit iudiciū quod pretendūt: vbinā poſſit agitari: an apud ipſos/vt iidem ⁊ inimici ſint ⁊ teſtes ⁊ rei iudices? Qr ſi in iudicio vbi iidem ſunt inimici qui iudices: nec humana cōmitti debent iudicia: quanto magis diuina. i. eccleſiaſtica: quis ſapiēs ⁊ nō intelligat? ⁊. j. Nam quodāmodo naturale eſt ſuſpectoꝝ iudicū inſidias declinare: ⁊ inimicorum iudicium velle refugere ⁊c. de iſtis inimicis legit̄ et no. ex̄ de offi. del'. inſinuante. vbi etiā no. ꝙ minor inimicitia repellit iudicē ꝙ teſtē. ⁊ de accu. quū oporteat. Itē bauarus excōmunicatus ⁊ hereticus condemnatus/dare ſententiā nō potuit cōtra papā. ex̄ de re iudi. ad probandū. xxiiij. q. j. §. ſin autē. cū ſi. Quō ergo miſer iſte bauarus ſecularis ⁊ inferior: et tot dictis laqueis irretitus/ꝓcedere potuit cōtra papam cōtra illa omnia. c. xxj. di. §. in his oībus. cū. c. ſeq. vſq̄ ad ſi. di. ſed ⁊ conciliolū vel potius conuenticulū qd̄ rome ſup hoc fecit. tūc prope romā erā per tres leucas in eremitorio montis comparris a perſecutione ⁊ facie bauari fugitiuus in terra guelforū: acephalū liquet eſſe. vbi de tāta poteſtate ſcʒ dn̄i pape agebatur: ⁊ maiorū nō fuit expectata ſentētia. vt. xxj. diſt. ſubmittit̄. Uere etiā poteſt dici in hac parte Bauarus beſtia lapidanda: quia montē tetigit. ad Heb. xij. Exod. xix. Beſtia inquā ſimilis vrſo: de qua Dan̄. vij. q̄ in parte ſtetit: quia diuiſionē in eccleſia fecit: ⁊ ab vnitate eccleſie receſſit: quia vnitas nō capit diuiſionē. xxiiij. q. j. loquitur. ⁊ tres ordines dentiū erant in ore ei⁹: quia ad literam iſte cū pſeudo ⁊ apoſtatis religioſis triū ordinū/ꝑdicatorū/minorū/⁊ eremitarū/eccleſiā momordit: ⁊ cōtra eam latrauit ⁊ dicebatur ei: Surge comede carnes plurimas. Dan̄. vij. quia per diuiſionē ſuā multa ſunt milia hominū interfecta. ⁊ deuorauit obedientes eccleſie plebes: ⁊ earū carnibus ſaturatus eſt. quarū tamē ⁊ quorū ſanguinis reus eſt: quia ipſe in iſtis homicidijs caput ⁊ principalis eſt: ⁊ eius precepto defenſione auxilio ⁊ cōniuentia fuſus. legit̄ ⁊ no. de hoc diſ. l. de his. ⁊ ex̄ de homi. ſicut dignū. Urſo etiā ſimilis qui vorax eſt: quia ipſe magnam partē italie ⁊ aliquā theutonie directe vel indirecte depredatus eſt. ⁊ animal inquietū: quia bauarus nec mēte nec corpore quieſcit: ſed profugus vt cayn a facie dn̄i dei ſui ⁊ eius vicarij: ⁊ vagus per terrā gradit̄ hinc inde. Gen̄. iiij. Urſus in abditis habitat. ⁊ bauar⁹ nō in medio eccleſie. Ps̄. xxi. vt dn̄s noſter ieſus chriſtus. ſed extra eccleſiā conuenticula fabricat. Urſus etiā caput habet debile: ⁊ bauarus diadema ſibi impoſuit ſine iure. Mōtē tetigit hec beſtia: q: dn̄m papā diffamauit/⁊ de facto papatu ꝓuauit. ſed mons iſte ſummus apoſtolicus ſup alios montes reſidēs: quia primus ⁊ ꝓcipuus ſuper oēs epos: ſicut petrus ſuper omnes ap'los alios. xxj. diſ. in nouo. ⁊. c. ſequē. ⁊. iij. q. vj. dudū. ⁊ ex̄ de elec. fundamēta. li. vj. vbi ap'li mōtes vocant̄: immobilis perſeuerat/q: fundatus eſt ſupra firmā petrā. Matth. xvj. eccleſiā catholicā: cui⁹ caput eſt ⁊ chriſti vicarius ⁊ petri ſucceſſor. xix. diſ. ita dn̄s. Mons inquā in quo beneplacitū eſt habitare deo vſq̄ in finem. Ps̄. lxvij. q: vere ipſe in eccleſia eſt: et eccleſia in ipſo. vij. q. j. ſcire. Lapidabitur inquā iſta beſtia a vicario illius lapidis. i. chriſti: quē bauarus reprobauit: quia lapis chriſtus duos parietes in ſe poſitos in angulo coniunxit/ſcʒ populū iudeorū ⁊ gentiliū. ⁊ de eis fecit vnā eccleſiā: quā diuiſit iſte bauarus beſtialis quantū in ſe fuit: crudeliter vaſtans eā. ⁊ ſicut eccleſiā reprobauit: ita eū eccleſia lapidauit. i. condemnauit/anathematizauit/⁊ omni iure: qd̄ ſe dicebat habere in imperio priuauit: ⁊ ducatu bauarie. Beſtia etiam montē tangit: qn̄ ſuperbus excellentiā ambit: vt iſte bauar⁹ qui imperiū vſurpauit. vnde Nabuchodonoſor ſuperbus cū feris beſtijs habitare: ⁊ fenū vt bos comedere a deo condemnatus eſt. Dan̄. iiij. de peni. di. j. c. voluiſſent. §. ex his nāq̄. ℣. nabuchodonoſor. Os etiam iſte bauar⁹ in celū. i. dn̄m papā ſanctū: quia celi ſancti dicunt̄. vn̄ Ps̄. xviij. Celi enarrant gloriā dei. poſuit. lingua eius ſuper terrā tranſeunte. contra illud. xxij. di. intm̄. Cōtra aūt iſtū preſumptuoſum bauarū dici poteſt: O pſumptio neq̄ſſima vnde creata es? Eccl'i. xxxvij. poterit rn̄deri ab illo qui dixit in corde ſuo. Eſa. xiiij. In celū conſcendam: ſupra aſtra celi exaltabo ſoliū meū. cuius iſte p imitationē ſe filium manifeſtat: ſoliū ſuū exaltare cōtra deū ⁊ eccleſiam preſumens: aſcendens inquā cōtra celum papam: qui eſt omnia ſua iuriſdictione continens ⁊ concludens. ⁊ ſuper aſtra celi. i. ɔtra dn̄os cardinales q̄ ſunt velut aſtra refulgētia. ar. ex̄ de magiſtris. c. ſi. in hoc celo. Sʒ timendū eſt ſibi ne ſequat̄ quod ſubiungit̄ in ꝓpha. Uerumtamē ad inferna detraheris in ꝓfundū laci. qd̄ intelligendū eſt niſi finaliter reſipiſcat: ⁊ ad eccleſiā reuertat̄: que ſibi nō claudit gremiū redeunti. C. de ſum. trini. ep'la inter claras. ex̄ de hereticis. ſup eo. li. vj. ſicut nō petro de corbaria antipape clauſit tēpore meo ad eccleſiā redeūti. De iſto etiā bauaro pōt dici illud Thren̄. iij. Quis eſt iſte qui dixit vt fieret: dn̄o nō iubente: hic em̄ dicit vt fiat ſibi reuerētia vero imperatori debita: dn̄o velit nolit ſuo ſcʒ papa nō iubēte: immo iuſte cōtradicēte. vt pʒ ex ſuperiorib⁹ declaratis. Uidet̄ etiā eſſe ille chanaan: de quo d: Oſee. xij. ꝙ in manu eius ſtatera doloſa: ⁊ calūniā dilexit. Chanaan interꝓtat̄ zelus ꝓpl'i. ⁊ iſte ſub mentito zelo ꝓpl'i: q:

dicit ꝙ zelo iuſtitie ac reipublice agit cõtra dñm papã:nõ
ponderãs ſtatera iuſta ſeipſum ⁊ dñm papam:ſed doloſa
faciẽdo de ſe ſeruo dñm:⁊ de dño papa ſeruũ:diligit calũ-
nias:ſibi falſas calũnias imponẽdo.¶ Ad hec etiã de po-
teſtate pape addẽdum eſt qđ no.Oſtien.ex̃ de ſacra vnc.
ca.j.§.vnde.in fi.ibi:Ut oſtendat̃ quanta differẽtia ſit in-
ter authoꝛitatẽ põtificis/⁊ pꝛincipis poteſtatẽ:que tanta
eſt quãta eſt inter ſolẽ ⁊ lunã.ex̃ de maio.⁊ obe.ſolite.§.po
tuiſſes.⁊ lõge minoꝛ eſt comparatio ꝙ plũbi ad fulgoꝛẽ
auri.xcvj.diſ.duo ſunt. Quãta etiã ſit oſtendit̃ ex̃ q̃ fi.ſint
legi.per venerabilẽ.§.rationibus.authoꝛitatẽ.hic ꝟo illi⁹
poteſtatẽ:hic ꝟo factũ.q.di.officiũ pontificũ potius cõſi-
ſtit in iure ꝙ̃ in facto.officiũ ꝟo pꝛincipis econuerſo:pmi
habent verba: ſcđi factũ.pꝛimi ſcientiã:ſcđi poteſtatem.⁊
ideo dicit̃ ꝙ vnus gladi⁹ alio ſemꝑ eget. ex̃ de cleri.excõ.
mi.c.ij.in fi.vbi de hoc.⁊ de male.c.ij. vbi de hoc.⁊ de offi.
oꝛdi.q̃m in pleriſqꝫ.vbi de hoc.⁊.xvij.diſti.nec licuit.ex̃ de
Authoꝛitas a q̃ dependeat. ſen.excõ.ex dilecto.li.vj.¶ Do Et hic etiã nota ꝙ autho
ritas nõ dependet a poteſtate:ſed potius poteſtas ab au
thoꝛitate.ex̃ de maio.⁊ obe.ſolite.§.p̃terea.ibi:põtificalis
authoꝛitas ⁊c̃.de rebus eccle.nõ ali.c.fi.in pꝛin.xcvj. diſti.
bene quidẽ.vnde ⁊ ẜm fratrẽ Alexãdrũ de oꝛdine minoꝝ
Eccleſia q̃d ſit. magiſtrũ in theologia ſolenniſſimũ.Eccleſia eſt multitu-
do fideliũ ſiue vniuerſitas chꝛiſtianoꝝ.de conſe.di.j.eccle
ſia.vij.q.j.nouatianus.⁊ habẽs duo latera. dextrũ ſcꝫ cle-
Duo hꝫ latera. ricoꝝ:qui ea que ad vitã ſpiritualẽ ꝑtinent adminiſtrãt.
item ſiniſtrũ ſcꝫ laicoꝝ:q̃ terrene vite neceſſaria tractãt.
Et eſt duplex poteſtas. ſpũalis que caput habet ſummuꝫ
pontificẽ.⁊ ſecularis que caput habet regẽ.xcvij.diſt.duo
ſunt.ex̃ qui fi.ſint legi.cauſamqꝫ. Spũalis pꝛioꝛ eſt terre-
na in trib⁹:ſcꝫ in dignitate ſiue maioꝛitate/inquantũ ſpi-
ritus maioꝛ ⁊ dignioꝛ eſt ꝙ̃ coꝛpus.ex̃ de tranſla.inter.et
pꝛe.c.ſolite.vnde abꝛaã patriarcha tãꝙ̃ minoꝛ obtulit de-
cimas melchiſedech ſacerdoti dei ſummi/tamꝙ̃ maioꝛi.
Geñ.xiiij.Benedixit ei etiã melchiſedech tãꝙ̃ maioꝛ. Nã
ſicut habet̃.Heb.vij.vbi idem oſtendit̃ ſine aliqua cõtra-
dictione:qđ minus eſt a maioꝛi benedicit̃.ad idem.xxj.di.
deniqꝫ.in fi.⁊.s̃.de hoc dixi.Itẽ pꝛioꝛ eſt in inſtitutiõe:qđ
ꝑtꝫ ꝑ ſacerdotiũ melchiſedech:q̃ p̃ceſſit legẽ ſcriptã. et ꝑ
hoc ꝙ in lege ſacerdotiũ pꝛimũ a deo eſt inſtitutũ. Exod.
xxviij.B.in fi.c.Legitimũ ſempiternũ erit aaron et ſemi-
ni eius poſt eũ.⁊.xxix.in pꝛin.Sed ⁊ hoc facies vt mihi in
ſacerdotiũ conſecrent̃.Demũ ꝑ ſacerdotiũ iubẽte dño re-
galis poteſtas eſt oꝛdinata.j.Reg.viij.B.dixit dñs ad ſa
muelẽ:Audi vocẽ eoꝝ:⁊ cõſtitue ſuꝑ eos regẽ: qđ ⁊ fecit
de ſaule cui ait.j.Reg.x.A.Ecce vnxit te dñs ſuꝑ heredita
tẽ ſuã in pꝛincipẽ.ex̃ de ſacra vnc.c.j.§.in veteri.Sꝫ ⁊ pꝛioꝛ
eſt authoꝛitate ſiue poteſtate. nã ſpũalis authoꝛitas ter-
renã poteſtatẽ habꝫ inſtituere vt ſit:⁊ iudicare ſi bona nõ
ſit.j.ad Coꝝ.vj. Neſcitiſ q̃m angelos iudicabim⁹:quãto
magis ſecularia.ex̃ qui fi.ſint legi.ꝑ venerabilẽ.§.rõnib⁹.
Ipſa tñ ſpũalis a nemine iudicat̃.j.ad Coꝝ.ij.B.Spũa-
lis iudicat oĩa:⁊ ipſe a nemine iudicat̃.qđ de papa oĩno
verũ eſt.ix.q.iij.nemo.c.alioꝝ.⁊ de hoc.s̃.multũ ſcriptum
eſt.arti.v.⁊.vj.Notat etiã Oſtien.pꝛe.c.ſolite.§.potuiſſes.
ibi dictũ eſt Hiere.j.⁊.xxxvj.di.§.ecce.ſacerdotibus q̃ erãt
in anathot.Utiqꝫ hoc verbũ myſterio nõ caret:quia ana-
thot interp̃tat̃ m̃ſio: vel obediẽtia/ſiue reſpõdẽs ſigno
aut gratificatio deſignãtis.Et dic m̃ſio/vt ſcias ad ſacer
dotẽ eſſe in dubijs recurrendũ. Deut̃.xvij.qui fi.ſint legi.
ꝑ venerabilẽ.§.rationibus. Obediẽtia/vt ſcias ꝙ om̃es
debent ſacerdotibus obedire. ex̃ de maio.⁊ obe. omnes.
Rñdens ſigno:quia ſacerdotes niſi p̃cellãt alios ſignis
⁊ virtutibus:ſunt viliſſimi reputandi.j.q.j.viliſſim⁹. Uel
ſigno.i.authoꝛitate.donũ eſt pꝛerogatiua ſacerdotij ⁊ ec
cleſie cõfirmata.Luc.ij.Et hoc vobis ſignum: inuenietis
infantẽ poſitũ in pꝛeſepio.i.in eccleſia/in q̃ paſcendi ſunt
clerici ⁊ laici:ſiue ſint boues penitentes ⁊ domiti:⁊ iugũ
dñi ſuaue poꝛtantes.Matth.xj.ſiue aſini.i.peccatoꝛes: ⁊
laſciui ⁊ ſtulti.nã ⁊ bonos ⁊ malos admittit eccleſia mili
tans.xxiij.q.iiij.c.j.ij.⁊ ſeq.de conſe.diſt.iiij.eſt vnitas eccle
ſie.Aut gratificatio deſignantis/vt ſcias ꝙ dñs deſigna-
uit ſacerdotes ſuos habere poteſtatẽ gratificandi in pe-
nitentijs: ⁊ indulgẽtias faciẽdi.ex̃ de peni.⁊ remiſ.de⁹ q̃.
⁊.c.ſignificauit.⁊.c.quũ ex eo.vbi de hoc. ad qđ ꝑtinet il-
lud Luce.x.Poſt hec autẽ deſignauit dñs ⁊ alios.lxxij.⁊
miſit illos binos ante faciẽ ſuã/in oẽm ciuitatẽ et locũ/q̃
erat ipſe venturus.⁊.j.Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcãdi
ſuꝑ ſerpẽtes.i.auaros/qui quẽadmodũ ſerpẽtes terram
lingunt:quia inimici. Ps̃.lxxj.Et inimici eius terram lin
gẽt.Et ſcoꝛpiones:id eſt luxurioſos:quia luxuria ad mo-
dũ ſcoꝛpionis blandit̃ facie:ſed poſtea cauda pũgit.Ꝟſus

Ah veneris rabies ꝙ̃ dulci pace ſalutat:
Quem ſibi venatur hominẽ: pꝛimũqꝫ pꝛopinat
Dulce:ſed ex dulci tandem concludit amarum.

Prouerb.v.Fauus diſtillãs labia meretricis.⁊.j. Nouiſſi
ma aũt illius amara quaſi abſinthium.⁊ lingua eius acu
ta q̃ſi gladius biceps.Suꝑ omnẽ virtutẽ inimici.i.ſuper-
bos/quẽadmodũ diaboli ſuꝑ omnes nitunt̃ extolli.vnde
dicit̃ Iob.xlj.c.de diabolo: Oculi eius omne ſublime vi-
dent.xlviij.diſt.c.j.q.di.ſuper omnes peccatoꝛes plenã do
vobis poteſtatem.ex̃ de iudi.nouit.§.j.omne em̃ pctm̃ ad
vnũ de his tribus adducit̃.j.Ioan.ij.Omne qđ eſt in mũ
do:cõcupiſcentia carnis eſt:⁊ cõcupiſcẽtia oculoꝝ:⁊ ſuꝑ-
bia vite.Exponunt̃ aũt verba dñi ad Hiere.j.ſic:Ecce cõ-
ſtitui te:quia nõ te ingeſſiſti.ex̃ de elec. qualiter. Sed ego
cõſtitui te ꝑ meipſum: te meũ vicariũ/ſuꝑ gentes laicos
inferioꝛes.⁊ regna laicos ſuperioꝛes in quacũqꝫ dignita
te conſtitutos:vt euellas peccata ab obedientibus:⁊ diſ-
ſipes inobedientes deponẽdo a dignitatibus.ex̃ de here.
excommunicamus.de ſentẽ.excom. grauem.⁊.c.nouerit.
xxxij.q.v.pꝛeceptũ.Edifices/fideles baptizatos ſacramẽ
toꝝ eccleſie adminiſtrationẽ ⁊ verã p̃dicationẽ ac hone-
ſtam conuerſationẽ inſerẽdo gratias ⁊ virtutes. ex̃ de ſa
cra.nõ ite.c.fi.de offi.archiepiſ.officiũ.de offi.oꝛ.inter cete
ra.xl.di.multi.j.q.j.quicquid. Plantes/in eccleſia dei infi-
deles nõ baptizatos ꝑ p̃dicationẽ. ẜm illud.j. ad Coꝝ.iij.
Ego plantaui:⁊ ſacri baptiſmi ablutionẽ.de conſe.di.iiij.
ꝑ totũ.Itẽ ꝙ dicit.j.in.§.pterea.in pꝛe.c.ſolite. põtificalis
authoꝛitas.dicit Oſtien.ſcꝫ iudiciaria quoad diſcernen-
dũ ⁊ iudicandũ.Ideo dixit põtificalis authoꝛitas:et re-
galis poteſtas executoꝛia quoad ꝑficiendũ. et ideo dixit
poteſtas.q.di.authoꝛitas pontificalis cõſiſtit in iure quo
debet eſſe induta. Regalis ꝟo eſt potẽtia quo debet eſſe
ſuffulta.⁊ ſic ptꝫ ꝙ vna eget reliqua ⁊ ſi vtraqꝫ adinuicẽ
cõcoꝛdant̃ omnia recte fiunt in regimine ſancte eccleſie
dei.Debet tñ p̃cedere põtificalis tamꝙ̃ maioꝛ et dignioꝛ
⁊ illuminatrix ad modũ lucerne illuminãtis: regalis ſeq̃
tamꝙ̃ minoꝛ ⁊ rudioꝛ ad modũ claue indeuotos ⁊ rebel
les ꝑcutiẽtis ſiue malleantis.xcvj.diſ.quũ ad verũ.ad qđ
ſignandũ inungit̃ pontifex in capite:rex in bꝛachio.ex̃ de
ſacra vnc.c.j.§.vnde in veteri.ſed hodie recipꝛocat vnuſ-
quiſqꝫ ⁊ veſte induit̃ peregrina.nam in multis locis ſecu-
laris fact⁹ eſt ſacerdotalis iudicans clericos ⁊ eccleſiaſti
ca ſicut laicos ⁊ tẽpoꝛalia/contra iura in aut̃.vt de.apud
ꝓpꝛi.epiſ.ꝯue.§.ſi ꝟo eccleſiaſticũ.coll̃.vj.⁊ de ſancti.epiſ.
§.ſi aũt eccleſiaſtica. coll̃.ix.⁊.xj.q.j. q̃ſi ꝑ totũ.Et ſpũalis
ex leui etiã cauſa: ⁊ multotiens ſine cauſa/nõ tm̃ ꝑ alios:
ſed etiã ꝑſemetipſum mouens guerras ⁊ nutriens/fact⁹
eſt militaris cõtra iura.ex̃ de treu.⁊ pa.c.j.deuoto ex mul-
ta.§.de clericis.xxiij.q.viij.§.j.⁊.c.ſeq.cũ ſi.nec deficiet iſta
peſtis quouſqꝫ vterqꝫ ſuis terminis ſit cõtentus.ex̃ de ſe-
pul.c.j.vbi ⁊ no.quot modis quis terminos trãſgreditur
alienos.⁊ facit.xiij.q.j.c.j.itẽ in illo.c.ſolite.§.nos aũt.ſuꝑ Pape oĩa ſunt ſubiecta
verbo nihil excipiẽs.ait ſic Oſtien.ꝑ hoc qđ dicit:Quod-
cũqꝫ ligaueris.q̃ pape om̃ia ſunt ſubiecta: ⁊ de hac ſubie
ctione põt intelligi qđ eodẽ mõ argumẽtando ꝓbat apo
ſtolus.j.ad Coꝝ.xv. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.
Quũ aũt dicat/om̃ia ſubiecta ſunt ei: ſine dubio p̃ter eũ
qui ſubiecit omnia.q.di. apoſtolus/ſolus deus excipit̃: q̃

ſubiecit ei cūcta alia: cui ⁊ ipſe ſubeſt. ⁊ Heb. ij. dicēs: In eo eñ ꝙ ei ſubiecit oīa: nihil dimiſit non ſubiectū ei. Nec aūt adhuc pōt argui ꝙ imperiū a populo romano vires ſumpſit. inſtitu. de iure na. §. ſed qđ pricipi. ff. de ori. iur. l. ij. §. q: difficile plebs. ⁊ ſequē. C. de vete. iu. enu. l. j. §. hec etiā interdictū. nihilominꝰ. ꝟ. quū eñ. ⁊. l. ij. §. antepenul. xciij diſ. legimus. Et ꝙ deus miſit ipſum imperatorē animatā legē in terris. in aut. de cōſuli. §. vlti. coll. iiij. ⁊ ꝙ ſacerdotiū ⁊ imperiū ab eodē principio ꝓceſſerūt. in aut. quomō oportet epis. rñſo. j. coll. j. rñſum eſt. s. in iſto ar. ꝟ. nec obſtat. Nec ⁊ ſi populus olim elegerit imperatorē vel hodie electores ꝑ. c. ꝑ venerabilē. de elec. hoc verū eſt immediate: ſed mediante eccleſia imperatorē facit: quia imperiū ab eccleſia eſt ſi rectū eſt ⁊ ſi iniuſtū de corpore eccleſie: q̄ habꝫ bonos ⁊ malos eſt. xxiij. q. iiij. c. j. cū ſeq. ſicut latius ⁊ diffuſiꝰ eſt ſuperiꝰ diſputatū. ¶ Articulus. xxxvij. Te



TRigeſimuſſeptimus art. adhuc amplius in iſto xxxvij. ar. dicēdū eſt. Nec qui romane eccleſie vel pape iuriſdictionē vel p̄matū ſubtrahit vel denegat, hereticꝰ eſt cenſendus. iij. q. vj. dudū. xxij. di. c. ij. cū ſeq. ⁊. c. j. ꝟ. qui aūt. Qui aūt romane eccleſie priuilegiū ab ipſo ſummo oīm eccleſiarū capite traditū auferre conat: hic ꝓcul dubio in hereſim labit. ⁊. j. hic eſt dicendus hereticus. fidem quippe violat qui aduerſus illā agit que eſt mater fidei. ⁊ illi cōtumax inuenit: q̄ eā cunctis eccleſijs p̄tuliſſe cognoſcit. facit op. lxxxj. di. ſi qui. ij. in fi. ibi: Peccatū ergo paganitatis incurrit: qſq̄s dum chriſtianū ſe aſſerit: ſedi ap̄l'ice obedire cōtemnit. Itē articulus fidei eſt vnam catholicā eccleſiā credere: vt in vtroq; ſymbolo continetur. ⁊ ex̄ de ſumma trinita. c. j. §. vna. Sed iſta eccleſia nō eſt acephala. i. ſine capite: quia tūc mortua eſſet eccleſia ſine capite ⁊ nō viua. Sed eccleſia ſancta dei que eſt congregatio fidelium. vt. s. probatū eſt. de conſe. diſtin. j. eccleſia. ⁊ que eſt corpus chriſti myſticum viuum ⁊ nō mortuū. xxiij. q. v. ſi vos. ⁊. c. de liguribus. ergo caput habet. Caput autē nullū ſibi reperit: nec reperiri pōt niſi chriſtus filius dei viui: qui eſt caput eiꝰ. ad Col. j. ⁊ Eph. j. ibi: ⁊ eſt caput corporis eccleſie. ⁊ petrus poſt eū: ⁊ ſucceſſores petri romani pontifices. xxiiij. q. j. loquit dn̄s. Loqtur dn̄s ad petrū: ego dico tibi. Matth. xvj. quia tu es petrus: ⁊ ſup hanc petrā edificabo eccleſiā meā. ſup vnū edificat eccleſiā. ⁊. j. ad fi. ibi: Unū tm̄ caput eſt. ⁊. c. oībus. et xix. di. ita dn̄s. ⁊. xxj. di. i nouo. ⁊ ex̄ li. vj. fundamēta. j. rñſo. ⁊ de homi. ꝓ humani. j. rñſo. ii. vj. xxij. diſ. ſacroſancta. ibi: Prima ergo ſedes eſt celeſti bn̄ficio romana eccleſia. ⁊. j. ibi: Licet oēs ap̄l'i eſſent: petro tm̄ a dn̄o cōceſſum eſt: ⁊ ipſi inter ſe idipſum voluūt vt reliquis oībus p̄eſſet ap̄l'is ⁊ cephas. i. caput teneret ap̄l'atus ⁊c̄. ergo contrariū aſſerere hereticū eſt. Itē nō ponere vnā eccleſiā et vnū caput eſt ponere duas eccleſias aut plures: vt heretici vallēſes poſuūt: ſed ſi eſt ponere duas eccleſias eſt ponere duos chriſtos ſpōſos eccleſie ſed hoc eſt hereticū: q: deus ⁊ homo vnus eſt chriſtus: vt in ſymbolo athanaſij. ⁊ chriſtus vna eſt pſona in duabus naturis: vt in ſymbolo. Innocē. iij. ex̄ de ſum. trini. c. j. ⁊ ap̄l's loquens eccleſie ait: Deſpōdi vos vni viro virginē caſtā exhibere chriſto. ij. ad Cor. xj. xxvij. q. j. nuptiarū bonū. quia ergo chriſtus vnus eſt ⁊ diuiſus nō eſt. j. ad Timoth. ij. j. ad Cor. j. eccleſia vna eſt ⁊ diuiſa nō eſt. vt pre. c. loquit. cū ſigno per deductionē predictā: contrariū dicere pſpicue hereticū eſt. Et in iſto ar. eſt dicēdum etiā ꝙ qui aliter ſentit de iuriſdictione pape ⁊ potētia ⁊ eccleſie romane q̄ ipſe cū ſua cōmuni ⁊ vniuerſali eccleſia ſentit: nō verus catholicus eſt cēſendus. Mō ſic ꝓbatur. aliter ſentire de veritate ⁊ potētia pape ⁊ eccl'ie q̄ ipſe cum ipſa ſentit: eſt nedum indirecte ſed directe eccleſiam chriſti: que eſt corpus chriſti vt proxime probatū eſt: deſtruere. ar. cor que in proximo ar. dicta ſunt. Sed eccleſiam deſtruere ſchiſmaticū ⁊ hereticū eſt. xxiij. q. v. nō vos hominū. xxiiij. q. j. loquit. in prin. quia eſt etiā ꝑ cōſequēs corpus chriſti: quod eſt eccleſia lacerare: ⁊ ad nihilū fidē chriſti ⁊ eccleſie redigere: ſed q̄ maior hereſis: quū corpore chriſti nihil p̄cioſius ſit. de conſe. diſ. ij. nihil. j. q. j. multi. Item deſtruere eccleſiā eſt deſtruere fidē: quia ſine eccleſia qui credit quod nō vidit. de peni. diſt. iiij. in domo. Fides vera eſſe nō poteſt. nam in patria celeſti fides ꝓprie nō eſt: immo eſt ibi ſciētia certa. ⁊ experientia: quia videt deus ab angelis ⁊ ſanctis ibi ſicut eſt. j. Joan. iij. Sed nec in demonibus formata fides eſt: quia credunt et contremiſcunt ſed nō diligunt. Jaco. ij. de peni. di. ij. ſi eñ. vltra colum. ꝟ. nec grāde. fides aūt vera eſt que per dilectionē alias charitatē operatur. vt definit ap̄l's Gal. v. de peni. diſt. ij. amē amē. ſub. §. ex p̄miſſis. nec in brutis ⁊ irrationalibus animalibus eſt: quia ratione carent. Ps̄. xlviij. Homo quū in honore eſſet: nō intellexit. cōparatus eſt iumētis inſipientibus ⁊c̄. ergo fides in hominibus cōgregatis in credulitate chriſti remanet. quā congregationē in fide chriſti vnitam deſtruere eſt eccleſiā deſtruere: quia eccleſia congregatio fideliū eſt: vt. s. ſepe probatū eſt. ergo eccleſiam deſtruere que proprie fidem tenet: eſt fidem deſtruere: ſed que fides: ⁊ quis fidelis ſi fides nō remanet? vbi aūt nō eſt fides: q̄ īfidelitas. xxviij. q. j. §. ex his. ¶ Ff



TRigeſimuſſeptimus art. adhuc. Et ꝙ qui adheret vel fauet ſciēter rebellibus vel impugnatoribus pape ⁊ eccleſie: impugnator eſt pape ⁊ eccleſie: vel rebellis. ad hoc. xxiij. q. viij. pterea deuotiōis. optime hoc probatur. xciij. diſ. ſi inimicus. ibi: Si ꝟo quis amicus fuerit ijs quibus ipſe nō loquit: vnꝰ eſt ipſe ex illis qui exterminare eccleſiā dei voluūt. ⁊ quū corpore videatur eſſe nobiſcū: mente tamē et animo contra nos eſt. quia latū pandit delinquētibus aditū: qui iūgit cum prauitate conſenſum. lxxxvj. diſt. facientis. xvij. q. iiij. omnis. j. q. j. quicquid. ex̄ de ſenten. excō. nup. ⁊. c. quāte. ex̄ de hereticis. ad abolendā. §. ſtatuimus. ⁊. c. excōmunicamus. j. §. credentes. ex̄ de homic. ſicut. quaſi per totū. xj. q. iij. qui conſentit. xxiiij. q. iij. qui aliorū. xxiij. q. v. qui vitijs nutriēdis. Et qui ſcalā vel ferrū vel aliud auxiliū preſtāt furi: tenentur furti. ff. de fur. ſi pignore. §. penul. facit. C. de his qui latro. oc. l. j. xxvij. q. j. de filia. cū multis alijs ſi. no. ex̄ de iude. ⁊ ſara. c. ita. ¶ Articulus. xxxviij. A

## TRigeſimuſoctauus

arti. Et ꝙ qui tēpore pſecutionis cū papa ⁊ eccleſia nō eſt: ꝯtra ipſam eſt quia dicit dn̄s: Qui nō eſt mecū: contra me eſt. Matth. xij. Luce. xj. ⁊ qui cū eccleſia nō colligit ſpargit: ⁊ qui chriſti ⁊ vicarij eius nō eſt: antichriſti eſt. xxiiij. q. j. qm̄. in fi. Et q̄cūq; a fide catholica diſcrepat: ei cōtrariꝰ eſt. C. de iudeis ⁊ celicolis. ff. de fidei cōmiſ. li. l. ſi ei. et ſymmachus papa ait: Nō eſt grandis differētia vtrum letum. i. mortē inferas. ſubaudi proprijs manibus: vel admittas ſcꝫ nō phibendo. mortē eñ languentibus probat infligere: qui hāc quū poſſit nō excludit. lxxxiij. diſti. §. j. Nā eps qui pctā nō corrigit: magis dicēdus eſt canis impudicꝰ q̄ eps. lxxxiij. diſ. nemo. Et error cui nō reſiſtit approbat. lxxxiij. di. c. error. cū. c. ſequēti. ij. q. vij. corrigere. xxiij. q. iij. oſtēdit. vbi de hoc. ⁊ pre. c. quāte. de ſentē. excō. ⁊ de offi. del. c. j. et. lxxxvj. diſt. c. faciētis. ꝑ totū illud. c. nō eñ minus q̄s tenet defendere corpus myſticū chriſti: quod eſt eccleſia. iij. q. iiij. engelrudā: ⁊ eius caput ſcilꝫ papā: q̄ corpus ſuū. ar. xxx. q. iij. ita diligere. immo fortius. ar. ex̄ de tranſla. inter corporalia. Omnes eñ catholici tenent pro eccleſia ſtare: ⁊ eā defenſare: ⁊ fidem ſuam manutenere. ⁊ pro ijs etiā ſi neceſſe fuerit: mori. ad hec. xciij. di. ſi inimicus. xxiij. q. v. om̄i. c. ſi audieris. Nā ſi eccleſia fuerit cōculcata ⁊ humiliata: ad cuius auxiliū confugiet chriſtianꝰ: ⁊ vbi relinquet gloriam ſuā. ix. q. iij. aliorū. in fi. ⁊ capite langueſcente cetera corporis membra inficiunt. vj. q. j. ex merito. ⁊ om̄ia membra pro capite naturaliter ſe exponunt: multo potius pro capite ſp̄ūali qđ fortiꝰ eſt. vt pre. c. inter. et. c. ita diligere.

¶ Articulus Trigeſimuſnonus A

# Trigeſimuſnonꝰ Ar.

Et ꝙ imperatoꝛ ſi catholicus eſt: filiꝰ eſt eccleſie ⁊ nō pꝛeſul.xcvj.diſt.ſi imperatoꝛ.⁊ caput hꝫ ſubmittere eccl'ie nō pꝛeſſe.lxiij.di.valentinianus.ex̄ de iudi.nouit.aduocatus eſt eccleſie ⁊ defenſoꝛ:nō impugnatoꝛ. ex̄ de elec.venerabilē.ex̄ in clemē. de iureiur̄.romani pꝛincipes.ſeruꝰ eccleſie:⁊ nō dn̄s.xxiij. q.viij.conuenioꝛ ipſe.ibi : quid tibi cūm adultera.⁊ docerí habet ab eccleſia:nō eam docere/nec cōtra eā dogmatizare.pꝛedi.c.ſi imperatoꝛ.nō em̄ ſe habet intromittere de queſtionibus pioꝝ dogmatū.xcvj.diſti. ſatis euidenter. immo etiā nec pꝛo bono eccleſie de eccleſia ſe oꝛdinando debet intromittere.xcvj.di.bene quidem.ad hec oīa facit.x.diſt.certū.Que oīa bauarus tyꝛannus qui ſe ꝓ imperatoꝛe gerit male ſeruauit:qui in tēpoꝛe meo quo ſcribo hoc opus:dn̄m papā Joan.xxij.cum populo ⁊ clero romano imponendo ei titulū hereſis ⁊ multa alia falſa:de facto in vꝛbe publice ⁊ ſolenniter depoſuit. vt dixi in pꝛimo ar.℟.ꝙ aūt bauarus.allegans exemplū pernicioſum othonis pꝛimi imperatoꝛis:quē ſuū ꝑdeceſſoꝛē appellat. qui cum clero ⁊ populo romano Joan.xij.depoſuit a papatu.Subſtituit etiā iſte bauarus ſibi aliū fratrē petrum. de quo.ſ̄.in pꝛoximo arti.feci ſepius mētionē: de quo nemo pōt aliud dicere:ꝙ̄ ꝙ myſticus antichꝛiſtus.exiſtat:nō papa Nicolaus ſicut ipſe ſe dicit.nā antichꝛiſtus cōtrariꝰ dicitur chꝛiſto:ab anti quod eſt contra/⁊ chꝛiſtū. Iſte etiā bauarus inflatus ⁊ obcecatus ſupbia ambitionis imperij:ſicut antichꝛiſtus/voluit ſe extollere ſuper oīe quod dicit̄ deus.ij.ad Theſſa.ij.Dan̄.ix.quia ſupꝛa papā ſe cōſtituēs:qui eſt loco dei.legitimū.ex̄ vt eccle.bene. vt noſtrū. ipſum depoſuit ſicut ſuperioꝛ contra id.xxj.diſt.inferioꝛ.cū ſi.⁊ ſupꝛa ſatis de hoc. In chꝛiſtū dn̄i manū miſit/papam vnctū ⁊ conſecratū ⁊ papatū poſſidentē/cōtra illud Pſ̄. ciiij.Nolite tāgere chꝛiſtos meos. ⁊ contra id quod fecit ſanctus dauid de ſaul:qui ex inuidia ipſum ꝑſequebatur. qui ſaul quū intraſſet ſpeluncā vt purgaret ventrem:⁊ in alia parte illiꝰ ſpelunce latitaret dauid cū ſuis:animabāt ipſi ſerui dauid vt interficeret ſaul regem: ⁊ ait dauid ad viros ſuos:Pꝛopitius ſit mihi dn̄s:ne faciā hāc rem dn̄o meo chꝛiſto dn̄i:vt mittā manū meā in eū: qm̄ chꝛiſtꝰ dn̄i eſt. Uiuit dn̄s:quia niſi dn̄s ꝑcuſſerit eū:aut dies eius venerint vt moꝛiatur.⁊.ſ̄. Pꝛopitius ſit mihi dn̄s vt nō mittam manū meā in chꝛiſtū dn̄i.j.Regū.xxiiij.⁊.ij.q.vij.§. de his.℟. itē obijcitur.⁊ tamē ſaul rex iam erat a dn̄o repꝛobatus.j.Reg.xiiij.⁊.xv.⁊.xvj.in pꝛin.nō ſic iſte bauarus fecit/ꝑueniens deū in condemnatione ſui vicarij. poſuitq; in loco ſctō.i.in ſede beati petri/idolū abominabile.Dan̄. ix. Petrū de coꝛbaria apoſtatā fratrū minoꝛū a romanis clericis ⁊ laicis faciens ſicut papam beſtialiter adoꝛari. qui petrus ſe fecit appellari nicolauꝫ.v.Cardinales multos ep̄os per diuerſa loca creauit de facto. et ſic bauarus vnitatis ſancte matris eccleſie inimicꝰ/in eccleſia dei maxime in tota italia ⁊ alemānia cū ſuo antipapa petro coꝛuino ſchiſma maximū/ꝯſumēs multa coꝛpoꝛa ⁊ animas/ ſeminauit.qꝺ nondū pꝛopter peccata noſtra extinctū eſt.

Joā.xxij a bauaro depo nitur.

¶ B Poteſt merito bauarus iſte dici equus rufus.de q̄ Apoc̄.vj.cui datū eſt vt ſumeret.i. auferret pacē de terra: ⁊ vt homines ſe interficerent. Nam ſm̄ glo. equus rufus ꝺ: cōtrarius ſuperioꝛi.i.equo albo.per quē ſm̄ glo. intelligit̄ eccleſia chꝛiſti ſanguine dealbata/iuxta illud Apoc̄. vij.dealbauerūt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Per ſeſſoꝛem eius papa intelligit̄ Joan.noſter.xxij. ſuper eccleſiā legitime cōſtitutus.⁊ hic habet arcū.i.potentiā nō ſolum ſpiritualē:ſed etiā tempoꝛalē.vt.ſ̄.pꝛobatū eſt.⁊ determinatur in extrauagāti eiuſdē pape Joan.que incipit:Fratrum coepiſcopoꝝ noſtroꝝ.⁊ data eſt ei coꝛona tāq̄ vero monarche.⁊ exiuit vincens vt vinceret:quia fauente dn̄o de inimicis triūphabit.⁊ qui iam de impio dicto Petro intruſo triūphat:qui diu latitās in partibus tuſcie ⁊ alibi tandem ad coꝛ rediens:vtinam in veritate/ſe per literas tempoꝛe meo dn̄o pape Joan.de tanta temeritate ⁊ malignitate culpabilē pꝛoclamauit: ⁊ veniam poſtulauit.et tandem perſonaliter auinionē veniēs vel potius ductus coꝛam dicto dn̄o papa Joan. ⁊ collegio cardinaliū ⁊ clero ⁊ populo adſtante de intruſiōe ſua ⁊ ſchiſmate quod in eccleſia dei fecerat/ſedē apoſtolicā viuente dicto papa Joan.legitimo inuadendo:ſuā culpā dixit:⁊ veniā poſtulauit.⁊ quatenus de facto papatū vſurpauerat reſignauit:⁊ vſq; hodie incluſus in camera caute ⁊ curialiter detinetur.Schiſmatici em̄ ſm̄ cypꝛianū inter initia feruēt: ſed incrementa habere nō poſſunt:nec augere quod illicite ceperūt:ſed ſtatim cum pꝛaua ſua emulatione deficiēt. vij.q.j.nouatianus.⁊ tetigi.ſ̄.in.xij.ar.De eo aūt ꝙ bauarus iſte ꝯtra dictū dn̄m papā dixit de hereſi ⁊ de alijs peccatis ipſum diffamādo:dicatur ſibi qꝺ dixit Daniel impudico pꝛeſbytero ſuſannā cōdemnanti.Dan̄.xiij.Recte mētitus es in caput tuū/ſcꝫ dn̄m Joan.papā caput eccleſie ⁊ oꝛthodoxe ⁊ tuū velis nolis: q̄uis eccleſie ſis rebellis: q꜡ eccl'ia militās bonos hꝫ ⁊ malos.xxiij.q.iiij.b aūt vita

Petrus de coꝛbaria Joā. xxij.ſehumiliat.

¶ Articulus.xl.

# Quadrageſimꝰ et vl-

timus arti.⁊ pꝛolixus de iſta materia eſt dictos ꝑcedentes ar. fundantes ⁊ manutenētes ⁊ declarantes dn̄i pape ⁊ romane eccleſie poteſtatē credere/ꝑdicare/manutenere ⁊ defendere:⁊ nō cauillari ⁊ nō malignari in eis.ad quoꝝ additionē ⁊ aliqualē epilogationē ⁊ emologationē ad honoꝛē dei et ſue ſponſe eccleſie:⁊ hec addo videlꝫ ꝙ papa vtrūq; gladiū habet: vt dictū eſt.ſ̄.in.xiij.ar.⁊.xxxvij.¶ A Ex hoc ꝓbatur:quia naturalis ratio patēter oſtendit ꝙ ſpūalia ſunt nobilioꝛa coꝛpoꝛalibus: ſicut.ſ̄.tactū eſt ex̄ de maio. ⁊ obe.ſolite.⁊ coꝛpoꝛalia oꝛdinant̄ ad ſpūalia tanq̄ ad finē. Poteſtas ℟o eccleſiaſtica eſt ꝑncipaliter ſpūalis.xcvj. diſt.quum ad verū.ſecularis aūt ſeu ciuilis eſt coꝛpoꝛalis ideo cōcedendū eſt ꝙ monarcha eccleſiaſticus:apud quē eſt plenitudo poteſtatis eccleſiaſtice.ex̄ de vſu.pal.ad honoꝛē.regulat ⁊ oꝛdinat in ratione finis pꝛincipē politicū/ ſeu ciuilē ⁊ poteſtatem eius. Circa hoc autē tria declaro. Pꝛimū eſt ꝙ politie chꝛiſtiane pꝛincipatus vnus eſt abſolute. Secundū ꝙ eius eſt vnus pꝛinceps pꝛimus ſimpliciter. Tertiū ꝙ iſte pꝛimus pꝛinceps eſt ſummus pōtifex q̄ eſt monarcha in eccleſiaſtica hierarchia.

Papa vtrunq; gladiuꝫ habet.

¶ B Pꝛimum declaro multipliciter.pꝛimo ex intentione Ariſto.vij.politicoꝝ: qui oſtendit ꝙ in politia qualibet vna perfecta et felici/non ſolum,politia regis/ſed etiā politia ciuitatis neceſſaria ſunt ſex:ſcilicꝫ agricolarum genus/ad habendum alimēta.⁊ artifices/ſub quibus cōphendit mercēnarios omnes/ſcilꝫ pꝛo mercede laboꝛantes.⁊ bellici/ad cōpeſcendū rebelles intrinſecos: ⁊ ad defendēdū ab extrinſecis impugnatoꝛibus. ⁊ abundantia pecuniarū/ad oppoꝛtunitates bellicas pꝛoſequendas.⁊ ſacerdotiū/ad deoꝝ culturā. ⁊ iudices/qui maxie ſunt neceſſarij ad regendū ⁊ dirigendū ciues. ſed conſtat ꝙ politia vnius ciuitatis eſt politia vnius pꝛincipatus:nec poſſunt eſſe plures pꝛincipes regētes actiue eque pꝛimi in vna ciuitate: ſed vnus eſt ibi pꝛimus pꝛinceps:⁊ per conſequens vnus pꝛincipatus.ad hoc.vij.q.j.in apibus: Pꝛincipatus ℟o ſacerdotij qualis eſt pꝛincipatꝰ eccleſiaſticus:nō diſtinguit̄ contra pꝛincipatū ciuilē: ſicut vna ſpecies cōtra aliā/ſed ſicut pars contra totū. Nam ſacerdotiū eſt neceſſariū officiū in qualibet vna politia:⁊ digniſſimū oīm alioꝝ officioꝛum ciuitatis:vt patet ꝑ eundē philoſophū in eodem vij.politicoꝝ.ar.bonū.xxiij.q.viij.§.q̄uis.ex̄ de immu.eccle.nō minus. Hoc etiam poteſt oſtēdi ex vnitate ſigni et legis.ſicut omnes illi qui eodē ſigno armantur configurantur:⁊ eiſdem legibus/eiuſdem legiſlatoꝛis ſubijciuntur:ſunt eiuſdem pꝛincipatus:⁊ ad eundē pꝛincipē pertinēt. Iſto modo dicimus oēs eſſe eiuſdē religiōis: qui ſub

In ꝑfecta politia neceſſaria.

Pꝛincipatus ciuilis nō diſtinguit̄ a ꝑncipatu eccleſiaſtico.

pid i:elati:ſuperbi:blaſphemi:parentibus non obediētes ingrati:ſceleſti:ſine affectione:ſine pace:criminatores:incōtinentes:immites:ſine benignitate:proditores:proterui:tumidi:voluptatum amatores/magis ꝙ dei: habētes quidem ſpeciem pietatis:virtutem eius abnegantes ⁊c. Nā mergi naues/eſt homines in ſeculo/exquo electi per fidem fuerant/mox prauitate relabi. Item.ibi. Ex hoc iā homines eris capiens. Beda. Hoc ad ipſum Petrum ſpecialiter pertinet. Exponit em̄ ei dn̄s quid hec captura piſcium ſignificet. ꝙ ſcʒ ipſe ſicut nūc per retia piſces: ſic aliquando per verba ſit capturus homines. Nā vna die ſolum/cepit tria milia verbo ſuo. vt Act.ij. ⁊ pre.c. de conſe. diſt.iiij. proprie. totuſq̄ huius facti ordo/quid in eccleſia cuius ipſe Petrus typum tenet quotidie geratur/oſtendit. ¶ Item ſuper illud Matth.xix. Ecce nos reliquim⁹ omnia. qđ eſt ibi verbū Petri. dicit Chryſo. Qui claues regni celorum acceperat:pro ijs qui ibi ſunt iam cōfidit. et pro orbe terrarū vniuerſa interrogat. ¶ Item Jo.xxi. ſuper illud Aſcendit Simon Petrus:⁊ traxit rete in terram. Grego. Petro autem ſancta eccleſia eſt cōmiſſa. ipſi ſpecialiter dicitur Jo.vlti. Paſce oues meas. Quod ergo poſtmodū aperitur in voce:hoc ante ſignat in opere. ipſe enim piſces ad ſoliditatem litoris pertrahit. q: ſtabilitatē eterne patrie fidelibus oſtendit. hoc egit verbis. hoc epiſtolis. hoc agit quotidie miraculorum ſignis. ¶ Itē Jo.vj. Petrus tanq̄ caput ꝑ toto corpore apoſtolico ⁊ eccleſie dicit chriſto. Dn̄e ad quem ibimus? Augu.q.d. repellis nos a te:da nobis alterum te:ad quem ibimus/ſi te relinquimus. Chryſ. autē: Verbum multe amicitie eſt oſtenſiuum. quia ſcʒ chriſtus eis honorabilior erat ꝙ patres et matres pro tota etiam eccleſia confitetur dicens. Et nos credimus:⁊ cognouimus:quia tu es chriſtus fili⁹ dei. vbi Aug. credimus enim/vt cognoſceremus. Nā ſi prius cognoſcere/deinde credere vellemus:nec cognoſceremus: nec credere valeremus. Hoc autem credimus ⁊ cognouimus:q: tu es chriſtus filius dei. i. quia ipſa vita eterna es: et non das in carne ⁊ ſanguine tuo niſi quod es. ¶ Item Jo.xiij.ibi. Heſitantes de quo diceret. Chryſ. Omnibus autem trementibus:⁊ ipſo vertice/ſcilʒ Petro formidante: Joannes velut delectat⁹ recubuit in ſinu Jeſu ⁊c. Sūt et alia plura ex quibus Petri primatus oſtendi poteſt:et per cōſequens ſucceſſoris ipſius. ſed ea que ſunt dicta ad preſens ſufficiant. Quibus tamen ⁊ illud addendum eſt ꝙ Petrus caput ⁊ princeps apoſtolorū:⁊ conſequēter totius eccleſie dicitur ⁊ eſt. nō ſolum chriſti inſtitutione:ſed etiam apoſtolorū cōmuni approbatione. ſicut ſacri doctores eliciunt ex quibuſdam predictarum authoritatū ⁊ ex quibuſdam alijs. et eſt expreſſum.xxi.diſt.in nouo. ¶ Ad hoc etiam addendū eſt ꝙ Romanus pontifex Petri ſucceſſor: nō ſolum iure diuino/quod a chriſto:ſed etiam iure humano/quod eſt a terreno principe/primatum obtinet ſuper omnes eccleſias/eccleſiarūq̄ rectores: vt patet ex priuilegio conceſſo a Conſtantino romane eccleſie/ac in ea preſidenti.xcvj.diſt.cōſtantinus. Si autem obijciatur ꝙ princeps terrenus primatū ſpiritualem conferre nō potuit:quū de ſpiritualibus diſponendi non habet poteſtatem.xcvj.diſt.qui bene. Dicendū eſt ꝙ illius priuilegij poteſtas quantum ad poteſtatem ſpiritualem pertinet/non ſcḋm authoritatem eſt accipienda:ſed ſcḋm approbationem/et manifeſtationem/⁊ deuotionem/et diuine voluntatis executionem.

¶ Articulus.lvj. A

# Hunc vidēdum eſt

de differentia ⁊ cōuenientia duplicis poteſtatis regie ſcʒ ſpiritualis et ſecularis. Harum autē poteſtatū differentia ex ipſis nominibus conſiderari pōt. dum vna ſpiritualis alia ſecularis vel tēporalis vocatur. ¶ Ad cuius differentie intellectum ſciendū eſt ꝙ ſpirituale dupliciter đr. Uno em̄ modo ſpūale dicit/id qđ ꝑtinet ad aīam que ſpūalis eſt nature. Tertulian⁹ hereticus aīam corpoream eſſe dicit.xxiiij.q.iij.quidā.ℽ. tertulianiſte. ⁊ precipue quantū ad partē rationalē. ⁊ hoc modo ſciētie ⁊ virtutes dicuntur ſpiritualia quedā. huic autē ſpirituali contradicit corporale:quod ſcilʒ pertinet ad corpus:vel ad animā. vt eſt corporis forma. ex̄ in clemen. de ſū.ca.fidei. §. porro. et vt cōmunicat cum animabus brutorum. Et ſic dicunt quidam ꝙ poteſtas prelatorū eccleſie ſpiritualis dicitur: quia eſt ſuper animas:⁊ ſuper ea que ad perfectionē pertinent anime. Poteſtas autem principū ſecularium dicitur corporalis:quia eſt ſupra corpora:⁊ ſuper ea que pertinēt ad corpus. ad hoc.xcvj.diſt. cum ad verum.ibi. quatenus ſpūalis accuſatio a carnalibus diſtaret incurſib⁹. ¶ Sed hoc dictum habet dubium. nam etiam ſecularis poteſtas ſi recta ⁊ ordinata ſit:intendit ꝑncipaliter ⁊ finaliter ſubditos dirigere:⁊ inducere ad vitam virtuoſam:que principaliter ad animā pertinet. ar. ad hoc di.iiij. facte ſunt. ex̄ in prohe. decre. rex pacificus. §. ideoq̄. Id em̄ debet intendere omnis recta poteſtas in hominib⁹:ad qđ homo finaliter ordinatur. Finis autem hominis inquātum homo/eſt felicitas. Unde omnis poteſtas recta debet intendere/vt multitudo ſibi ſubiecta ſit felix:felicitas autē hominis principaliter cōſiſtit in actu virtuoſo. vnde Pſ.j. Beatus vir qui nō abijt in conſilio impiorū ⁊c. Et iterū pſ.cxxvij. Beatus vir qui timet dominū. ⁊ Pſ.cxviij. Beati immaculati in via ⁊c. cum ſi. Quare ad officium huius poteſtatis pertinet dirigere homines in hunc finē. Uerum quia ad felicitatem politicam precipue requiruntur exteriora bona/que vite corporali deſeruiant: Ideo cōſequenter ad eius officiū pertinet gubernatio/quantū ad res exteriores/⁊ quantū ad corpora:ſine quibus nō exercentur anime opera in hui⁹ vite ſtatu. ar.j.q.iij. ſi q̇s obiecerit. ſcḋm ꝙ hoc videtur ꝙ ſecularis poteſtas principaliter etiā debet dici ſpūalis:accipiēdo ſpirituale modo predicto. ¶ Alio modo vero dicitur ſpirituale id quod ad animā pertinet: non ſcḋm naturam:ſed ſcḋm gratiam. ⁊ ſcḋm hoc dicuntur ſpiritualia illa que reſpiciūt gratiam:⁊ que ad gratiam habent habitudinem. Et hoc modo poteſtas ſecularis nō dicitur ſpiritualis:ſed tēporalis:ſcḋm quod hmōi reſpicit naturam. ſpiritualis autē reſpicit gratiam. Patet ergo differētia predicta duplicis poteſtatis regie:que eſt/ꝙ vna dicit naturalis:alia ſupernaturalis. Quia tēporalis/ſcḋm ꝙ hmōi/reſpicit naturam: ſpūalis autem reſpicit gratiam: que eſt ſuper naturā. Ex hoc vna dicitur celeſtis: alia terrena. Spiritualis em̄ que reſpicit gratiā: que facit hominem deiformē: dicitur diuina: Temporalis aūt/que reſpicit ipſam naturā hominis:ſcḋm ꝙ eſt homo: dicitur humana. ¶ Conueniunt autē he due poteſtates regie. Primo ſcḋm cauſam efficientē. quia omnis poteſtas a deo. Roma.xiij.xxiij.q.j.quid culpatur. ¶ Item ſecundo conueniunt ſcḋm cauſam finalem. q: finaliter in vtraq̄ intenditur beatitudo. vt proxime dictū eſt. ¶ Tertio conueniunt quantū ad ſubiectum. quia vtriuſq̄ poteſtatis ſubiectū eſt homo. Differunt tamen he poteſtates quantū ad diſpoſitionem ſubiecti. vt quidam dicunt. q: in homine cui cōmunicanda eſt poteſtas tēporalis:requiritur perfectio prudentie: per quā dirigatur in agendis. optimū ar.xxix.di. §.j. ⁊ c. petrus. In homine autē/cui cōmunicanda eſt poteſtas ſpiritualis:requirit perfectio ſapientie:per quam cōtempletur diuina. Unde poteſtas tēporalis requirit vitā actiuam. ſpūalis autem contēplatiuam: nihilominus ⁊ actiuam. ex̄ de renun. niſi cum pridem. §. nec putes.xxvj.diſt. ſi quis vult. ¶ Quarto conueniūt he poteſtates quantum ad obiectū. quia vtraq̄ poteſtas exercetur circa hominē. nam hic loquitur de poteſtate circa hominē. Sed tn̄ differēter habet ſe eſſe vtraq̄ circa homines. Tēporalis enim habet eſſe circa homines: vt ſcḋm ſuam naturā conſiderantur. Spiritualis autē debet eſſe circa hoīes: vt ſunt ſuſceptibiles gratie. ¶ Quinto conueniūt he poteſtates quā

Spūale dupliciṫ accipiṫ.

Spiritualis ⁊ ſecularis regie poteſtates in q̄b⁹ cōueniunt.

tum ad actus.q: cõſimiles ſunt actus vtriuſqꝫ poteſtatis. Differũt tamen in modo agendi. vtriqꝫ nãqꝫ conuenit iudicare.ſed vni corporaliter:alij ſpũaliter. Judicat vna ſpirituales cauſas.xj.q.j.per totum.Alia determinat temporales.ex̄ de iudi.nouit.ex̄ qui fi.ſint legi.c.j.⁊.c. cauſamqꝫ. Una infert penam corporalem.xxiij.q.v.quaſi per totum. Alia vero penam ſpiritualē.xj.q.iij.quaſi per totum.ex̄ de ſen.excõ.per totum.Unde vni dicitur competere gladius ſpiritualis.xvj.q.ij.viſis.in fi. Alteri vero gladi⁹ materialis.xxiij.q.v.non ſolum.xxxiij.q.ij.inter.Utriqꝫ cõuenit paſcere.ſed temporalis paſcit corporaliter:ſicut chriſtus turbas. Jo.vj.Matth.xiiij.⁊.xv.Marc.viij.Luce.ix.xxxix.di. §.j. Spiritualis autem ſpũaliter.xcv.diſtin.eſto.j. Pet.v. Paſcite qui in vobis eſt gregem ⁊c̄.licet etiã corporaliter paſcere debeat:quũ poteſt.vt pre.§.j.⁊.xxxvj.di.§.j.Utriqꝫ conuenit pugnare.ſed ſpirituali oratione ⁊ verbo.xxiij.q.viij.cõuenior.Temporali autē armis ⁊ materiali gladio. vt hic ꝓbatur.xxiij.q.viij.quaſi per totum.ex̄ de vo. ⁊ vo.redēp.ex multa.

¶ Aſſignata vero cõuenientia ⁊ differētia poteſtatum predictarũ:reſtat cõſiderare de quibuſdã alijs cõparationibus earũdem. Et primo quidē quomodo comparantur adinuicem ſm̄ tēporis prioritatem. Sicut autem lex naturalis preceſſit tēpore legem ſcriptã. vj.di.§.his ita.⁊ diſt.j.ius naturale. ſic videtur dicendum ꝙ poteſtas regia tēporalis que a natura oritur: preceſſit poteſtatem regiam ſpiritualē: que ex gratia ſumit exordiũ. Nam ſpiritualis poteſtas ſm̄ veritatem a chriſto initium habuit:qui nobis celeſte regnum patefecit. ad cuius cõſecutionē ordinatur ſpiritualis poteſtas. Secũdum ſignificationem tamen ⁊ figurã/etiam in veteri teſtamēto/hec poteſtas eſſe cepit.vt longe.ſ̄.probaui:precipue in.xiij.ar.

Alia itidē harũ poteſtatũ cõparatio.

¶ B Secundo videndũ quomodo comparantur adinuicem ſm̄ dignitatem. Eſt autem ſimpliciter ⁊ abſolute dicēdum/ꝙ poteſtas ſpiritualis eſt dignior et ſuperior multipliciter. Primo ratione agentis. quia etſi vtraqꝫ ſit a deo.Roma.xiij.tamen ſpũalis digniori modo eſt a deo: quia ſpũalius.xxij.diſt.c.j. ¶ Secũdo ratione finis:quia ſpiritualis ſpiritualius ad ſuperiorem finē ordinatur/q̄ temporalis.vt dictum eſt. ¶ Tertio ratione obiecti. quia licet homo ſit vtriuſqꝫ poteſtatis obiectum:tamen ſm̄ altiorem modũ eſt obiectum ſpiritualis poteſtatis q̄ tēporalis.quod patet. Nam temporalis poteſtatis obiectum/eſt homo:vt in ſuis naturalibus conſideratur. Spiritualis autem poteſtatis obiectum/eſt homo:vt eſt perfectibilis gratia:⁊ poteſt effici membrum chriſti:⁊ dei filius per adoptionem. Jo.j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri.de peni.di.j.§.hoc autē.v̄.item vt chriſtus ait. ¶ Quarto ratione actus. quia ſpiritualis habet altiores et digniores operationes/q̄ temporalis.q: ſicut finis ad finem ſe habet:ſic operatio ad finem perducēs/ad operationē ſe habet. ¶ Quinto ratione modi agendi.quia ſpiritualis rectius operatur/q̄ tēporalis.in quo ſepe cõtingit obliquitas ⁊ defectus.licet em̄ perſona que ſpiritualē habet poteſtatē: deficere poſſit in operando: tamē poteſtas ipſa ſm̄ ſe rectitudinem amplius ſemper habet.ar. xxij.q.iiij. qui peccat. ¶ Sexto ratione vtilitatis.nam ſpũalis plura poteſt agere:⁊ plures habet agēdi modos:q̄ tēporalis. Adhuc plures ſubdũtur poteſtati ſpũali/q̄ temporali.nã ſpirituali ſubijciunt̄ tam clerici q̄ laici.vnde ⁊ a ſubiectione illius cui ſpũalis poteſtas cõuenit plene/ſcꝫ Romani põtificis/nullus excipitur qui ad eccleſiã qualitercũqꝫ pertineat.ix.q.iij.cuncta.ex̄ de maio.⁊ obe.ſolite.§.nos autem. Temporali vero nõ ſubijciuntur niſi laici.nec hi quãtum ad omnia.clerici autē non ſubduntur directe.niſi forte ꝓpter aliquod tēporale.xxiij.q. viij.§.ecce.xviij.diſ. ep̄s metropolitanus.

¶ Deinde videndũ eſt quomodo cõparantur he poteſtates adinuicē ſm̄ cauſalitatem. Spiritualis quidē cauſalitatem habet ſuper tēporalem : et multiplicē cauſalitatis modũ. Nam ſpũalis eſt cauſa tēporalis per modũ finis.q: finis tēporalis/qui eſt felicitas naturalis: ordinatur ad finē ſpiritualis:qui eſt beatitudo ſupernaturalis.⁊ ideo tēporalis eſt propter ſpiritualē finaliter.⁊ qui poteſtatem tēporalem quam habent/ad ſpiritualem non ordinãt:peruerſe eos agere non dubiũ eſt. optimum ar.xxiij.q.v.principes.⁊.xcvij.diſt.eccleſie mee. ¶ Adhuc ſpũalis poteſtas eſt cauſa tēporalis per modum principij agētis.⁊ hoc tripliciter.primo enim ſpũalis eſt principiũ agentis reſpectu tēporalis/quantũ ad eius inſtitutionē. quia eam inſtituit.vt dicit Hugo de ſancto victore.⁊ ſepe ſupra dictũ eſt.maxime in ar.xiij.⁊.xl.

Tp̄alis poteſtas a quo inſtituta.

¶ Sed conſiderandum eſt circa hoc/ꝙ de inſtitutione regni ſummi imperij due ſunt opiniones quaſi cõtrarie. Quidam em̄ dicũt ꝙ temporalis poteſtas a ſolo deo eſt immediate: ⁊ a ſpũali poteſtate ſm̄ ſuã inſtitutionē nullo modo dependet. xxiij.q.iiij.queſitum. Alij vero dicunt ꝙ temporalis poteſtas ſi debeat eſſe legitima ⁊ iuſta:vel eſt coniuncta ſpirituali in eadē perſona:vel eſt inſtituta per ſpiritualē:alias iniuſta eſt/⁊ illegitima.ar.ad hoc.ex̄ de ſacra vnc.c.vnico.de elec. venerabilem. ¶ Inter has duas opiniones accipio mediam:que ꝓbabilior eſſe videtur: vt dicatur ꝙ inſtitutio poteſtatis tēporalis materialiter ⁊ inchoatiue habet eſſe a naturali hominũ inclinatione:ac per hoc a deo: inquãtum opus nature eſt opus dei. Gen.j.ex̄ de ſum.tri.c.j.rñ.j. Perfectiue autē ⁊ formaliter habet eſſe a poteſtate ſpirituali:que a deo ſpeciali modo deriuatur. Nam gratia nõ tollit naturam:ſed perficit eam ⁊ format.⁊ ſimiliter id qđ eſt grẽ/non tollit id qđ eſt nature:ſed illud format ⁊ perficit. Unde quia poteſtas ſpũalis gratiam reſpicit: tēporalis vero naturã:ideo ſpiritualis temporalē non excludit: ſed eam format ⁊ perficit. Imperfecta ſiquidē eſt ⁊ informis oĩs humana poteſtas:niſi per ſpiritualē formetur et perficiatur. Hec autē formatio eſt ratificatio ⁊ approbatio. Unde poteſtas humana que eſt apud infideles/quãtũcumqꝫ ſit ex inclinatione nature:atqꝫ per hoc legitima: tamen informis:quia per ſpiritualē non eſt approbata et ratificata.quia vbi ſana fides nõ eſt:non poteſt eſſe iuſticia.xxiiij.q.j.v̄.ſana.ad hoc.xxiiij.q.j.§.ſed iſtud.ibi.cui⁹ poteſtas nulla eſt extra eccleſiam.op.facit.xxiiij.q.j.§.ex his. ibi.vbi em̄ deeſt agnitio eterne ⁊ incõmutabilis veritatis falſa eſt virtus:etiã in optimis moribus.⁊ per Oſtien. de hoc in ſum.tri.de homici.⁊ de hoc.ſ̄.latius in.xiij.⁊.xl.ar. dixi.

Ptãs tēporalis duplici indiget formatione.

¶ Sed ad ampliorē huiuſmodi euidētiam/ſciēdum eſt ꝙ poteſtas humana ſiue tēporalis duplici informatione indiget/ad hoc ꝙ ſit perfecta ſm̄ rationē potentie. Indiget em̄ formatione fidei.quia ſicut nulla eſt vera virtus ſine fide:ſm̄ Aug.vt ꝓxime allegaui.ſic nulla poteſtas eſt oĩno vera ſine fide. Non ꝙ ſit nulla:⁊ omnino illegitima. vt.iij.q.vij.§.item in euãgelio.ſed q: nõ eſt vera neqꝫ perfecta.ſicut nec matrimoniũ infidelium eſt perfectum ⁊ ratum:licet ſit aliqualiter verũ ⁊ legitimũ.xxviij.q.j.§. item illud Aug. Indiget etiã formatione approbationis ⁊ ratificationis per poteſtatē ſpiritualē. Quantũcũqꝫ em̄ aliquis habeat fidem:non tamē habet poteſtatē temporalē formatam ⁊ perfectam:niſi per ſpũalem fiat ratificatio ⁊ approbatio. Nulla em̄ poteſtas ſecularis eſt omnino vera et perfecta:niſi per ſpũalem ratificetur/⁊ approbet̄/⁊ cõfirmetur. Unde vnctio regibus adhibetur:non ſolum in ſignũ ſanctitatis/q̄ in eis requiritur:ſed etiã in ſignũ approbationis ⁊ formationis. Et a põtificibus reges vngũtur.q: per ſpiritualē poteſtatem perficitur ⁊ formatur illa que tēporalis dicitur.ex̄ de ſacra vnc.c.vnico.⁊ ideo ſpũalis poteſtas põt dici quodãmodo tēporalis forma:eo modo quo lux dicit̄ forma coloris. Color em̄ habet aliq̄d de natura lucis.tamē ita debilē habet lucem:ꝙ niſi adſit lux exterior/per quã formetur:non inherēter/ſed virtualiter: non poteſt mouere viſum. Et ſimiliter tēporalis poteſtas habet aliq̄d de veritate potētie:quum ſit a iure humano: qđ a natura oritur.ſed tm̄ imperfecta eſt ⁊ informis: niſi formetur per ſpũalem.⁊ hoc modo inſtitui dicit̄ per ſpũalē. Un̄ ⁊ Hugo de ſancto victore dicit/ꝙ in eccleſia dei ſacer-

dotalis dignitas regalem poteſtatem ⁊ ſacrat/⁊ ſanctificat/⁊ benedicit/et format per inſtitutionē. ac ſi diceret ꝙ eā benedicendo ſanctificat:⁊ formādo inſtituit. dixi. ſ. co. ℟. ad hoc. Qđ etiā ampliꝰ ex hoc declaratur. nā ꝙ homo ſit ſuper hoīes ex iure humano eſt non vſquaq;. xxij. di. de conſtantinopolitana. quod a natura proficiſcitur. Qꝫ autē homo fidelis/ſit ſuper hoīes fideles/ex iure diuino eſt: qđ a gratia oritur. gratia enim non natura ſimiles efficit. Et quia ius diuinū eſt apud chriſti vicarium: ideo ad eū pertinet inſtitutio fideliū regum/⁊ tēporalis poteſtatis/ſuper fideles: inquantum ſunt fideles. vnde princeps tēporalis in eccleſia iure humano poteſtatem habet ſuꝑ hoīes. viij. diſt. quo iure. iure diuino ſuper fideles. Quia ergo fides naturā format: ideo temporalis poteſtas formando inſtituitur:⁊ inſtituēdo formatur per ſpiritualē:⁊ per eā approbatur/⁊ ratificatur. vnde nec legibus vti debet tēporalis poteſtas contrarijs ſpirituali. x. diſt. per totū. Patet ergo quomodo ſpūalis poteſtas habet rationem cauſe agentis/reſpectu temporalis: quantū ad eius inſtitutionem. ¶ Secūdo habet rationē cauſe agentis/ reſpectu eius: quantū ad iudicium. Quū enim eam inſtituat: ad eā etiam pertinet ipſam iudicare. xvj. q. ij. viſis. ex̄ de paroch. nullus. vbi de hoc. Item quū ex fine ſumatur iudiciū eorum que ſunt ad finē: poteſtas ſpūalis que vltimum ⁊ ſupremū finem hominis intēdit. j. Cor. ij. ſpūalis homo. etiā vide. ij. Cor. vj. iudicare habet tēporalem: que intendit finem inferiorē ordinabilem ad finē ſpiritualis poteſtatis. Quemadmodū enim ſcientia ſacre ſcripture iudicat quālibet ſcientiam philoſophicam. ar. xxxvij. di. §. hinc etiā. ſic ſpūalis poteſtas iudicat quālibet temporalē. ex̄ qui ſi. ſint legi. per venerabilem. §. rationibus. ad ſi. Et ſicut iudiciū ſenſus quū deficit/corrigitur per iudiciū intellectus: qui eſt ſuperior in gradu cognitiuarū potentiarum: ſic actio tēporalis poteſtatis quū inuenitur a rectitudine deuiare/corrigitur per ſpiritualē poteſtatē: ſicut per ſuperiorem. ex̄ de iudic̄. nouit. vnde dicit Hugo de ſancto victo. ꝙ ſpūalis poteſtas terrenam poteſtatē ⁊ inſtituere habet: vt ſit: ⁊ iudicare hꝫ: ſi bona nō fuerit. Habet enim eam iudicare: q: eam poteſt ⁊ debet dirigere/punire/⁊ penam ei inferre: non ſolū ſpiritualem/ſed etiā temporalem ratione criminis ⁊ delicti. etiā vſq; ad eius deſtitutionem procedere: ſi hoc delicti q̄litas exigat. ad hoc. xv. q. vj. item alius. ex̄ de ſup. ne. pre. grandi. vj. lib. ex̄ de re iudi. ad apoſtolice. lib. vj. ⁊ dicitur. ſ. in. xiij. ⁊. xl. ar. Que deſtitutio nō eſt ipſiꝰ poteſtatis. q: ſic tolleretur ordo poteſtatum; que nō peccant. dixi. ſ. in. viij. ar. ſed eſt hoīs male vtentis poteſtate ſibi data. Unde quū dicitur poteſtas deſtitui: accipitur poteſtas ꝓ eo qui poteſtatem habet. ex̄ de homi. tua nos. §. mane. ibi. poteſtati incētiue. vt enim dicit gloſ. ſuꝑ illud ad Rom̄. xiij. Omnis aīa poteſtatibus ſublimioribꝰ ſubdita ſit. noīe poteſtatis accipitur interdū poteſtas ipſa/que datur alicui a deo. aliq̄ſi homo ipſe habēs poteſtatem. Non ergo deſtituitur aut dānatur poteſtas ipſa/que bona eſt: ⁊ ad bonū ordinata. ſed deſtituitur habēs poteſtatem: quū ea vtitur indebite. ¶ Sicut em̄ per ſpūalem poteſtatē cōfertur alicui poteſtas tēporalis ſuper fideles: ſic per eādem poteſt hac poteſtate priuari: vt ꝓxime ꝓbaui. ¶ Ab hoc autē iudicio qđ cōpetit poteſtati ſpūali ſuꝑ tēporalem: nullus oīno tēporalis princeps excipitur. quū generaliter poteſtas tēporalis in quocūq; inueniat̄: ſubdita ſit ſpūali iudicio: maxime illius in quo poteſtas ſpiritualis eſt pleniſſime. ſcꝫ romani pontificis. Licet em̄ alijs pontificibus cōueniat de tēporali poteſtate iudicare (nā ep̄s poteſt regem excōicare inquātum pertinet ad ſuam dioc̄. xcvj. diſt. duo ſunt. lxiij. diſt. valentinianus. ibi. noſtra capita ſubmittamus) ſummus tn̄ pōtifex habet plenum iudiciū ſuper omnes principes: ⁊ ſm̄ omnē modū iudicij qui cōmunicatus eſt ſpūali poteſtati. vt in pre. c. itē alius. cū alijs cōcor. ibi. ⁊. ix. q. iij. cūcta. ¶ Tertio vero ſpūalis poteſtas habet rationē cauſe agentis reſpectu tēporalis;

Tēporalē poteſtatē iudicat ſpiritualis.

Spūalis eſt po

quantū ad imperiū. Sicut enim cōtingit in artibꝰ/ꝙ ars ad quā pertinet vltimus ⁊ principalis finis: imperat arti ad quā pertinet finis ſecūdarius/qui ad principalē ordinatur. ſic ⁊ in poteſtatibus ſe habet. Unde ⁊ ſpūalis poteſtas/ad quā pertinet precipuus finis: q̄ eſt beatitudo ſupernaturalis: ita ſe habet ad poteſtatē temporalē/ad quā pertinet beatitudo naturalis: q̄ eſt finis ſecūdarius ordinatus ad ſupernaturalē: ꝙ imperat ei: ⁊ in ſui obſequium vtitur ea: ⁊ oībus que ei ſubduntur: ⁊ que ad ipſam pertinent. q: naturalia gratuitis/tēporalia ſpūalibus/humana diuinis/terrena celeſtibus/tāq̄ dignioribus obſequi debent: ⁊ eorū imperio moueri ⁊ dirigi. xij. q. j. precipimꝰ. ex̄ de ma. ⁊ obe. ſolite. §. verū. ibi. in ſpūalibus antecellit: q̄ tanto tēporalibus ſunt digniora/quanto aīa prefert̄ corpori. cū concor. ibi poſitis. vnde ſpūalis poteſtas etiā ſuꝑ tēporalia quecūq; imperium habet: inquantū ſpūalibus nata ſunt obſequi: ⁊ ad ſpiritualia ordinari. ⁊ temporalis poteſtas iure diuino quantū ad oīa ſubeſt ſpūali: inquantū ordinatur ad ipſam: ⁊ eſt propter ipſam. Ita ergo ſe hꝫ ſpūalis poteſtas ad temporalem: ſicut ars architectonica ad ſubſeruientē. ⁊ ſicut ſciētia ſacra ad ſciētias humanitꝰ inuentas: q̄bus vtitur in ſui obſequiū: ad manifeſtationē ſue veritatis. ar. xxxvij. di. ſi quid veri. Unde tēporalis vocatur in auxiliū a ſpirituali: ⁊ vocata debet auxiliū ferre: ⁊ obſequiū impendere. qđ ſi non fecerint poſſunt ab eccleſia puniri. xxiij. q. v. principes. ⁊ expreſſe ibidem in. c. adminiſtratores. xcvj. di. cū ad verum. ex̄ de of. ordi. c. j. ⁊. c. q̄m. ex̄ de maledi. c. ij. vbi de hoc. xvij. diſ. nec licuit. ex̄ de ſen. ex. dilecto. lib. vj. ¶ Ex dictis aūt poteſt accipi cōparatio earū ſm̄ continentiā. Nam q: virtutes inferiorū continētur in ſuperioribus: ⁊ q̄ ſunt cauſatorū preinſunt cauſis: ideo tēporalis poteſtas que cōparat̄ ad ſpūalem ſicut inferiꝰ ad ſuperius: ⁊ ſicut cauſatū ad cauſam: cōtinetur in poteſtate ſpūali. Et propter hoc a chriſto dicūtur eſſe conceſſa beato Petro iura celeſtis imperij ⁊ terreni. xxij. diſt. c. j. q: petrus. Et q̄libet eius ſucceſſor/in quo plenitudo ſpūalis poteſtatis reſidet. ex̄ de vſu pal. ad honorem. cū ſi. prehabet poteſtatē temporalē: non tamen ſm̄ eūdem modū ſm̄ quē habetur a principe tēporali: ſed modo digniori ⁊ perfectiori. Non em̄ ſic habet eā/vt exerceat eiꝰ opera immediate: niſi in aliquibꝰ caſibus. ex̄ qui ſi. ſint le. per venerabilē. §. rationibꝰ. ſed agit opera eius nobiliori modo: ſcilꝫ imperādo/⁊ dirigendo: ⁊ ad ſuū finem operibꝰ eius vtendo. Propter qđ principes oēs tēporales obedire debent ei apud quē ſpūalis poteſtas in ſummo reſidet: tāq̄ ſummo dn̄o noſtro Jeſu chriſto. ex̄ de ma. ⁊ ob. oēs principes. ⁊ ipſum ſicut ſuperiorē ⁊ ſicut caput recognoſcere: ipmq; reuereri/⁊ honorare: atq; ei ſubijci. vnde beatus Ber. in ep̄la ad Cōradum imperatorē ait. Legi quippe/Omnis aīa poteſtatibus ſublimioribꝰ ſubdita ſit. ⁊ q̄ poteſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit. Rom̄. xiij. xj. q. iij. qui reſiſtit. quā ſententiā cupio vos ⁊ oībus modis cuſtodire/in exhibēda reuerentia ſumme ⁊ ap̄lice ſedi: ⁊ beati Petri vicario: ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari imperio. ad hoc. ij. q. vj. qui ſe ſcit. xcv. diſ. eſto. xj. q. iij. q̄ reſiſtit. lxiij. di. tibi dn̄o. ⁊. c. valētinianus. xcvij. di. victor. ibi. debita reuerentie gratulatione. xcvj. di. conſtantinꝰ. ibi. amplius q̄ terrene imperialis noſtre ſerenitatis ⁊c̄. ⁊. j. ibi. ita eius ſacroſanctā romanā eccleſiam decernimus veneranter honorare: et amplius q̄ noſtrū imperiū/terrenūq; thronū/ſedem ſacratiſſimā beati Petri glorioſe exaltari: tribuentes ei poteſtatē ⁊ gloriam/dignitatē atq; vigorem/et honorificentiā imperialē. ⁊. j. ibi. ⁊ tenētes frenū equi ipſius pro reuerētia beati Petri ſtratoris officiū illi exhibuimꝰ ⁊c̄. ⁊. c. duo ſunt. ibi. in ſi. quippe quū videamus regū colla ⁊ principū ſubmitti genubus ſacerdotū: ⁊ oſculata eorū dextra orationibꝰ eorū credant ſe excōicari vel muniri. ⁊. c. ſi imperator. ibi. Nō ad ſeculi poteſtates: quas ſi fideles ſunt eccleſie ſue/ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. ⁊ j. ibi. Imperatores chriſtiani ſubdere debent executiones

teſtatis impare tēporali,

Tpalis poteſtas in ſpūali cōtinet.

ſuas eccleſiaſticis p̄ſulibus: non p̄ferre. ⁊ in pſ. ij. dicit ⁊ nunc reges intelligite eru. qui iudi. terrā. ſeruite dn̄o in ti. ⁊ c̄. xxiij. q. iiij. nō inuenitur. ſup quo dicit gloſ. ꝙ chriſtꝰ hic loquit̄ ad reges terre/ dicens. Et nūc me conſtituto re ge ſicut predixi. Pſ. ij. Ego aūt conſtitutꝰ ſum rex ab eo. vos reges qui iudicatis terrā: ne contriſtemini: ſed intelli gite ⁊ erudimini. expedit em̄ vobis vt ſub illo ſitis/ a quo eſt intellectus ⁊ eruditio. ⁊ expedit vt temere nō domine/ mini/ ſicut illi q̄ nulli putāt ſe eſſe ſubiectos. ⁊ dn̄o omniū ſeruiatis. i. chriſto ⁊ filio dei. quare ⁊ nō eius vicario quē ſui loco p̄fecit eccleſie: et ſi reges ei obedire debent: q̄re ⁊ non ij omnes qui qualitercūq̄ ſubſunt regibus: immo multo magis q̄ regibus. quia quantū ad omnia eſt ſupe rior. ⁊ q: totius poteſtatis ſpūalis ⁊ tēporalis apicem te/ net. vn̄ ſi ſummus pontifex mandet vnum: ⁊ quicūq̄ prin ceps temporalis contrariū: obediendū eſt magis ſummo pontifici/ q̄ principi. xj. q. iij. qui reſiſtit. diſ. viij. que cōtra. ¶ De alijs autē pōtificibus ſecus eſt. op. ar. xviij. di. ſi eps̄ metropolitanus. q: non habēt plenitudinē poteſtatis. ex̄ de vſu pal. ad honorē. vnde in ijs que ad ſalutē anime pti/ nent: magis eſt eis obediendū/ q̄ principi. xj. q. iij. iulianꝰ. In ijs autem que ad bonū ciuile pertinēt: magis obedie/ dum eſt principi. vt p̄e. c. ſi eps̄. ⁊ c. que cōtra. Tēporalis itaq̄ poteſtas ita cōparatur ad ſpiritualē/ ꝙ ei ſubijcitur et obſequit̄: ab ea inſtituitur: ab ea iudicat̄: in ipſam redu citur/ ⁊ ordinatur: in ea cōtinetur/ ⁊ reſeruat̄. Et hoc ſim/ pliciter ⁊ maxime verum eſt de poteſtate plenaria ſpūali: qualis eſt in ſummo pontifice. De poteſtate aūt ſpirituali ſm̄ partem: qualis eſt in alijs p̄latis: verū eſt ſm̄ aliq̄d/ ⁊ in parte: vt ſuperius eſt probatū. ¶ Q: autem ſpūalis poteſtas ſit dignior ⁊ ſuperior tēporali p̄z ex multis. Pri/ mo ex decimarū datione: quas poteſtas tēporalis dat p̄e latis eccleſie: in recognitionē ſeruitutis dei: a quo habēt res tēporales: ⁊ poteſtatem ſuper ipſas. xcvj. di. ſi impera/ tor. eo modo quo aliqui ſunt tributarij alicui dn̄o ratione eius qđ tenent ab eo. ex̄ de cenſi. omnis. iſta ratio ꝓbatur xvj. q. j. decime. ex̄ de deci. tua nobis fraternitas. Secūdo ex ſanctificatione ⁊ benedictione. quia ſpūalis poteſtas tēporalem ſacrat ⁊ benedicit. qui aūt benedicit/ maior eſt vt dicit apl's ad Heb. vij. ibi. ſine vlla aūt contradictione/ qđ minus eſt/ a maiore benedicit̄. xxj. di. deniq̄. Tertio ex rerū gubernatione. quia ſicut in ordine rerum ſpūalia re gunt corporalia: ⁊ corporalia groſſiora ꝑ ſubtiliora regū/ tur: Sic in eccleſia que optime ordinata eſt/ poteſtas tem poralis per ſpūalem regitur: vt corpus per animū/ qui ei ꝑponit̄. xxxviij. di. ſedulo. Et ſicut in vniuerſo vnū corpus per aliud gubernat̄: ⁊ corpus per ſpiritū: ⁊ ſpūs inferior ꝑ ſuperiorē: ⁊ omnis ſpūs per deū: vnde Leo papa. Tunc ex natura par hoīs/ ⁊ vera libertas: qn̄ ⁊ caro animo iudice regitur: ⁊ animꝰ deo p̄ſide gubernat̄. Sic in eccleſia po teſtas tēporalis per aliam tēporalem: ⁊ tēporalis per ſpi/ ritualē: ⁊ vna ſpūalis ꝑ aliā: ⁊ oīs ſpūalis per vnā primā ſummi pōtificis gubernat̄. ad hec. xj. q. iij. cure. ex̄ de treu. ⁊ pa. c. j. ij. q. vj. ad romanam. ¶ Q: aūt ſpūalis poteſtas p̄habeat tēporalem: ita ꝙ ſuper tēporalia poſſit: ⁊ ꝙ ſub ea ſint principes ſeculares: ⁊ per conſequens ij q̄ ſubſunt principibꝰ: non ſolū quantū ad ſpūalia/ ſed etiā quantum ad tēporalia: ꝓbatur multipliciter. Primo quidem q: cui cōmittitur principale/ intelligitur cōmitti ⁊ acceſſoriū. ex̄ de reg. iur. acceſſoriū. lib. vj. ⁊ ex̄ de dona. inter vi. ⁊ vxo. de prudētia. vbi de hoc legit̄ ⁊ no. in gloſ. bene dicit. Sed po teſtas ſpūalis eſt principalis: tēporalis autē eſt acceſſoria reſpectu eiꝰ quū ſub ea ⁊ ꝓpter eā ſit. vt ſupra ꝓbatū eſt. Ergo cui cōmittit̄ ſpūalis/ intelligit̄ cōmitti etiā tēpora/ lis. vt p̄e. c. de prudētia. Petro aūt ⁊ ſucceſſoribus eiꝰ cō/ miſſa eſt a chriſto ſpūalis poteſtas/ ⁊ plene. vt ſupra ſepe dictū eſt. ergo ⁊ tēporalis. q: chriſtus cuiꝰ papa vicariꝰ eſt. ex̄ de trāſla. quāto. ſuo modo vtrūq̄ exercuit. x. di. qm̄. Itē qui curā habet de fine: oportet ꝙ etiam de ijs que ſunt ad finē/ curam habeat. Sed ſpūalis poteſtas curā habet de fine hoīs: qui eſt ſalus ⁊ beatitudo anime: ergo curam ha bebit de oībus ijs que ad hūc obtinendū cōferre poſſunt: et de ijs que ipſius executionem impediūt. Inter hec aūt ſunt tēporalia. quia eorum bono vſu meremur eternū p̄e miū. ⁊ abuſu eternā penā. ar. bo. xj. q. j. expedit. de pe. diſ. j. §. ex his oībus. R. idem ſuper danielē. Quāobrem ſpūalis poteſtas etiā ſuper tēporalia pōt: inquantū ordinātur ad finē ſalutis. Et q: ad hoc ſunt nobis data a deo: vt eis be/ ne vtamur in ordine ad ſalutē: nec aliter appetēda ⁊ poſ/ ſidenda ⁊ diſpēſanda ſunt: q̄ ꝓpter beatitudinē: Ideo ſpi ritualis poteſtas extēdit ſe ad illa: ſm̄ id ad qđ nobis da/ ta ſunt: ⁊ ſm̄ qđ a nobis habenda ſunt. Unde ad ſpūalem poteſtatē pertinet imperare bonū eorum vſum: ⁊ ꝓhibe/ re abuſum. Nam oīs cauſa ad puniendū peccatū ad eccle ſiā pertinet. ex̄ de iudi. nouit. Item ſicut chriſtus eſt caput fideliū: ⁊ ſm̄ animas/ ⁊ ſm̄ corpora. Ephe. j. Ipſum dedit caput ſupra oēm eccleſiā. ⁊ ad Col'. j. Et ipſe eſt caput cor/ poris eccleſie. ex̄ de ſacra vnc. c. j. §. caput aūt. Ita ⁊ eius vi cariꝰ equaliter poteſtatē habet ſuꝑ corpora ⁊ ſuper ea q̄ corporali vite deſeruiūt: cuiuſmodi ſunt exteriora bona ⁊ tēporalia: inquantū ipſa vita corporalis ⁊ ad ipſam cōfe/ rentia organice ad ſalutē adminiculant̄. Nā ad actiones ſpūales vtitur corporeis mēbris. ꝓpter qđ apl's ait. quod ipſa corpora veſtra templū ſunt ſpūs ſancti q̄ habitat in nobis. j. Cor. iij. ⁊ vj. c. ⁊ ij. Cor. vj. ¶ Item ſpūalis pote/ ſtas tēporalem pōt iudicare rōne delicti. xxiij. q. v. admini ſtratores. xxxij. q. v. precepit. ex̄ de iudi. nouit. ⁊ eam requi/ rere ꝓ defenſione eccleſie. Poteſt etiā ab ea ⁊ ei ſubditis exigere auxiliū/ ⁊ ſubuentionē perſonarū ⁊ rerum ꝓ cō/ muni vtilitate eccleſie. ad hoc. xcvij. di. eccleſie. xxiij. q. viij. vt p̄idē. ⁊. q. iiij. ſicut excellentiā. Ex his aūt ſequitur ꝙ ei ſubijciatur in tēporalibus. q: ⁊ ipſa tēporalis poteſtas nō plus videt̄ poſſe in ſibi ſubiectis. Item principes etiā ſecu lares nedū ſubditi/ de ſuis tēporalibus decimas ſoluunt. no. ex̄ de ma. ⁊ obe. oēs principes. ¶ Item ſm̄ ius diuinū nullus iuſte poſſidet/ ſi dei dominio a quo id hꝫ volūtarie non ſubdatur: ⁊ ſi eo non recte vtatur. ꝓpter qđ infideles et peccatores: q̄ ſe dei dominio ſubtrahunt: ⁊ tēporalibus peruerſe vtunt̄: indigne ac iniuſte ipſa tēporalia poſſidēt: ſm̄ ius diuinū. quicquid ſit de iure humano. ⁊ ſm̄ hoc ve rificatur illud Aug. ꝙ Iure Diuino Oīa Sunt Iuſtorū. xxiij. q. vij. c. j. ij. ⁊. iij. Non eſt autē ſubiectus deo/ q̄ non eſt ſubiectꝰ eccleſiaſtice poteſtati. xxiij. q. j. didicimus. Rectꝰ q̄ vſus temporaliū eſt ſm̄ ordinē ad finē quē ſpūalis po/ teſtas intendit: ⁊ ad quē dirigit: quare nullꝰ iuſte poſſidet aliq̄d tēporale: niſi in eiꝰ poſſeſſione poteſtati ſpirituali ſe ſubdat. hoc aūt non eſt: niſi ſpūalis poteſtas ad ipſa tēpo ralia ſe extendat. ¶ L Recte ꝓpterea quidā docent ꝙ ſpūalis poteſtas ad temporalia ſe dupliciter extēdit. vno modo quātum ad vſum ꝓprie neceſſitatis. Dignū eſt em̄ vt qui ſpūalia ſeminat: metat carnalia. j. ad Cor. ix. xiij. q. j. §. his ita reſpōdetur. ex̄ de p̄ſcrip. cū ex officio. Alio mo do quantū ad iudiciū. q: quū de ſpūalibus iudicet: que ſu periora ⁊ potiora ſunt: pōt etiam de tēporalibꝰ iudicare: vel mediate vel immediate. ſicut ſuperiꝰ dictū ⁊ exp̄ſſum eſt. xj. q. j. quicūq̄ litem. ¶ D Q: aūt poteſtas tēporalis inſtituat̄ per ſpūalem: licet ſit ſuperiꝰ declaratū: tn̄ adhuc ſic arguit̄. Populus em̄ iſraeliticus figurabat ppl'm chri ſtianū: ⁊ q̄ in illo populo cōtingebāt: figura erāt horum q̄ ſunt in ppl'o chriſtiano. j. Cor. j. In illo aūt ppl'o electionē ſummi pōtificis ⁊ regis non cōmiſit deus populo: ſed ſibi reſeruauit. ſicut đ: Deut'. xvij. Eum conſtitues regem quē dn̄s deꝰ tuus elegit. Un̄ ex ſpeciali dei ordinatione inſtitu ti ſunt iudices in populo illo. ⁊ poſtea reges. viij. q. j. licet. Quare in ppl'o chriſtiano ex ſpeciali dei ordinatione de/ bēt reges inſtitui. Hec aūt dei ordinatio declarabatur in veteri teſtamēto per ꝓphetas vel ſacerdotes: a q̄bus vn/ gebātur aliqui in reges. quare etiam in nouo teſtamento etiā declarari debet per ſacerdotes poteſtatē ſpūalem ha bentes. ⁊ ſm̄ hoc ſpūalis poteſtas inſtituere dicit̄ tēpora/

Spūalē ꝑtātē p̄ſtare tē/ porali ꝓ/ batur.

Tp̄alis poteſtas quātum ad ſpūa/ lia ⁊ tem poralia ſubeſt ſpūali.

Tp̄alis poteſtas a ſpūali iudicat̄.

Spūa/ lis tēpo/ ralē inſti tuit.

ſem:inquantũ vice dei agit.⁊ id qđ ipſe agit dicit̃ de⁹ age⸗
re.q: qui per aliũ facit:per ſe facit.ex̃ de pſcrip.ſi diligenti.
⁊ de ſen.ex.mulieres.in fi.vbi de hoc in gloſ.ſi ſupra.Sed
hmõi inſtitutio principũ in eccleſia iure diuino non exclu
dit illã que de iure humano eſt:ſed eã format ⁊ perficit.vt
ſuperi⁹ eſt dictũ.Nã ⁊ in inſtitutione pontificũ que fit per
ſuperiorẽ pontificẽ/precedit quedã imperfecta inſtitutio
p ius electiõis.de hoc legit̃ ⁊ no.lxiij.di.quãto.❡ E Q̃
aũt poteſtas tẽporalis p ſpũalẽ iudicet̃/preter ſupradicta
ſic oſtendit̃.Principes em̃ tẽporales de facili degenerant
a bono regimine:⁊ efficiunt̃ tyrãni.qđ ptȝ in multis exem
plis:tã apud gentiles/q̃ in pplo iſraelitico:⁊ poſt chriſtũ
in pplo chriſtiano:in qbus plures pncipes tyrãni fuerũt:
pauci aũt reges veraciter.Et hui⁹ ratio eſt:q: regi conce
ditur magna poteſtas.⁊ q: non eſt niſi hois virtuoſi bene
ferre bonas fortunas:ideo in eo cui tam magna poteſtas
cõceditur:perfecta virt⁹ requirit̃.Perfecta aũt virtus in
paucis inuenit̃.Et ideo pauci reges regaliter pncipant̃.
plures aũt ad tyrãnidem declinãt:⁊ maxime ꝑpter cupi⸗
ditatis vitiũ:q̃ radix eſt oĩm maloꝝ ẜm aplm̃.j.ad Timo.
vj.xlvij.di.bonoꝝ.Hinc eſt ꝙ dñs in populo iſrael a pnci⸗
pio nõ inſtituit regem cũ plena poteſtate:ſed iudicẽ ⁊ gu
bernatorẽ/in coꝝ cuſtodiã.poſtea vero regẽ ad petitionẽ
populi quaſi indignat⁹ cõceſſit.qđ ptȝ per illud qđ ait ad
Samuelẽ.Non te abiecerũt:ſed me:ne regnẽ ſuper eos.j.
Reg.viij.viij.q.j.audacter.Hec aũt facilis declinatio pn⸗
cipũ ad tyrãnidem vergit in diſpendiũ ſalutis ⁊ ipſoꝝ pn
cipantiũ iniuſte/⁊ etiã ſubditorum.qui dũ tyrãnice oppri
munt̃ in ea q̃ ſunt ſaluti cõtraria decidũt.Deus autẽ eccle
ſiam ſuam ſic vult diſponi ⁊ gubernari:ſicut magis expe
dit ſaluti fideliũ.ſed principes ſeculares ad tyrãnidem ci
to conuertibiles vt in pluribus vtile ⁊ neceſſe eſt/vt iudi⸗
centur per ſuperiorẽ aliquam poteſtatẽ in eccleſia:cui⁹ ti⸗
more ab exercenda tyrannide retrahantur. ❡ F

Ex dictis aũt ⁊ circa dicta poſſumus aliquã eli⸗
cere:⁊ aliqua notabiliter conſiderare circa po
teſtates iſtas.Primo qdẽ conſiderãdum eſt ꝙ
q: poteſtas tẽporalis preexiſtit in ſpũali:ſicut
inferior virt⁹ in ſuperiori:et cauſatũ in cauſa.vt dictũ eſt.
Ideo quicũq; ſunt ſub poteſtate tẽporali:ſunt etiã ſub ſpi
rituali.non aũt econtra.vt dictũ eſt.Nã ſub ſpũali ſunt tã
clerici q̃ laici:licet clerici ſpecialius.q: coꝝ ſtatus eſt ſpiri
tualior:quũ ſint ſpecialiter in ſortẽ dñi electi.xxj.di.cleros.
xij.q.j.clericus qui.Sub tẽporali aũt ſunt laici ſolũ.nec ij
quantũ ad oĩa:ſed ſolũ quoad tẽporalia.Clerici aũt a tẽ⸗
porali poteſtate ſunt liberi.quũ ſint ad ſpũalia deputati.
ex̃ de immu.eccle.nõ min⁹.c.j.⁊.c.aduerſus.xvj.q.j.placet.
⁊.c.generaliter.Et aliqua tñ cauſa ⁊ ꝑpter aliqđ tempo
rale ſubijciunt̃ interdũ principi ſeculari/ẜm aliquẽ modũ

Tpalia oĩa ſpũali ſubſũt ptãti.

xvij.diſt.nec licuit.xxiij.q.viij.§.ecce.❡ G Item oĩa bo
na tẽporalia q̃ ſubſunt poteſtati tẽporali/ſubſunt etiã ſpi⸗
rituali.non tñ eodẽ modo.q: tẽporali ſubſunt immediate
ſpũali ṽo mediate tẽporali ſubſunt:quantũ ad immedia⸗
tam adminiſtrationẽ ⁊ diſpẽſationẽ.Spũali aũt quantũ
ad principalẽ ordinationẽ.Quedã ṽo tẽporalia ſubſunt
ſpũali:q̃ non ſubſunt tẽporali.vt ſunt illa q̃ ad ſpũalia cõ⸗
nexione habẽt.vt eccleſiaſtica beneficia:ſiue cõſtent in de⸗
cimis/primitijs/oblationib⁹ fideliũ:ſiue in ijs que donã⸗
tur eccleſijs ex deuotiõe:ſiue in alijs q̃ qualitercũq; obue
niũt/aut acquirũtur eccleſijs.ad hec.j.q.iij.ſi quis obiece
rit.c.ſaluator.c.puenit.ex̃ de iudi.quãto.ex̃ de iure pa.con⸗
ſulit.⁊.c.de iure.ex̃ de penis.in qbuſdã.ex̃ de ṽ.ſigni.cauſã
carpẽſis.ex̃ lib.vj.de elec.generali.xvj.q.vij.decimas.x.q.
j.in primis.viij.c.❡ Item oẽs actus q̃ conueniũt poteſta
ti tẽporali:conueniunt etiã ſpũali.non tñ eodẽ modo:ſed
excellẽtius.Nam ſpũalia conueniunt ẜm imperiũ:ẜm nu
tũ:ẜm directionẽ:⁊ immediate.Temporali aũt cõueniũt
ẜm vſum:ẜm miniſteriũ:⁊ obſequiũ:⁊ mediate.Sed ſpiri
tuali cõueniunt aliqui actus:qui nõ cõueniũt temporali:
et de qbus nõ debet nec poteſt ſine offenſa ſe intromitte⸗
re temporalis.cuiuſmodi ſunt actus ſpũales:⁊ circa ſpũa⸗
lia.ex̃ de cõſt.eccleſia.de re.eccle.non alie.cum laicis.xcvj.
di.bene quidem.ex̃ de elec.quiſquis.ex̃ de iudic̃.at ſi cleri⸗
ci.de foro cõpe.ſi diligenti.x.q.j.ſanctorũ.cum ſi.Et hmõi
ratio ſumitur ex ordine poteſtatũ.q: inferior poteſtas nõ
debet ſibi vſurpare que ad ſuperiorẽ pertinẽt.ex̃ de of.le.
qđ tranſlationẽ.vñ ⁊ plures hunc ordinẽ peruertentes:⁊
ea que nõ conueniũt ꝓprio gradui/⁊ officio:puniri legũ⸗
tur.ſicut ptȝ de Ozia rege incẽſum offerẽte.ij.Paralipo.
xxvj.ibi.Nõ eſt tui officij Ozia/vt adoleas incẽſum dño.
Idem in Saule.j.Regũ.iiij.⁊.xiiij.⁊.j.ſtatimq; orta eſt le⸗
pra in frõte ei⁹.ij.q.vij.§.his ita.ij.Idẽ in Datan ⁊ Abiron
vſurpãtibus officiũ ſuum.Nume.xvj.vij.q.j.deniq;.ex̃ de
elec.licet.⁊ de plurib⁹ alijs.vt beatus Dionyſius pulchre
oſtẽdit in epla ad Demophilũ.vbi poſt exẽpla multa que
ponit ad hoc ꝙ aliq̃s non debet agere niſi ea q̃ pertinent
ad ꝓpriũ officiũ:cõcludit:Quare non eſt fas ſicut ſancta
eloquia dicũt:nec ea que iuſta ſunt:nõ ẜm dignitatẽ exeq̃.
oportet aũt vnumquẽq; ſibi attẽdere:⁊ nõ altiora ⁊ pro⸗
fundiora intendere:deliberare aũt ea ſola que ſunt ẜm di
gnitatẽ ipſi ordinata.hucuſq; dionyſius.❡ H Uerum
tamen q: nõnulli pncipes tẽporales de quibuſdã ſe ſpũa⸗
libus intromittũt:vt de collatione beneficioꝝ eccleſiaſti⸗
corũ.vt Rex Frãcie in multis eccleſijs regni ſui.aut cuſto
dia rerũ eccleſiaſticarũ.vt in cano.ex̃ lib.vj.de elec.gene⸗
rali.Ideo vt videat̃ quomodo põt eis cõuenire aut non:
Sciendũ ꝙ quedã ẜm ſe ſunt pure ſpũalia.⁊ ad hec nullo
modo ſe extẽdit poteſtas tẽporalis:cuiuſmodi ſunt abſo⸗
lutio a pctis in foro pnie:conſecratio eucharistie:⁊ colla⸗
tio alioꝝ ſacramẽtoꝝ que ad preſbyteros nõ ad alios ſpe
ctat.j.q.j.multi.de peni.diſt.j.verbũ.ex̃ de peni.⁊ re.noua.

Beneficiorũ eccleſiaſticorũ collatio an ad tpalẽ ſpectet ptãtem.

❡ I Quedã aũt ſunt ſpũalia:non ẜm ſe/ſed ꝑpter con
nexionem quã habẽt ad ſpũalia.ſicut eccleſiaſtica benefi⸗
cia.j.q.iij.ſi q̃s obiecerit.⁊ ad hec aliquo modo põt ſe extẽ
dere poteſtas ſecularis:⁊ aliquo modo nõ.Nã virtute ꝓ⸗
pria non ſe extẽdit ad hoc:ſed in virtute virtutis ſpũalis
et poteſtatis/q̃ ſuperior eſt:põt ſe extẽdere inſtrumentali⸗
ter ⁊ miniſterialiter.Uñ quando princeps tẽporalis dicit̃
cõferre beneficiũ eccleſiaſticum/ex collatione poteſtatis
ſpũalis.talis collatio eſt a poteſtate ſpũali:ſicut ab habẽ⸗
te authoritatẽ conferẽdi.a principe aũt eſt:ſicut adminicu
lũ exhibente in hui⁹ collatione:preſentãdo:vel exprimen⸗
do perſonã aptã vel dignã.ad hec faciunt ea q̃ no.in ſum⸗
ma.j.q.j.lxiij.di.hadrianus.ij.⁊.c.ſe.facit lib.vj.de elec.ge⸗
nerali.ex̃ de offi.leg.dilectus.ex̃ de his q̃ fi.a pla.cũ in apo
ſtolica.i fi.⁊ vide quod no.xvj.q.viij.decimas.j.ex̃ de deci.
q̃uis.Si aũt talis collatio fiat a principe ſine cõſenſu ex⸗
preſſo ſpũalis poteſtatis/q̃ in hoc habet authoritatẽ:nul⸗
la eſt ipa collatio de iure.vt eſt expreſſum.xvj.q.vij.laicis.
⁊ vide qđ ibi no.nec ex cõſuetudine quantũcũq; lõgeua⸗
põt hoc licitũ ſibi eſſe:quinimmo quãto talis conſuetudo
diuturnior/tãto deteſtabilior.ex̃ de ſimo.cũ in eccleſie.⁊.c.
non ſatis.vbi de hoc.Secus ſi de hoc haberet priuilegiũ:
vt no.pre.c.laicis.❡ Scđo conſiderãdũ eſt ꝙ quũ dicit̃
poteſtas tẽporalis preexiſtere in illo apud quem eſt ſpũa
lis:non ita eſt intelligendũ quaſi per duas poteſtates di⸗
uerſas ⁊ diſtinctas habeat:ſed q: per vnam ſuã poteſtatẽ
ſuper ſpũalia ⁊ tẽporalia poteſt.Nã inferiora ſunt in ſupe
rioribus vnitiue:⁊ qđ in inferiorib⁹ diſtinguitur:in ſupe⸗
rioribus vnitur.Dicit̃ tamen in ipſo eſſe duplex poteſtas
ꝑpter reſpectũ ad actus diuerſos.nã prout exercet actus
ſpirituales/⁊ adminiſtrat ſpũalia:dicitur habere poten⸗
tiã ſpũalem.prout aũt dirigit/⁊ conſulit/⁊ imperat in tẽ⸗
poralibus:dicitur habere poteſtatẽ temporalẽ.Sic ergo
vna potentia rationis diſtinguitur per officia diuerſa in
ſuperiorẽ ⁊ inferiorem.q: ẜm ꝙ intendit eternis ꝓſpicien
dis ⁊ cõſulendis:dicit̃ ratio ſuperior.ꝓut aũt intẽdit reb⁹
tẽporalibus:dicit̃ inferior.vt btũs Aug.ait.Sic vna pote
ſtas habentis potentiã ſpiritualem/dicitur temporalis et
ſpũalis:⁊ diſtinguitur circa officia:⁊ dicitur inferior ⁊ ſu

perioꝛ diuerſis reſpectibus. q: tamen denominatio ſit a dignioꝛi:ideo ſimplr̃ dicitur hec ptās ſpūalis.ad hanc rationē facit ex̃ de ſacra vnc.c.j.§.quia vero.ꝟ.in vertice vero. ❡ Tertio conſiderandū eſt ꝙ licet ille qui habet poteſtatem ſpūalem/pꝛehabeat in illa etiā tempoꝛalē:nō tn̄ eſt ſupfluum eſſe in eccl'ia pncipem/tēpoꝛalem tm̄ poteſtatem habentē. Pꝛimo quidē ꝑpter modi agendi varietatem:q: non eodem modo exercet iuriſdictionē tempoꝛalem pꝛinceps tempoꝛalis ⁊ ſpūalis.vt dictuꝫ eſt. vnde ꝑpter diuerſos agēdi modos/opoꝛtet eſſe diuerſitatem agentiū. ❡ Secūdo ꝑpter indecētiam ⁊ indignitatem. Indignū em̄ eſt ⁊ indecens: vt illi agant opera vilioꝛa: q̄bus cōpetunt dignioꝛa ⁊ potioꝛa. Unde ſpūali poteſtati cui cōuenit agere ſpūalia. xcvj.diſti.duo. indignū ⁊ indecens eſt/circa tēpoꝛalium exercitium occupari.op.ar. xvj.q.j.de p̄ſentium.maxime ibi.oīmoda eſt em̄ illius habitus ⁊ iſti' officij diuerſitas.⁊ nemo deo militās.ſm apoſtolum.ij.ad Timo.ij. implicat ſe negotijs ſecularibus. lxxxviij.diſt.conſequēs.⁊ ꝑ totum.ex̃ ne cleri.vel mona.ſꝫ nec ꝓcurationes.⁊ ꝑ totum in rubꝛo ⁊ in nigro.xxj.q.iij. credo.⁊ ꝑ totum.xj.q.j.te quidē. Igitur congruū eſt eſſe aliquē inferioꝛem ptātem:q̄ circa hmōi tempoꝛalia occuperur.hoc bene ꝓbatur.j.ad Coꝝ.vj.⁊.xj.q.j.§.ex his.ibi. ſecularia ergo iudicia ſi habueritis:cōtēptibiles.i.laicos qui ſunt in eccl'ia cōſtituite.⁊ in.c.te quidem.ibi.neq꜄ em̄ iudicem/neq꜄ cognitoꝛem ſecularium negotioꝝ hodie te oꝛdinare vult chꝛiſtus: ne p̄focatus hoīm p̄ſentib' curis non poſſis verbo dei vacare.hec vero opera que tibi minus congruere diximus:exhibeant ſibijnuicem vacantes laici:⁊ te nemo occupet ab ijs ſtudijs per que ſalus hominibus datur. ❡ Tertio ꝑpter libertatē agendi.vt videlꝫ ſpūalis ptās liberioꝛ ſit ad vacandum ſpūalibus:dū non impeditur per adminiſtrationē tempoꝛalium.vt in pꝛe.c. maxime in.c.te quidem. Non em̄ eſt homo vt deus: q̄ ꝓpter gubernationem inferioꝝ nō impeditur a gubernatione ſuperioꝝ.nec ecōuerſo.immo in hoīe intentio circa vnū/impedit intentionē circa aliud:q: Pluribus intent' minoꝛ eſt ad ſingula ſenſus. ⁊ dū ad vtrūq꜄ feſtinat:neutrum bene peragit.xvj.q.j.pꝛeſbyteros.ibi.ſatis em̄ incongruū eſt:ſi quū vnū ex his ꝓ ſui magnitudine diligenter quis non poſſit implere:ad vtrūq꜄ videatur idoneus.facit.lxxxix.di.ſingula.⁊ diuiſus in duo/nō habet ſui plenariam ptātem.ex̃ de cleri.cōiu.diuerſis.vbi de hoc.⁊ apl'us j.ad Coꝝ.vij.ibi.qui autē cum vxoꝛe eſt: ſolicitus eſt que ſunt mūdi quō placeat vxoꝛi:⁊ diuiſus eſt.vt pꝛe.c.diuerſis. Ut ergo ſpūalis ptās ſine impedimento intendat circa ſpūalia ⁊ diuina:expedit vt ſub ea ſit alia ptās: q̄ intēdat circa tempoꝛalia ⁊ humana. ❡ Quarto ꝑpter adiutoꝛij neceſſitatem. q: ſpūalis ptās non ſufficit ꝑ ſeipſam/ad exercendum oīa illa reſpectu quoꝝ habet ptātem: ſed indiget adiuuari.⁊ ꝑpter hoc opoꝛtuit eſſe quādam inferioꝛem ptātem:que ſpūali miniſtraret in regimine tēpoꝛalium:vt ipſam adiuuaret in pluribus que ſola non pōt efficere:ipſamq꜄ muniret atq꜄ tueretur. ad hoc.xcvj.diſt. cum ad verū ventū eſt.ibi.⁊ pontifices ꝓ curſu tempoꝛalium tm̄modo rerū imperialibus legibus vterent̃: quaten' ſpūalis actio a carnalib' diſtaret incurſib': et deo militans minime ſe negotijs ſecularibus implicaret ⁊c. Item Iſid.de ſummo bono li.iij. Pꝛincipes ſeculi nōnūq꜄ intra eccl'iam ptātis accepte culmina tenent: vt ꝑ eādem ptātem diſciplinā eccleſiaſticam muniant. Ceterum intra eccl'iam ptātes neceſſarie nō eſſent:niſi vt qđ non p̄ualēt ſacerdotes efficere ꝑ doctrine ſermonē:hoc imperet ptās ꝑ diſcipline terroꝛem ⁊c. xxiij.q.v.pncipes. ⁊ vide qđ ibi ſequit̃. ❡ Quinto ꝑpter oꝛdinis bonitatē.ſicut em̄ bon' ⁊ ſupbonus deus:q̄uis oīa per ſeipm poſſit: dignitatem cōmunicat regiminis creaturiſ diuerſis:vt bonū oꝛdinis in cauſando ſicut ⁊ in eſſendo reluceat in rebus ab ipſo ꝓductis:ſic etiam in eccleſia voluit eſſe quādam inferioꝛem poteſtatem ſub ſpūali:cui tēpoꝛalium regimen committeret:ac per hoc inueniatur in eccleſia bonū oꝛdinis: quātum ad regiminis ptātem.hec ratio ꝓbatur.lxxxviij. diſt.decreuit.lxxxix.diſt.ad hoc. ad hanc materiā optime facit Exod.xviij.ibi. At ille ſcꝫ Ietro cognatus moyſi/nō bonā inquit rem facis.ſtulto laboꝛe cōſumeris:⁊ tu ⁊ populus iſte qui tecū eſt.vltra vires tuas eſt negotiū.ſolus illud nō poteris ſuſtinere.ſed audi verba mea atq꜄ conſilia:⁊ dn̄s erit tecum. Eſto tu ppl'o in ijs q̄ ad deū ꝑtinent: vt referas que dicūtur ad eum.⁊.j. Pꝛouide de omni plebe viros potentes ⁊ timentes deū: in quibus ſit veritas: et qui oderint auaritiam:⁊ ꝯſtitue ex eis tribunos/⁊ centuriones/⁊ quinquagenarios/⁊ decanos/qui iudicent populum omni tempoꝛe ⁊c.

❡ L

Tpalis ptās eccleſie cōducibil.

Ex his autem rationibus per quas oſtēſum eſt ꝙ nō ſupfluit poteſtas p̄ncipum tempoꝛalium in eccl'ia:licꝫ ſpūalis poteſtas pꝛehabeat tēpoꝛalem: concludi pōt/ꝙ ſpūalis tēpoꝛalem iuriſdictionē quā habet/ nō debet exercere immediate:loquendo regulariter ⁊ cōmuniter. Hoc em̄ requirit eius modus agēdi:qui eſt ſm imperiū ⁊ directionē:non autem ſm imediatam executionē. Hoc enim requirit eius dignitas:cui nō cōuenit inferioꝛibus actionibus intendere. Hoc etiam requirit eius libertas circa ſpūales actus: cui expedit adminiſtratione rerum tempoꝛalium nō implicari ⁊ ipediri.vt.ſ̄.pꝛimo.§.ꝟſi.ij. dictum eſt. Hoc etiam requirit operandi cōmoditas:que ꝓuenit ex eo ꝙ ꝑ ptātem tempoꝛalem adiuuat̃ et munit̃. Hoc etiā requirit oꝛdo ptātum:q̄ tolleret̃ ſi ſpūalis ptās exerceret imediate iuriſdictionē tpalem.vt hec.ꝟ.pꝛimo ſunt ꝓbata. ❡ L Licet aūt regulariter ⁊ cōiter nō debeat ſpūalis ptās iuriſdictionē tempoꝛalē exercere:certiſ tn̄ cauſis inſpectis ⁊ in aliquib' caſibus pōt imediate ſe de tēpoꝛalibus intromittere:ſicut ⁊ ipſe deus:licet de cōi lege agat in rebus mediantibus ſecūdis cauſis:tn̄ de lege ſpeciali aliq̄n agit pꝛeter oꝛdinē ſecundariū cauſarū. hec ꝓbantur ex̃ de iudic.nouit.§.nō em̄ intēdimus. ex̃ qui ſi. ſint legi.latoꝛ.§.ſi vero.⁊.c.cauſam que.ij.§.nos attendētes.⁊.c.ꝑ venerabilem.§.rōnibus.xcvj.di.cū ad verum.⁊ c.duo ſunt.xj.q.j.ꝓuenit.in ſi. Caſus de q̄bus ſe eccl'ia de tēpoꝛalibus intromittit/no.ex̃ de fo.cōpe.licꝫ.⁊ plures poſui.ſ̄.in p̄ncipio iſtius operis: vbi de hoc latius diſputaui in.xxxvij.ar.poſt tria fol'.ꝟ.dicendū eſt igit̃.⁊.j.e.ꝟ.de q̄bus. ❡ Qđ aūt poſſint in caſib' ⁊ ex cauſa habētes poteſtatē ſpūalem intromittere ſe de tēpoꝛalibus: regulariter aūt ⁊ indifferenter hec non debeant facere:ex verbis apl'i.j.ad Coꝝ.vj.pōt accipi vbi loquēs ꝯtra illos q̄ iudicia ꝯſtituebāt apud infideles/dicit. An neſcitis qm̄ ſancti de hoc mūdo iudicabūt:hūc mūdū vocās hoīes malos: quos boni iudicabūt ⁊ cōparatione vite ⁊ ptāte.vt gloſ. dicit.ſicut viri Niniuite:⁊ regina Saba iudeos. cōparatiōe vite.vt dicit gloſ. Matth.xij.⁊ Lu.xj. Et ſubdit apl's. Etſi in vobis.i.ꝑ vos/iudicabit̃ mundus:indigni eſtis q̄ de minimis iudiceris? q.d.vt gloſ.ſuppler.⁊ vere de his poteſtis iudicare. Neſcitiſ qm̄ angelos iudicabitis?ſcꝫ malos ⁊ apoſtatas.quanto magis ſecularia?ſic adaptat iſta ꝟba Innocē.iij.ex̃ q̄ ſi.ſint leg.ꝑ venerabilē.§.rōnibus.in ſi.i.de reb' ſecularib'.⁊ ſequit̃. Secularia igit̃ iudicia ſi habueritiſ:ꝯtēptibiles q̄ ſunt i eccl'ia ꝯſtituite illos ad iudicandū. Hoc aūt dicit apl's ironice ꝯ illos q̄ eligebāt iudices fideles/ſꝫ ꝯtēptibiles.i.idiſcretos ⁊ viles.⁊ huic expoſitiōi ꝯſonat qđ ſeq̄t̃. Ad verecūdiā vr̃am dico ⁊c. Uel alit̃ ſm gloſ.q: dixerat apl's eos poſſe de his minimis iudicare:determiat q̄ ad hmōi negotia definiēda/ſunt ꝯſtituendi.ſ.ꝯtēptibiles q̄ ſunt i eccl'ia. Maioꝛes em̄ ſpūalib' intēdere dn̄t. Cōtemptibiles ḡ ꝯſtituite.i.aliq̄s ſapiētes: q̄ tn̄ ſunt minoꝛis meriti. Apl'i em̄ p̄dicādo circūeuntes/talibus nō vacabant. ij ergo terrenas cauſas examinent: q̄ exterioꝝ rerum ſapiam perceperunt.qui aūt ſpiritualib' bonis dicati ſunt: terrenis non debent negotijs implicari.vt dum nō coguntur terre bona diſponere: valeant

Tpalia an ſint a ſpūalib' adminiſtranda.

babylō q hʒ regē nabuchodonoſor.i.diabolū:qꝝ vna ce/
pit ab abel.vide.ſ.in.xxxvj.ar.alia a cayn. Una eſt corp⁹
xpi.iij.q.iiij.engeltrudā. Alia ē corp⁹ diaboli.de pnia.Col
lo.j.⁊.xxiiij.q.j.ſchiſma.de ſcđa.pſ.xxv. Odiui eccliaʒ ma
lignantiū. Itē Aug.ſup pſ.lxiiij. Duas ciuitates faciunt
duo amores.hierl'm facit amor dei.babyloniā facit amor
ſcl'i. Interroget g ſe qſq; qd amet:⁊ inueniet vbi ſit ciuis.
et ſi inuenerit ſe ciuē babylonie: extirpet cupiditatē. plā/
tet charitatē. Si aūt inuenerit ſe ciuē hierl'm: toleret ca/
ptiuitatē:ſperet libertatē. Itē haymo ſup Apoca.xxj.ibi.
⁊ ciuitas in qdro poſita/eſt ciuitas dei.i.ecclia. in qdro
poſita eſt:q: qtuor hʒ latera eqlia.i.fidē/ſpem/⁊ charita/
tē/⁊ operationē:q: vnuſquiſq; fidelis quātū credit: tātū
ſperat amat ⁊ opat̃.⁊ quātū amat:tantū credit ſperat et
opat̃.⁊ quātū opat̃:tantū credit ſperat ⁊ amat.vñ etiā in
qdro poſita ecclia memorat̃:q: eſt robuſta p fidē.lōgani/
mis p ſpē.ampla p charitatē. efficax p opationē. Qr aūt
ecclia regnū dicat̃:ptʒ p apl'm.j.ad Coꝝ.xv. vbi loquens
de xpo ait. Deinde finis quū tradiderit regnū deo et pri.
ſup q ꝟbo dicit gloſ. Fideles qppe ei⁹ qs redemit ſangui
ne ſuo:dicti ſunt hic regnū ei⁹.j. Pet.ij.ibi. Regale ſacer
dotiū.⁊ Apoca.j.ibi.regnū ⁊ ſacerdotiū.cui⁹ regnū ē oīs
creatura. Sed aliter d̃r regnū chriſti oīs creatura: aliter
ecclia. Regnū em̄ chriſti d̃r oīs creatura ſm ptātē diuini/
tatis. Ecclia ꝟo d̃r regnū chriſti ſm ppꝛietatē fidei: q de
illo eſt:⁊ p quā regnat in ipſis fidelib⁹. Et licet his trib⁹
noīb⁹ cōmunitatē deſignātib⁹.ſ.domo/ciuitate/⁊ regno/
noīet̃ ecclia:magis tñ ppꝛie regnū vocat̃.tū q: ecclia ma
gnā multitudinē cōprehēdit ex diuerſis ppl'is ⁊ nationi

Eccleſia dicit̃ ciuitas.eius qui ſunt ciues.

bus collectā:⁊ toto terraꝝ orbe diffuſam ⁊ dilatatā.xciij.
di.legim⁹.ad fi.xxj.di.qñuis. Tū q: in eccl'aſtica cōmunita
te oīa q hoīm ſaluti ⁊ ſpūali vite ſufficiūt:reperiunt̃. Tū
q: ad oīm hoīm cōmune bonū inſtituta ē regina.viij.q.j.
ſunt in ecclia. Tū q: adinſtar regni intra ſe ꝯtinet cōgre/
gatiōes plurimas adinuicē ordinatas ac ſe excedētes:vt
puincias/dioceſes/parochias ⁊ collegia. ad h̃.xliij.di.
ſit rector.ꝟ.hinc in exodo. lxxxix.di.ad h̃.xiij.q.j.c.j.x.di.c.
j.ix.q.iij.p totū. ¶ Hoc aūt eccl'aſticū regnū d̃r regnum
chriſti:q: ipe huius regni eſt inſtitutor ⁊ rector.xxv.q.j.§.
hac itaq;.ibi. deus em̄.⁊ q: ipſum ſuo ſanguine acqſiuit.
Rom̄.v.ad Eph̃.v.ibi. Viri dili.vx.veſ.ſicut chriſtus dile
xit eccl'iam:⁊ tradidit ſemetipm̄ p ea. Dicit̃ aūt regnum
chriſti ⁊ inquantū de⁹/⁊ inquātū hō.vñ ⁊ apl's Eph̃.v.de
pctōre loquēs ait.ꝙ nō hʒ hereditatē in regno chriſti et
dei.i.filij ⁊ pris.vel dei.i.trinitatis:q eſt vn⁹ de⁹: ⁊ chriſti
hois.de cō.di.iij.c.ſi.ex̃ de ſum.tri.c.j.⁊.ij. Quis alijs mo
dis accipiat̃ regnū dei in ſacro eloqo. Nā regnū dei ali/
quotiēs d̃r ipe chriſt⁹/ſm illud Luc.xvij. Regnū dei. re/
gnum dei. ſeipſum dicit:intra illos poſitū. hoc eſt in cor
dib⁹ eoꝝ p fidē regnātē. Aliqñ regnū dei/d̃r ſacra ſcriptu
ra/ſm illud Mat.xxj.ad fi. Auferet̃ a vobis regnum dei:
⁊ dabit̃ gēti alteri faciēti fruct⁹ ei⁹. xxiij.q. vij. ſi de reb⁹.
ſup q ꝟbo Mat. Orig. Regnū dei dicit myſteria regni
dei:⁊ diuinas ſcpturas qs tradidit dñs pmū qdē illi po
pulo prior:cui credita ſunt eloqa dei. Rom̄.iij. Scđo aūt
gētib⁹ faciētib⁹ fructū de eo:⁊ nemini in q pctm̄ regnat:
dat̃ regnū dei.quō g illi ppl'o datū eſt a q ablatū ē: Sed
cōſidera qm̄ qđ dat̃:intelligit̃.j.q.j.grā. gratis datū.qb⁹
ſcʒ iudeis/g locauit nō oīno qſi elect̃ ⁊ fidelib⁹ dedit. q/
bus aūt donauit:cū iudicio electiōis donauit. Rom̄.viij.
de pe.di.iiij.in domo. Sicut aūt ecclia d̃r regnū chriſti:ſic
veraciter dici pōt regnū vicarij ei⁹.ſcʒ ſummi pōtificis: q
vere d̃r ⁊ eſt rex:vt.ſ.patuit in tractatu de potētia pape.
nec alteri⁹ regis ꝙ ecclie. Dicit̃ ꝙ ipa ecclia pñs regnū ce
loꝝ:q: ordinat ⁊ dirigit ad bona celeſtia:q i eo intēdunt/
vt finis.vñ Mat.xiij.ibi. Et colligēt de regno ei⁹ oīa ſcā/
dala.vbi Aug.xx.de ciui.dei. Nunquid de regno illo: vbi
nulla ſcādala:de regno iſto ei⁹ qđ eſt hic ſcʒ ecclia: colli/
gētur.⁊ Mat.xxv. Simile eſt regnū celoꝝ decē ꝟginib⁹.vbi
Greg.in homilia de ꝟginib⁹. Sepe in ſacro eloqo regnū
celoꝝ pñtis tēporis ecclia d̃r.⁊ i alio loco dñs dicit. Mat.
xiij. Mittet fili⁹ hois angelos ſuos:⁊ colligēt de regno
eius oīa ſcādala. neq; em̄ in illo regno btitudinis: i quo
pax ſumma eſt:inueniri ſcādala poterūt:q colligātur. Et
vñ rurſum dicit Mat.v. Qui g ſoluerit vnū de mādatis
iſtis minimis.⁊ do.ſic ho.minim⁹ vocabit̃ in regno celo/
rū/ſcʒ ecclie pñtis ſm Greg.in q doctor q ſoluit manda/
tū:minim⁹ vocat̃.q: cui⁹ vita deſpicit̃:reſtat vt ei⁹ pdica/
tio cōtēnat̃.iij.q.vij.§.porro.ꝟ.itē Greg. Iterū ſup illud
Mat.xvj.ibi.veniētē in regno ſuo.ibi. Greg. dicit regnū
pñs ecclia vocat̃. Et q: nōnulli ex diſcipulis ei⁹ vſq; adeo
in corpe victuri erāt:vt eccliam dei cōſtructā ꝯſpicerēt. Et
ꝯtra mūdi hui⁹ gl'iam electā ꝯſolatoria pmiſſione dicit̃:
ſunt qdā de hic ſtātib⁹ ⁊c. Mat.xvj.⁊.xxij. Simile eſt regnū
celoꝝ hoī regi.ibi Greg.i homilia.regnū celoꝝ pñs eccle
ſia noiat̃. Cōgregatio qppe iuſtoꝝ:regnū celoꝝ d̃r:q: dū
eoꝝ corda in terra nil ambiūt:p h̃ qđ ad ſupna ſuſpirant:
iā in eis dñs qſi in celeſtib⁹ regnat. ¶ C Diſtinguit̃ aūt
regnū ecclie:q: qdā ps ei⁹ ex fide viuēs adhuc pegrinat̃
i terris:q d̃r ecclia militās.q: militia ē vita hois ſup terrā.
Job.vij.ſm iſtā trāſlationē.ſʒ tranſlatio alia Hieronymi
dic. Tētatio ē vita hois ⁊c.de pe.di.ij.ſi ei.ad fi.ꝟ.ſupfluū
ibi.⁊ tentatio eſt ⁊c. Quedā ꝟo pars ei⁹ iā deo quē videt
fruēs:gl'iat̃ i celis.⁊ hec ps d̃r ecclia triūphās ppter ſub/
iectionē plenā oīm repugnātiū. Haꝝ vna eſt tpalis:alia
eterna. vna i ſpe:alia in re. vna p fidē ambulās: alia deū
facie ad faciē.ij.⁊.j.ad Coꝝ.xiij.⁊.xj. ꝯtēplās.vna ad deū
ſitiēs:alia deū inquātū ē capax cōprehendēs. als ꝯ ex̃ de
ſum.tri.c.j.in pn.ibi.incōphēſibilis. vna tribulationib⁹ ⁊

Regnū multifariā accipitur.

Eccleſie regnū diſtinguit̃.

ꝑiculis ſubdita.xxiij.di.in noīe dñi.in pn.⁊.xij.q.j.futurã. alia ꝑfecta pace ſecura.vñ pſ.cxxiiij.Pax ſup iſrl'.i.vidẽ/tes deũ.vna in imis poſita:alia in ſupnis locata.xxiij.q. iiij.h aũt.Gala.iiij.ibi.Illa aũt q̄ ſurſum ẽ hierl'm libera eſt ⁊c.vñ ſup illo Luc.x.Intrauit ieſus ⁊c.ibi.excepit illũ ⁊c.Aug.de q̄ſtionib⁹ euãgelij.myſtice aũt ꝙ martha ac/cepit illũ ĩ domũ ſuã.ſignificat eccleſiã q̄ nũc excipit dñm in corde ſuo. Martha ſoror ei⁹ q̄ ſedebat ad pedes dñi: et audiebat ꝟbũ ei⁹:ſignificat eãdẽ eccleſiã:ſʒ in futuro ſcl'o vbi ceſſans ab ope miniſterioꝗ indigẽtie ſola ſapiẽtia ꝑ/fruit.M aũt ↄq̄rit ꝙ ſoror ei⁹ eã nõ adiuuet: occaſio dat ſentẽtie dñi q̄ oñdit iſtã eccleſiã ſolicitã eſſe ⁊ turbari er/ga plurima:quũ ſit vnũ neceſſariũ:ad qd ꝑ myſterij hui⁹ merita ꝑuenit.Mariã ꝟo dicit optimã ꝑtẽ elegiſſe:q: et ꝑ hãc ad illã ꝑtẽ rẽdit ⁊ nõ aufert. Itẽ Aug.in homilia q̄ legit ſup illo euãgelio:multas differẽtias ponit iter has vitas duas ⁊ eccleſias.⁊ ibi vide.Itẽ btũs Aug.xiij.li.cõ/feſſionũ dicit/vnã eccleſiã ſcʒ militãtẽ ſignificari ꝑ aq̄s q̄ ſunt ſub firmamẽto.aliã ꝟo triũphãtẽ/ꝑ aq̄s q̄ ſunt ſup firmamẽtũ.Nã aq̄ ppl'i ſunt.Apoca.xvij.de cõ.di.ij.cũ oẽ. ex de cele.miſ.cũ marthe.§.verũ.Firmamẽtũ ꝟo vtrũq; diſtiguẽs/deſignat ſacrã ſcripturã.Propter hãc ꝟo diſtin/ctionẽ eccl'iaſtici regni/aliqñ regnũ celoꝝ vl' regnũ dei/ſu/mit ꝑ eccl'ia pñti q̄ militat ĩ terris:vt ꝑrie dictũ eſt ⁊ ꝓba/tũ.aliqñ ſumit ꝑ eccl'ia futura q̄ triũphat ĩ celis:vt Mat. xxv.Venite bñdicti prĩs mei ꝑcipite regnũ.al's.poſſide/te regnũ/ꝑatũ vobis a ↄſtitutiõe mũdi.ibi Aug.Excepto aũt illo regno de q̄ in fine dictur⁹ eſt: poſſidete ꝑatũ vo/bis regnũ:regnũ:licet lõge ĩpari mõ:etiã pñs eccl'ia dr̃.re/gnũ ei⁹ in q̄ adhuc cũ hoſte ↄfligit:donec veniat ad illud pacatiſſimũ regnũ:vbi ſine hoſte regnabit. Itẽ Aug. de penitẽtia.Sed dicet aliq̄s regnare nolo:ſufficit mihi ſal/uũ eẽ. In q̄ pmũ eos fallit:q: eoꝝ nec ſalus eſt vlla quoꝝ iniq̄tas ꝑſeuerat.Deide ſi ẽ aliq̄ differẽtia iter regnãtes et nõ regnãtes:opʒ tñ ꝙ in vno regno ſint oẽs: ne in ho/ſtiũ aut ĩ alioꝝ nũero deputent ⁊ ceteris regnãtib⁹ ipi pa/reãt.oẽs ci romani romanũ regnũ poſſidẽt:q̄uis nõ oẽs ĩ eo regnẽt.Nõ aũt duo ſunt regna in eccl'ia:ſʒ vnũ eſt re/gnũ: q: vn⁹ eſt vtriuſq; finis.vn⁹ eſt vterq; rex:ſcʒ ſpũs q̄ in vtraq; eccl'ia regnat:ſʒ diuerſimode.Nã in eccl'ia via/toꝝ regnat per fidẽ: in eccl'ia btõꝝ ꝑ apertã viſionẽ.ij.ad Coꝝ.xj.⁊.j.Coꝝ.xiij.Eſt ḡ hoc regnũ vnũ/ꝓpter finis et ꝑncipij vnitatẽ:ſʒ ẽ diſtinctũ ꝓpter ſtat⁹ diuerſitatẽ.lix.di. ſingula.Cõprehẽdit aũt h regnũ nõ ſolũ oẽs electos:ſed etiã oẽs ſctõs angelos.vna eñi ciuitas ⁊ vnũ regnũ dei ex ſctis angelis ⁊ hoĩb⁹ ↄſtituit. vt Aug.di.x.li.de ci.dei.

De re/gno mũ/di regnũ opponit ¶ Huic regno dei opponit regnũ mũdi:qd dr̃ terre/nũ:q: bona terrena ꝑ fine cõſtituit:a q̄ regno dicunt re/ges terre.pſ.cxlviij.Reges terre ⁊ oẽs ppl'i.⁊ alibi pſ.ij. Adſtiterũt reges terre ⁊c.xxiij.q.iiij.nõ inuenit.⁊.c.ſequẽ. et alibi.Regna terre cãtate deo pſallite dño.pſ.lxvij.Di/cit ꝗ̃ regnũ diaboli:q: in illo diabol⁹ regnat. Mat.xij. et Luc.xj.ibi.Si aũt ⁊ ſathanas in ſeipm diuiſus eſt:quõ ſtabit regnũ ipſi⁹? Ipe eſt eñi rex ſup oẽs filios ſupbie. Iob.xlj.q: in eis ꝑ malitiã regnat:ſicut chriſt⁹ in iuſtis ꝑ grãm.Ipe etiã ẽ rex oĩm q̄ in aq̄s ſunt.vbi ſcilʒ voluptas luxurie ꝓpago ⁊ irrigatio nuptiaꝝ.de pe.di.ij.ſi eñi. ꝓpe finẽ.Dormit eñi iſte rex in locis humẽtib⁹. Iob.xlj.in la/bijs detractoꝝ.in vẽtrib⁹ guloſoꝝ:⁊ in pudẽdis luxurio/ſoꝝ.Iſte ẽ etiã ille rex:de q̄ Apoca.ix.ibi.Et habebãt ſup ſe regẽ angelũ abyſſi:cui nomẽ hebrayce laabadõ: grece aũt apollion:⁊ latine hñs nomẽ exterminãs.Laabadon ꝑdẽs interptat.vel interficiẽs:q: iſte rex circũit q̄rẽs quẽ deuoret.j.Pet.vlt.iij.q.j.nl'li.Et h regnũ diaboli malos hoĩes ⁊ malos ãgelos cõphẽdit.Mat.xxv.ibi:Qui para/tus ẽ diabolo ⁊ angel'ei⁹.Differũt aũt plurimũ h duo re/gna.Vñ btũs Aug.v.de ci.dei loquẽs de his regnis ſub noĩe ciuitatis/ait.ꝙ tãtũ diſtãt hec ciuitates quãtũ diſtat celũ a terra.a tꝑali leticia vita eterna.ab inanib⁹ laudib⁹ ſolida glĩa.a ſocietate mortaliũ ſocietas angeloꝝ:⁊ a lu/mine ſolis ⁊ lune lumen ei⁹ q̄ fecit ſolẽ ⁊ lunã.de quo pſ. xxxv.⁊ in lumine tuo videbim⁹ lumẽ.Et in li.xiiij. ait eas differre ſicut differt viuere ſm carnẽ ⁊ ſm ſpm.⁊ ſicut dif/fert ſupbia ⁊ hũilitas. Alias ꝗ̃ plures differẽtias tãgit harũ ciuitatũ ⁊ regnoꝝ.

Regnũ dei ⁊ mũdi deſcrimen. ¶ Hec aũt duo regna quã/tũ ad hoĩes ꝑmiſta ſunt in hac vita.xxiij.q.iiij.hic autẽ.q: ⁊ boni cũ malis:⁊ mali cũ bonis miſcent:et ambo tꝑali/bus bonis ꝑiter vtunt.⁊ malis ꝑiter affligunt:donec vl/timo iudicio ſeparẽtur.⁊ vnũqdq; recipiat ſuũ finẽ: cui⁹ nullus eſt finis. Ut Aug.dicit.xviij.li.de ciui.dei.in area eñi eccl'ie frumẽtũ miſtũ paleis ↄtinet:donec veniat xps. Mat.iij.⁊ Luc.iij.aree vẽtilator tritici diſiungẽs a pa/leis.electos videlʒ a reprobis.rectos a ꝑuerſis:q̄ꝝ diſtin/ctio deſignat ꝑ virgines prudẽtes ⁊ fatuas.ꝑ piſces bo/nos ⁊ malos in ſagena collectos.ꝑ vaſa honoris ⁊ vaſa cõtumelie.ij.ad Timoth.ij.De ꝑabola virginũ Matth. xxv.de piſcibus ⁊ ſagena. et de zizania miſta cum tritico. Mat.xiij.De iſta miſtura in eccl'ia iſta militãti.j.ad Coꝝ. v.j.q.j.ſpũſſctũs.ij.q.j.multi.xj.q.iij.nolite.xxiij.q.iiij.qui ſm.cũ duob⁹.c.ſequẽ.⁊.c.q̄dã.vij.q.j.§.h aũt.de cõ.di.iiij. eſt vnitas.vbi no.q̄re mali vocant palee.⁊.c.quõ exau/dit.⁊.xxiij.q.vij.c.j.in ſi.vbi Aug.ponit ſilitudines q̄tuor miſture in eccl'ia.ſcʒ palee cũ grano ĩ area.⁊ piſciũ bono/rũ ⁊ maloꝝ in reti.et hedorũ ⁊ agnoꝝ in grege.⁊ vaſorũ ↄtumelie ⁊ honoris ĩ domo.Vñ ⁊ Aug.de q̄ſtionib⁹ euã/gelij ſup illud Mat.xiij.ibi.Ne forte colligẽtes zizaniã/ eradicetis ſil' ⁊ triticũ.ait.ĩ q̄ eos patiẽtiſſimos reddidit hoc eñi dicit:q: boni quũ adhuc infirmi ſunt opus hñt in q̄buſdã maloꝝ cõmiſtiõe:ſiue vt ꝑ eos exerceãtur.xxiij.q. iiij.hic autẽ.vij.q.j.§.hoc aũt.ſiue vt eoꝝ cõparatiõe ma/gna illis exhortatio fiat/vt incitent ad meli⁹: aut forte ſi/mul eradicat triticũ quũ auferunt zizania:q: multi pmo zizania ſunt:⁊ poſtea triticũ ſiũt.q̄ niſi patiẽter quũ mali ſunt tolerent: ad laudabilẽ imitationẽ nõ ꝑueniũt.itaq; ſi euulſi fuerint:ſimul eradicabit ⁊ triticũ qd futuri eſſent ſi eis ꝑcerect. Itẽ ſup illud Mat.xiij.ibi:Quã quũ imple/ta eſſet:edu.⁊ ſe.litus ſe.ele.bo.in va.ſua.ma. aũt fo. mi/ſerũt.Greg.in homilia. Sicut eñi mare ſcl'm:ita ſcl'i finẽ ſignificat litus maris.in q̄ ſcʒ fine/boni piſces ĩ vaſis eli/gunt:mali ꝓijciunt foras:q: ⁊ elect⁹ q̄ſq; in tabernacula eterna recipit:⁊ interni regis luce ꝑdita/ad exteriores te/nebras reprobi ꝑtrahunt. Nũc eñi malos bonoſq; cõiter quaſi ꝑmiſtos piſces fidei ſagena ↄtinet: ſed lit⁹ indicat ſagena eccl'ie q̄d trahebat. Itẽ ſup Mat.xxv.ĩ pn.de de/cẽ ꝟginib⁹.Greg.in homilia. In q̄nq; eñi corporis ſenſib⁹ vnuſq̄ſq; ſubſiſtit. Geminat⁹ eñi q̄nari⁹ denariũ ꝑficit:⁊ q: ex vtroq; ſexu fideliũ multitudo colligit:ſctã eccl'ia. x. ꝟginibus ſil'is denũtiat:in q̄ q: mali cũ bonis:⁊ reprobi cũ electis admiſti ſunt:recte ſil'is ꝟginib⁹ prudẽtib⁹ ⁊ fa/tuis eſſe ꝓhibet.Propter hãc permiſtionẽ nõnulli ad re/gnũ chriſti ꝑtinere vident:q: ſunt intra eccleſiã numero: q̄ finaliter ab ei⁹ regno excludẽtur:q: nõ ſunt intra eccle/ſiã merito.Vñ Aug.in li.de correctiõe ⁊ grã. Mirãdum eſt q̄re de⁹ dedit q̄buſdã filijs ꝑditiõis fidẽ opantẽ ꝑ di/lectionẽ:nec dat in ea ꝑſeuerãtiã. Itẽ Greg.Multi bene incipiũt q̄ in malo vitã ſuã finiũt.hec legunt de pe. di.ij. §.euidẽter.ꝟ.mirãdũ.⁊.ꝟ.multi.al's ſunt capitula ſub il/lo.§.maxime.h hʒ locũ in hypocritis: de q̄b⁹.e.di.c. citi⁹. Ceterũ vterq; ciuitati vl' regno reꝝ q̄ ad hãc vitã ſunt ne/ceſſarie: cõis ẽ vſus.xij.q.j.c.j.ſʒ finis vtẽdi ſu⁹ cuiuſq; po/pul⁹ multũq; diuerſus:vt Aug.dic̃.xix.de ciui.dei.vtrũq; regnũ leges hʒ diuerſas.ꝓpter qd xpi regnũ a terreno re/gno diſcordat:⁊ ſepe iras ⁊ odia ⁊ ꝑſecutionũ ipet⁹ ſuſti/net.vñ Ro.vij.Video aũt aliam legẽ ⁊c.h duplex regnũ initiatũ ẽ ⁊ ſignatũ ĩ abel ⁊ cayn.Gen.iiij.In abel eccl'ia iuſtoꝝ:q: ipe pm⁹ iuſt⁹.Mat.xxiij.ibi.a ſanguine abel iu/ſti.In cayn maligno eccl'ia malignãtiũ.pſ.xxv.Odiui ec/cleſiã malignãtiũ.de cayn malitia Gen.iiij. xxiij.q.v.ſcri/ptũ.iij.q.vij.ĩ ġuib⁹. Ve aũt illis q̄ viã cayn abierũt.vide c.ij.Et in duob⁹ abrae filijs iſaac ⁊ hiſmael: de q̄b⁹ Gen.

xvj.⁊.xxj. Per iſaac natū de libera eccl'ia electoꝝ a pctō liberoꝝ et ſi ceciderūt reſurgētiū. Per hiſmael ſerū. Gen̄. xvj. ⁊ fratrē Iſaac pſequētem / eccl'ia ⁊ regnū reproboꝝ. de his. lvj. di. hiſmael. xxiij. q. iiij. qui ſm̄. Gala. iiij. xxxij. q. iiij. recurrat. Ab exordio ꝙppe generis humani ſemꝑ fuerūt hoīes ad vtrūqȝ regnū ꝑtinentes: vn̄ ⁊ vocati ſunt filij dei ⁊ filij hoīm. Gen̄. vj. ⁊. xxxv. q. j. cū igitur. ⁊ ibi gloſ. pſ̄. iiij. Filij hoīm vſqȝ quo graui corde. et pſ̄. lxxxj. Et filij excelſi oēs. Totūqȝ genus humanū cōprehendiꝶ hoc duplici regno: ita vt neceſſariū ſit ad alterum horū quēlibet ꝑtinere. vna diſtinctio intelligi pōt ꝑ diſtinctionē lucis ⁊ tenebrarū factarū in mūdi pncipio. Gen̄. j. Hoc etiā duplex regnū ꝑ duas ciuitates intelligiꝶ / ſcȝ hierl'm ⁊ babyloniā: vt. ſ̄. dictū eſt. Hierl'm em̄: q̄ viſio pacis interpretatur: deſignat regnū chriſti. Babylon ꝟo: q̄ interpretatur ꝯfuſio: regnū diaboli inſinuat. de q̄ babylō Apoca. xviij. hoc aūt eccl'ie regnū diciꝶ orthodorum. i. recte gl'ioſum: cuiꝰ gl'iam tāgit dauid pſ̄. lxxxvj. quū ait: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. qd̄ tā de militāti: q̄ de triumphanti eccleſia intelligi pōt. ⁊ Eſa. vlt. dr̄ de hierl'm q̄ figurat eccleſiā: vt delicijs affluatꝫ ab oīmoda gl'ia eiꝰ. dicitur quidē eccl'ia gl'ioſa ꝑpter bona q̄ hȝ gl'ia digna. ſcȝ meritoꝝ ⁊ virtutū pconia. eſt aūt gl'ia ſm̄ Tulliū / alicuiꝰ dicti vel facti magni frequēs fama cū laude. ¶ Articulus. lxij. A

Regnū qbꝰ reddaꝶ glorioſum.

**Umvero eccleſia re**gnū dicaꝶ: vt ꝑȝ ex pmiſſis: cōſiderādū ē q̄ et q̄t ſunt illa ex q̇bꝰ regnū aliqd̄ dr̄ gl'ioſuȝ vt cū illa inueniēꝶ pcipue in eccl'iaſtica cōmunitate: dicaꝶ merito regnū eccl'ie gl'ioſum: ſicut dr̄ in pſ̄. Gloriā magnificētie regni tui. i. magnificā gloriā. et pſ̄. cxliiij. Magnificētiā gl'ie ſctitatis tue loquenꝶ. ⁊ ibidē. Gloriā regni tui dicēt. Eſt aūt glorioſuȝ regnū q̄druplex: q̄ q̄druplicιter dr̄ regnū dei ſm̄ Innocē. iij. in ſermonibꝰ. Regnū dei dr̄ eccl'ia vniuerſalis: celeſtis p̄ria: fides recta: ſacra ſcriptura. Regnū pmū eſt in p̄nti exilio. de q̄ Math. xiij. Colligēt de regno eiꝰ oīa ſcādala. de quo. ſ̄. in ar. xxi. ꝟ. ꝙ aūt ſatis dixi. Scd̄m in polo. Math. xxv. ibi. poſſidete regnū. Tertiū in corde. Luc̄. xvij. regnū dei intra vos eſt. Quartū codices. Mat. xxj. auferēꝶ a vobis regnū ⁊c. et de his. ſ̄. in xxi. ar. ꝟ. ꝙ aūt. Iſtoꝝ regnoꝝ dicunꝶ veri reges: ⁊ q̇ vere dn̄anꝶ: de q̇bꝰ Caſſiodorus ſuꝑ pſ̄. xxxiij. Reges terre ſunt q̇ corporibus ſuis diuinitatis munere dn̄anꝶ. Nā ille vere rex nō dr̄ q̇ ſeruire monſtraꝶ. vn̄ ⁊ Greg. in moralibꝰ li. vj. Qui mēbrorū ſuoꝝ motꝰ bn̄ regere ſciūt: nō immerito reges vocātur. ⁊ ſe male regentes indigni ſunt regali noie. ij. q. j. ſcelus. dr̄. Scelus qd̄ lotharius rex: ſi tn̄ rex veraciter dici poſſit: q̇ nullo ſalubri regimine corporis appetitus refrenat: ſȝ lubrica eneruatione magis eiꝰ illicitꝫ motibꝰ cedit ⁊c. De regno aīe Ber. ſuꝑ Miſſus eſt. Ueni dn̄e ieſu: aufer ſcādalum de regno tuo / qd̄ eſt aīa mea: vt regnes tu q̇ debes in ea. Uenit em̄ auaritia ⁊ vendicat ſibi ſedē in me. Iactātia cupit dn̄ari mihi. Sup̄bia vult mihi eſſe rex. Luxuria dicit: ego regnabo ab initio. detractatio / ira / inuidia certāt in meipo / cuiꝰ potiſſimū eſſe videar. ego reſiſto: enitor te eſſe dn̄m meū. clamo ⁊ dico nō habeo regē niſi dn̄m meū. Ioā. xviij. veni ḡ dn̄e. pſ̄. lviij. Diſꝑde (al's diſꝑge) illos in ꝟtute tua. et regnabis in me: quia tu es ipſe rex meus ⁊ deꝰ meus.

Cōditiones regnū reddentes gl'ioſuȝ.

¶ B Sūt aūt. x. ꝯditiōes p̄cipue / q̄ regnū efficiūt glorioſuȝ. Prima ꝙ recte ſit inſtitutū. ſcd̄a ꝙ ſit antiquū. tertia ꝙ ſit ordinatū. q̄rta ꝙ ſit vnitū. q̇nta ꝙ ſit iuſtū ⁊ bonū. ſexta ꝙ ſit amplū ⁊ magnū. ſeptima ꝙ ſit abūdās et copioſuȝ. octaua ꝙ ſit forte ⁊ firmū. nona ꝙ ſit pacificū ⁊ quietū. decima ꝙ ſit durabile ⁊ ꝑpetuū. Sed anteq̄ ad harū ꝯditionū expoſitionē ⁊ ꝓbationē veniā: pmittēdū eſt / q̇d intelligaꝶ noīe regis / regnū regētis. Un̄ ſciendū eſt / ꝙ in oībꝰ q̄ ad finē aliquē ordinanꝶ: in q̇bꝰ ꝯtingit ſic et aliter ꝓcedere: opus eſt aliq̄ dirigēte ꝑ quē directe ad finē aliquē ꝑueniaꝶ. Nā nauis vt ad portū ꝑueniat: gubernatore indiget. ⁊ chriſto dormiēte nauis fluctuabat. ⁊ Mat. viij. Mar. v. Luc̄. viij. q̇ ſi nō fuerit: vel dormierit nauis non ꝑueniet ad portū. Prouerb. iij. in fi. ibi. Et q̄ſi ſopitꝰ gubernator amiſſo clauo. facit. vij. q. j. ſciſcitaris. ibi. q̄ ſi ꝑnicioſuȝ eſt ꝓ p̄terā. i. gubernatorē nauis a pra/in tranq̄llitate nauim deſerere quātomagis in fluctibꝰ. Hominis aūt eſt aliq̄s finis ad quē tota eius vita ⁊ actio ordinaꝶ: quū ſit agēs ꝑ intellectū: cuius eſt manifeſte ad finē operari: ad quē finē rector eccleſie paulus dirigit ad Rom̄. vj. in fi. ibi. Habētes quidē fructū in ſanctificationē. de q̄ plene in pma collatiōe moyſi de deſtinatiōe monachi. ⁊ fi. i li. coll'. Io. caſſiodori. finē ꝟo vitā eternā. Cōtingit aūt hoīes diuerſimode ad finē intētum ꝓcedere: qd̄ ipſa diuerſitas humanoꝝ ſtudioꝝ ⁊ actionū declarat. Indiget ergo hō aliquo dirigente ad finē. Naturale aūt homini eſt vt ſit aīal ſociale ⁊ politicū in ſocietate ⁊ multitudine viuēs magis / q̄ oīa alia aīalia. Unus aūt hō ꝑ ſe ſufficiēter trāſire vitā nō pōt: vn̄ ē neceſſariū ꝙ in multitudine viuat: vt vnus ab alio adiuuetur. vn̄ Prouerb. xviij. Frater q̇ iuuaꝶ a fratre: quaſi ciuitas firma. Hoc autem euidētiſſime declaraꝶ per hoc ꝙ eſt ꝓꝓium hoīs locutiōe vti: ꝑ quā vnꝰ hō alijs ſuā cōceptionē exprimere pōt totaliter. vn̄ Aug. ī enchiridion. Et vtiqȝ ꝟba ꝓpria ſunt inſtituta: vt eis quiſqȝ in alteriꝰ noticiā cogitatiōes ſuas ꝓferat. xxij. q. ij. is aūt. hoc cōſiderās Salomon ait Eccl'e iiij. b. Melius eſt duo q̄ vnū eſſe. hn̄t em̄ emolumentum mutue ſocietatis. lxxxj. di. in oībus. ꝟ. de hoc. Sicut ergo naturale eſt hoī in ſocietate viuere: ſic neceſſe eſt in oībꝰ eſſe aliquē ꝑ quē multitudo regaꝶ. Nā multis exiſtentibꝰ hoībꝰ: ⁊ vnoquoqȝ id qd̄ eſt ſibi cōgruū ꝓuidēte. vn̄ li. iudicū. In illo tp̄e nō erat rex in iſrl': ſȝ vnuſquiſqȝ qd̄ rectū erat in oculis ſuis faciebat. Iudic̄. vlt. ſȝ ꝯ tales dr̄: Ue q̄ ſapiētes eſtis in oculis vr̄is. Eſa. v. ex̄ de cōſti. ne innitarꝫ. Multitudo in diuerſa diſꝑgereꝶ niſi eſſet aliq̄s q̇ haberet curā multitudinis. qd̄ ꝯſiderās ſalomō dixit Prouer. xj. b. Ubi nō eſt gubernator: diſſipabiꝶ ppl's. Et Innocē. iij. ex̄ de ap. oblate. §. ſuperior. ibi: ne gregi dn̄ico deſit cura paſtoris. ⁊ ex̄ de elec. ne ꝑ defectu. Hoc aūt rōnabiliter accidit. Nō em̄ idē eſt qd̄ cōmune / ⁊ qd̄ ꝓpriū ē. ꝓpria q̇dē differūt: cōmunia vniunꝶ. xxiij. q. vij. qd̄ autē. in oībus aūt q̄ in vnū ordinanꝶ: vnū inueniꝶ alteriꝰ regitiuū. In vniuerſitate em̄ corporū / ꝑ pmū corpꝰ ſcȝ celeſte / alia corpora ordine q̇dā diuine ꝓuidētie gubernātur. oīaqȝ corpora ꝑ creaturā rōnalē. in hoīe etiā aīa regit corpus. arg. xxxviij. di. ſedulo. atqȝ inter ꝑtes aīe / iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis rōne regunꝶ. Oportet ḡ in oī multitudine aliqd̄ eē regimē. ſic corpꝰ a capite regiꝶ. ex̄ de ſacra. vnc. c. j. §. ī ꝟtice. Cōtingit aūt ī q̇buſdā q̄ ordinanꝶ ad finē recte: nō recte ꝓcedere. Recte aūt dirigiꝶ vnūquodqȝ qn̄ ad debitū finē deduciꝶ. Nō recte qn̄ nō ad finē cōuenientē. Si ḡ nō ad bonū cōe multitudinis: ſȝ ad bonū p̄uatū regētis regnū ordineꝶ: erit regnū iniuſtū atqȝ ꝑuerſuȝ. vn̄ ⁊ dn̄s talibꝰ rectoribꝰ cōminaꝶ ꝑ Ezech. dicēs. Ezech. xxxiiij. a. Ue paſtoribꝰ iſraeli q̇ paſcebāt ſemetipos. q̄ſi ſua ꝓp̄a cōmoda q̄rētes. Phil'. ij. viij. q. j. ſunt in eccl'ia. xxiij. q. iiij. tres ꝑſonas. Nonne greges paſcunꝶ a paſtoribꝰ: q̄ſi di. ſic. xcv. di. ecce. j. Pet. v. ibi. Paſcite eū q̇ in vobis eſt gregē. Bonū ſiquidē gregis paſtores q̄rere debent. ⁊ rectores q̄qȝ bonū multitudinis ſibi ſubiecte. facit. xxiij. q. viij. vt p̂dē. ⁊ ar. vij. q. j. §. h autē. al's talis rector tyrānus vocaꝶ. noīe a fortitudine ⁊ oppreſſione deriuato: q̄ ſcȝ ꝑ potētiā opprimit: vt nērotħ. nō ꝑ iuſtitiā regit. vj. di. §. fi. vn̄ ⁊ apud antiq̄s potētes q̄qȝ tyrāni vocabanꝶ. Dan̄. iij. in pn̄. ⁊ de hoc. ſ̄. ſatis. in. xiij. ⁊. xxxvij. ar. Si ꝟo iniuſtū regnū nō ꝑ vnū fiat: ſȝ ꝑ plures. ſi q̇dē ꝑ paucos holigarchia vocaꝶ. i. pncipatꝰ paucoꝝ / ſcȝ qn̄ pauci ꝓpter diuitias opprimūt plebē ſola pluralitate a tyrāno differētes. Si ꝟo iniquū regnū exerceaꝶ ꝑ multos: democratia noīaꝶ. i. ꝑtās ppl'i / qn̄. ſ. ppl's plebeioꝝ ꝑ potētiā opp̄imūꝶ diuites ⁊ nobiles. ſic eī ⁊ ppl's totꝰ ē q̄ſi vnꝰ tyrānꝰ. Sil'r ⁊ iuſtū regnū diſti-

gui opꝫ. Si em̄ adminiſtreꝛ ꝑ aliquā multitudinē cōi noīe
politia vocaꝛ: vtputa bellatoꝝ in ciuitate vel ꝓuincia. Si
ꝟo adminiſtreꝛ ꝑ paucos ꝟtuoſos: hmōi regnū ariſtocra
tia vocaꝛ. i. potentatꝰ optimꝰ / vel optimoꝝ: q̄ ꝓpter hoc
optimates dicunꝛ. Dan̄. iij. ibi: Optimates q̄ erāt in pote/
ſtatibꝰ cōſtituti. ⁊. xcvj. diſt. cōſtātinꝰ. in pn̄. Si ꝟo iuſtum
regnū ad vnū tm̄ ꝑtineat: illud ꝓprie vocaꝛ monarchia.
eꝛ de elec. fundamēta. §. ne aūt. ⁊ ibi dꝫ: etiā de optimatibꝰ
vn̄ dn̄s ꝑ Ezech. dicit Ezech. xxxvij. g. Seruus meꝰ dauid
ſup oēs erit: ⁊ paſtor vnꝰ erit oīm eoꝝ. Ex quo manifeſte
apparet / ꝙ de ratione regis eſt / ꝙ ſit q̄ p̄ſit: ⁊ ꝙ ſit paſtor
bonū cōe multitudinis: ⁊ nō ſuū q̄rens. Quia aūt multe
cōitates ſunt / ſcꝫ domoꝝ / vicoꝝ / ciuitatū / ⁊ regnoꝝ: q̄ ꝑfe
ctam cōitatē regit. i. ciuitatē vel ꝓuinciā antonomaſtice
vocaꝛ rex. Qui ꝟo domū: p̄rfamilias. xxiij. q. iiij. duo iſta.
Ex dictis ḡ p̄tꝫ / ꝙ rex eſt q̄ vniꝰ multitudinē ciuitatis vel
ꝓuincie: ⁊ ꝓpter bonū cōe regit. vn̄ Salomō dicit Eccle/
Utrum ſiaſtes. v. Uniuerſe terre rex imperat ſeruiēti. ¶ C. His
expediat p̄miſſis / inq̄rendū eſt q̄d ꝓuincie vel ciuitati magis expe
cōitati ꝑ dit: vtrū pluribꝰ regibus vti vel vno. Hoc aūt cōſiderari
vnū aut pōt ex fine regiminis. Ad hoc em̄ cuiuſlibet regētis ferri
plures dꝫ intētio: vt ſalutē ꝓcuret ſubditoꝝ. Bonū autē ⁊ ſalus
regi. cōſociate multitudinis eſt / vt eius vnitas conſeruetꝛ: q̄ dꝛ
pax. q̄ remota ſocialis vite perit vtilitas. facit ad h̄. xxiij.
q. j. noli. ibi: Bellū geritꝛ vt pax fiat. ⁊ ibi: Si autē pax hu/
mana tā dulcis eſt ꝓ tēporali ſalute ⁊c. q̄nimmo multitu
do diſſentiēs ſibiipſi fit oneroſa. Et ſm legem multitudo
oneroſa nihil hꝫ honeſti. in aut. de refe. i fi. collꝛ. ij. vn̄ apl̄s
cōmendata fidelis multitudinis vnitate / dicit: Soliciti
ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Eph. iiij. a. Mani/
feſtū eſt aūt ꝙ vnitatē pōt efficere magis qđ eſt ꝑ ſe vnū /
q̄ plures: ſicut efficaciſſima cā calefactiōis eſt qđ ꝑ ſe cali
dū eſt: vtilius ḡ eſt vniꝰ regnū q̄ pluriū. Itē vniri dicunꝛ
plura ꝑ appropinquationē ad vnū: meliꝰ ḡ regis vniꝰ q̄
pluriū: ex eo ꝙ plus appropinq̄t ad vnū. Ea etiā q̄ ſm na
turā ſunt: optime ſe habēt. Oē aūt naturale regnū ab
vno eſt. vn̄ ⁊ in mēbroꝝ multitudine vnū eſt qđ p̄ncipa/
liter mouet / ſcꝫ cor: et in partibꝰ aīe / vna vis p̄ncipalꝛ p̄ſi/
det ſcꝫ rō. Et in apibꝰ vnꝰ rex: et in vniuerſo vnꝰ deꝰ oīm
factor ⁊ rector. ad hoc. vij. q. j. in apibꝰ. eꝛ de ſum. trini. c. j.
oīs em̄ multitudo deriuaꝛ ab vno. vn̄ vnus hō primo fuit
creatꝰ: a quo oēs eiuſdē vniꝰ nature. vt dicit Amb. in lib.
de paradiſo. ⁊ ponitꝛ. xxxiij. q. v. nec illud. h̄ ꝓbaꝛ experimē
tis. Nā ꝓuincie vel ciuitates / q̄ nō regunꝛ ab vno: diſſen/
ſionibꝰ laborāt: ⁊ abſq̄ pace fluctuāt. vt videaꝛ ipleri qđ
dn̄s ꝑ ꝓpham ꝯq̄ritꝛ dicēs: Paſtores mlꝛti demoliti ſūt vi
neā. Hiere. xij. c. Ecōtrario ꝟo ꝓuincie ⁊ ciuitates / q̄ ſub vno
rege regunꝛ: pace cōiter gaudēt / iuſtitia florēt ⁊ affluētia
rerū letāꝛ. vn̄ dn̄s ꝓ magno mūere ꝑ ꝓphas ſuos ꝓmit/
tit / ꝙ ponēt ſibi caput vnū: ⁊ princeps vnꝰ erit in medio
eoꝝ. Ezech. xxxvij. f. de hoc. s̄. in arti. xl. ꝟ. adhuc nulli. ⁊. ꝟ.
item ꝙ ſit. Sicut autem regnum regis eſt optimum: ita
regnum tyrāni eſt peſſimū. Opponitur em̄ politie qui/
dē democratia. vtrūq̄ em̄ ſicut. s̄. ꝟ. ſi ꝟo. cū. ꝟ. ſeq. appa/
ret. ē regnū qđ ꝑ plures exerceꝛ. ariſtocratie ꝟo holigar/
chia. vtrūq̄ em̄ ꝑ paucos. qđ aūt ſit regnū optimū oñſuꝫ
eſt priꝰ. Si ḡ optimo opponiꝛ peſſimū: neceſſe eſt ꝙ tyrā/
ni regnū regni vel ciuitatis ſit peſſimū. Nec etiā tyrānice
factiōis ꝑuerſitas laudabilis erit: ſi regia clemētia tyran/
nice ſubditos tractet: nec vitupereꝛ ordo regie p̄tātis / ſi
rex crudelitate tyrānica ſeuiat. xiiij. q. v. neq̄ ſi agis. Item
ꝟtus vnita magis eſt efficax ad effectū inducēdū q̄ diſp/
ſa vel diminuta. Multi em̄ cōgregati ſimul trahunt / qđ
ſingulariter a ſingulis trahi nō pōt: ſicut ḡ vtiliꝰ eſt ꝟtu/
tē operantē ad bonū eſſe magis vnā quū ſit ꝟtuoſior ad
operandū: ita magis eſt nociꝰ: ſi ꝟtus. i. potētia operans
Regnuꝫ malū ſit vna q̄ diuiſa. ¶ D Expedit ḡ vt regnū iuſtū ſit
iuſtū vni vniꝰ tm̄ / ad hoc vt ſit fortius / ꝙ ſi in iniuſtitiā declinat re/
us. gnū: expedit magis vt ſit multorū vt ſit debiliꝰ: ⁊ ſe inuicē
impediāt. vn̄ Salomon: Inter ſuꝑbos ſemꝑ ſunt iurgia.
Prouerb. xiij. et / Ubi ſuperbia: ibi contumelia. Prouer.
xj. Inter iniuſta ergo regimina intolerabilius eſt demo/
cratia. i. p̄tās ꝑpl̄i. quādo totus ꝑpl̄s ſicut vnꝰ tyrānꝰ eſt.
vt. s̄. dixi. Peſſimū ꝟo tyrānis: ⁊ hoc manifeſte apparet /
ſi quis cōſideret mala q̄ ex tyrānis ꝓueniūt: de q̄bꝰ etiam
dixi. s̄. lxiij. ar. ꝟ. tyrānis. Quia em̄ tyrannꝰ cōtempto bo/
no cōi / q̄rit priuatū: ꝯn̄s eſt vt diuerſimode grauet / ſm ꝙ
diuerſis paſſiōibꝰ ſubiacet ad bona aliq̄ affectāda: quia
em̄ paſſione cupiditatis dn̄aꝛ: bona ſubditoꝝ rapit. vnde
Salomon: Rex iuſtus erigit terrā: vir auarus deſtruit eā.
Prouer. xxix. Si ꝟo iracūdie paſſioni ſubiaceat ꝓ nihilo
ſanguinē fundit. vn̄ Ezech. xxij. f. Princeps eiꝰ in medio
eiꝰ q̄ſi lupi rapiētes p̄dā ad effundendū ſanguinē. Hoc ḡ
regnū fugiendū eſſe ſapiēs monet dicēs Eccl̄i. ix. c. Lōge
eſto ab hoīe habēte poteſtatē occidendi: q̄ſi ſcꝫ non ꝓ iu/
ſtitia: ſed ꝑ p̄tātē occidit ꝓ volūtatis libidine. ſic ḡ nulla
pōt eſſe ſecuritas: ſꝫ oīa ſunt incerta quū a iure diſcedit.
Nec ſolū grauat tyrānus ſubditos in corporalibꝰ: ſꝫ etiā
bona ſpūalia eoꝝ impedit. q̄ em̄ plus p̄eſſe appetit q̄ pro/
deſſe: oēm ꝓfectū ſubditoꝝ impedit. ar. bo. xlvij. di. c. virū.
lxxxiij. di. nihil. ſuſpicās oīm ſubditoꝝ excellentiā ſue iniq̄
dn̄ationis p̄iudiciū. xxiij. q. vij. ꝙ aūt. ibi: Quis em̄ auarꝰ
q̄rit poſſeſſorē? q̄s dn̄andi cupiditate inflatus / deſiderat
hr̄e cōſortē: Conanꝛ em̄ tyrāni ne eoꝝ ſubditi ꝟtuoſi effe/
cti magnanimitatis cōcipiant ſpm̄: ⁊ eoꝝ iniquā dn̄atio/
nē nō ferant. Conanꝛ etiā ne ſubditi inter ſe pacē habeāt:
vt dū vnꝰ de altero nō cōfidit: cōtra eiꝰ dn̄iū aliq̄d moli/
ri nō poſſint. Procurāt etiā tyrāni ne eoꝝ ſubditi potētes
⁊ diuites ſint: ne talia ſint eis nociua: vt ꝯ charitatem vi/
uentes / ꝯ ſe poſſint dicere: gaudemꝰ ſuꝑ iniq̄tate / nō con/
gaudemꝰ ſuꝑ ꝟitate. ꝯtra illud. j. ad Coꝝ. xiij. ibi: Nō gau
det ſuꝑ iniq̄tate. vn̄ de tyranno pōt dici verbū Job: Sonꝛ
tus terroris ſemꝑ in auribus illiꝰ: ⁊ quū pax ſit ſemꝑ inſi/
dias ſuſpicaꝛ. Job. xx. Ex hoc aūt ꝯtingit vt dū p̄ſidētes:
qui ſubditos ad virtutes inducere deberēt: virtuti ſubdi
toꝝ nequiter inuidēt: ⁊ eā ꝓ poſſe impediūt: vt ſub tyran
nis pauci ꝟtuoſi inueniantꝛ: hīc ḡ dicit Leo papa. Integri
tas p̄ſidentiū ſalus eſt ſubditoꝝ. lxj. di. miramur. ad pn̄. ⁊
ſm Ariſto. apud illos inueniunꝛ fortes viri: apud q̄s for/
tiſſimi quiq̄ honoranꝛ. Et Tullius: Iacent ſemꝑ ⁊ parū
vigēt: que apud quoſq̄ improbanꝛ. Naturale etiā eſt vt
hoīes ſub timore nutriti / i ſuilē degenerēt animū. vt. xxiij
q. vj. §. ex his. ⁊ vt puſillanimes fiāt ad oē opus vtile et
ſtrenuū: qđ experimētis p̄tꝫ in ꝓuincijs q̄ diu ſub tyrānis
fuerūt. vn̄ Colꝛ. iij. d. Patres nolite ad idignationē filios
veſtros ꝓuocare: vt nō puſillo aīo fiāt. Salomō: Regnā/
tibus impijs ruine hoīm. ⁊ iterū: Quū impij ſumpſerint
p̄ncipatū: gemet ꝑpl̄s. Prouer. xxix. q̄ſi ſub ſuitute reda/
ctus. ⁊ iterū: Quū ſurrexerint impij: abſcondenꝛ hoīes.
Prouer. xxviij. c. in fi. vt tyrānoꝝ crudelitatē euadāt. Nec
eſt mirū: q: hō abſq̄ rōne ſm animi ſui libidinē p̄ſidens /
nihil differt a beſtia. vn̄ Salomō: Leo rugiēs: ⁊ vrſus eſu/
riēs: p̄nceps impiꝰ ſuꝑ ꝑpl̄m pauperē. Prouerb. xxviij. ⁊
ideo a tyrāno ſe abſcōdūt hoīes ſicut a crudelibꝰ beſtijs:
q: optimū ⁊ peſſimū regimē ꝯſiſtit in monarchia. i. in p̄n/
cipatu vniꝰ. Multis ꝓpter tyrānoꝝ malitiā reddiꝛ regia Regia
dignitas odioſa. Quidā ꝟo dū regimē regis deſiderant: dignitas
incidunt in ſeuitias tyrannorū rectoreſq̄ cōplures tyran odioſa
nidē exercent ſub p̄textu regie dignitatis. Horū quidem redditꝛ.
exemplū euidēter apparet in romana republica. Regibꝰ
em̄ a romano ꝑpl̄o expulſis: dū regimē vel potiꝰ faſtū et
tyrannidem ferre nō poſſent: inſtituerūt ſibi cōſules. di. ij.
quedā. ⁊ alios magiſtratꝰ ꝑ q̄s ceperunt regi ⁊ dirigi. vn̄
⁊ vna de autēticis eſt autētica de cōſulibꝰ. Et ſicut refert
Salluſtiꝰ: Incredibile eſt memoratu quātū adepta liber/
tate breui romana creuit ciuitas. Plurimū nāq̄ ꝯtingit
vt hoīes ſub rege viuētes / ſegniꝰ ad bonū cōe nitanꝛ: vt/
pote exiſtimātes id qđ ad bonū cōe impēdūt: nō ſibiipſis
cōferre: ſed alteri ſub cuius p̄tāte vident eſſe bona cōia.
Quum ꝟo nō vident cōmune eſſe in poteſtate vnius: nō

accedũt ad bonũ cõmune, quaſi ad id qđ eſt alterius: ſed quilibet aſcẽdit ad id ſicut ad ſuũ. vñ in experimẽto apparet ꝙ vna ciuitas ꝑ annuos rectores adminiſtrata/plus põt interdũ: ꝙ rex q̇ haberet tres vel q̄tuor ciuitates. Paruaq́ʒ ſeruitia exacta a regibus grauius feruntᷣ: ꝙ magna onera ſi a cõmunitate ciuiũ imponantᷣ. qđ in romana republica euenit. Nã vt ſcribit Titus Liuius prima decade ꝑ totũ. Plebs ⁊ ad militiã ſcribebatᷣ: ⁊ ꝓ militãtibus ſtipendia exoluebãt. Et quũ ſtipendijs ſoluẽdis nõ ſufficeret erariũ: in vſus publicos opes cõuenere priuate/adeo vt p̄ter ſingulos aureos anulos: ſingulaq́ʒ decora clinodia: que erant dignitatis inſignia: multũ auri in republica fundebatᷣ. Sed q: fatigabantᷣ diſſenſionibus ↄtinuis: que vſq́ʒ ad bella ciuilia excreuerũt: q̄bus bellis ciuilibꝰ eis libertas/ad quã multũ ſtuduerãt: de manibus erepta eſt: ⁊ ſub poteſtate imperatorũ eſſe ceperũt: q̇ ſe reges appellare noluerũt: q: romanis fuerat nomẽ regiũ odioſuʒ. Horũ autẽ quidã more regio cõmune fideliter ꝓcurauerunt: ꝑ quorũ ſtudiũ romana reſpublica adaucta eſt ⁊ cõſeruata. Plurimi ꝟo eorũ in ſubditos quidẽ tyranni: ad hoſtes ꝟo deſides effecti ⁊ imbecilles/romanã rempublicã ad nihilũ redegerunt. Similis etiã ꝓceſſus fuit in populo iudeoꝝ. Primo quidẽ dũ iudicibꝰ regebantᷣ: vndiq́ʒ diripiebantᷣ ab hoſtibꝰ: ⁊ vnuſquiſq́ʒ qđ erat bonũ in ſuis oculis faciebat. vt in lib. Judicũ ꝑ totũ. ⁊. c. vlti. in fi. Regibus ꝟo eis diuinitus datis ad eoꝝ inſtantiã. j. Regũ. ix. Propter regũ malitiã a cultu vnius dei receſſerũt: ⁊ finaliter in captiuitatẽ ſunt ducti. Tob. j. Vtriuſq́ʒ ergo pericula imminẽt ſiue dominentᷣ tyranni ⁊ euitentᷣ. regis optimũ regnũ: ſiue dũ deſideratᷣ poteſtas regia in malitiã tyrannicã cõuertatᷣ. Quũ autẽ duo ex q̄bus periculũ imminet/inſtant: id optimũ eligendũ eſt ex quo ſequitᷣ minus malũ. xiij. di. c. j. ⁊. ij. magis em̄ p̄optandũ eſt vnius regnũ ꝙ multorũ: ꝙuis ex vtroq́ʒ ſequantᷣ pericula. Nã fere omne multoꝝ regimẽ eſt in tyrannidẽ terminatũ: vt in romana republica maxime apparet: que quũ diu ꝑ magiſtratꝰ adminiſtrata fuiſſet: exortis ſimultatibus diſſenſionibꝰ ⁊ bellis ciuilibꝰ/in crudeliſſimos tyrannos crudeliter inciderũt. Relinquitᷣ ex dictis magis eſſe expediẽs ſub vno rege viuere ꝙ multorũ. Quia ergo vnius regnũ p̄eligendũ: qđ eſt optimũ. ⁊ contingit ipſum in tyrannidẽ cõuerti: qđ eſt peſſimũ/vt ex dictis p3. diligẽter laborãdũ eſt vt ſic ꝓuideatur de rege: vt nõ incidat in tyrannũ. vñ neceſſariũ eſt/vt illi qui habent officiũ eligẽdi talẽ in regẽ: ꝓuideant quẽ nõ ſit ꝓbabile in tyrannidẽ declinare. vnde ⁊ Grego. xiij. c. Queſiuit dñs virũ ſ̄m cor ſuũ: ⁊ p̄cepit ei dñs/vt eſſet dux ſuper populũ ſuũ. facit. viij. q. j. licet. Deinde ſic diſponenda eſt regis gubernatio: vt regi iã inſtituto/tyrannidis ſubtrahatᷣ occaſio: ſic etiã eius tẽperetᷣ poteſtas: vt de facili ĩ tyrãnidẽ declinare nõ poſſit. ¶ E Deinũ curãdũ eſt ſi rex in tyrannidẽ declinaret: qualiter poſſit occurri. Et ſi nõ ſit exceſſus tyrannidis: vtilius eſt remiſſam tyrannidẽ tolerare ad tempus/ꝙ cõtra tyrannidem agẽdo multis implicari periculis que ſunt grauiora ipſa tyrannide. ſic em̄ frequẽter in tyrannide cõtingere ſolet: vt poſterior fiat peior ꝙ p̄cedens/dũ p̄cedentia grauamina nõ deſerit: ⁊ etiã ipſe ex ſui cordis malitia noua excogitat. Vñ ſiracuſanis quõdam Dionyſij mortem omnibus deſiderãtibus: anus quedã vt incolumis et ſibi ſupſtes eſſet continue orabat. Qđ vt tyrannus cognouit: cur hoc faceret interrogauit. Tunc illa puella ait exñs/quũ graue tyrannũ haberemus/eũ interfici cupiebã: quo interfecto, aliquãtulũ durior ſucceſſit: eiꝰ q́ʒ futuri dñationẽ malã exiſtimabãt. Tertiũ importuniorẽ hr̄e cepimꝰ rectorẽ: itaq́ʒ ſi fuer ꝫ abſũptꝰ: deterior timeo ĩ locũ tuũ ſuccedet. Etſi ſeuiſſima ſit tyrãnis: decet t̄n nõ ſolũ bõis ⁊ modeſtis: ſ3 etiã dyſcolis ſubditos eẽ. Hec eſt em̄ grã ſi ꝓpter cõſciẽtiã dei ſuſtinet q̇s triſtitiã patiẽs iniuſte. j. Pet. ij. c. facit. xj. q. iij. julianꝰ. Vñ quũ multi romanorũ fidẽ chriſti ꝑſequerentᷣ tyrãnice: magnaq́ʒ multitudo tam nobiliũ ꝙ pp̄li eſſet ad fidẽ ↄuerſa: nõ reſiſtẽdo/ſed mortẽ ſuſtinẽdo ꝓ chriſto laudantᷣ: vt in ſacra legione thebeoꝝ apparet. facit ad hoc. xxiij. q. j. §. j. vñ ⁊ in veteri lege leguntᷣ occiſi fuiſſe hi q̇ occiderũt Joas regẽ iuda: ꝙuis a cultu dei recedentẽ: eoꝝ filijs reſeruatis. iiij. Reg. xij. Si aũt nõ ex p̄ſumptione priuata: ſ3 authoritate publica ⁊ cõi/rex in tyrannũ ↄuerſus: vel aliꝰ tyrãnꝰ deſtruatᷣ/vel eiꝰ ptãs ipſa refrenetᷣ: nõ eſt putãda talis multitudo infideliter agere tyrannũ deſtituẽs: etſi in ꝑpetuũ antea ſibi ſe ſubiecerit. q: hoc ipſe meruit in multitudis regimine ſe nõ fideliter gerẽs: vt exigit regis officiũ/ꝙ ei pactũ a ſubditis nõ ſeruetᷣ. Sic roma in tyrãnũ Tarq̄niũ: quẽ in regẽ ſuſceperãt: ꝓpter eiꝰ ⁊ filioꝝ tyrãnidẽ. xxij. q. v. ꝓpoſito. ibi: Cũ violenter Tarq̄nij regis filiꝰ a regno eiecerãt ſubſtituta ſibi minori ſc3 cõſulari ptãte. Sic ⁊ domitianus q̇ modeſtiſſimis imꝑatoribꝰ Veſpaſiano prĩ/⁊ Tito filio eiꝰ ſucceſſerat: dũ tyrãnidẽ exerceret: a ſenatu romano interemptꝰ eſt, oĩbꝰ q̇ idẽ ꝑuerſe fecerat ꝑ ſenatuſconſultũ iuſte ⁊ ſalubriter in irritũ reuocatis. Quo etiã factũ eſt vt btũs Joan. euãgeliſta dilectꝰ dei diſcipulus: q̇ ꝑ ipſum domitianũ in pathmos inſulã fuerat exilio relegatꝰ: ꝑ ſenatuſconſultũ epheſuʒ remearet. ¶ Ad hãc materiã expſſe faciũt. C. de pac. cũ ꝓponas. ff. de ioffi. teſta. ſi inſtituta. ff. ꝓ ſocio. ſi cõuenerit. xxviij. q. ij. ſi ĩfidelis. ibi: Nec eſt ei fides ſuãda ⁊c̄. xcv. diſt. eſto. xxij. q. v. de forma. ex̄ de iureiur. ꝑuenit. ij. ibi: Nec tu ei etiã ſi ꝓmiſſum tuũ iuramẽto vel fidei obligatione interpoſita cõditione firmaſſes: aliq̄tenꝰ teneris: ſi cõſtat ei cõditiõi minime paruiſſe. ex̄ de penis. ↄſtitutꝰ. xj. q. iij. julianꝰ. xlv. di. cũ beatꝰ. ex̄ de pactis. cũ p̄dẽ. de renun. ſane. ff. de cõdi. cã da. ⁊ cã nõ ſe. ſi q̇s accepto tulerit. ex̄ de elec. cũ inter. R. ſeniorẽ. j. rñſo. ibi: aduerſarijs cõpoſitionẽ ipſam nolẽtibꝰ obſeruare ⁊c̄. Si ꝟo ad ius alicuiꝰ ſuperioris ꝑtineat multitudini ꝓuidere de rege: expetẽdũ eſt ab eo remediũ ↄtra tyrãni nequitiã. Sic ptãs archilai: q̇ ꝓ prẽ herode regnare iã ceperat: ⁊ cũ in tyrãnidẽ ⁊ malitiã imitabatᷣ: ꝑ ceſarẽ auguſtũ ptãs diminuitᷣ: ⁊ inter fratres ſuos diuiditᷣ. Et tandẽ quũ nec a tyrãnide ceſſaret: a Tyberio ceſare relegatꝰ eſt ĩ exiliũ apud Lugdunũ gallie ciuitatẽ. ſicut narrat hiſtoria ſcholaſtica. Si aũt alius nõ eſſet ſupior tyrãno: inuocãdũ eſſet eccl'ie auxiliũ cõtra eũ. arg. ex̄ de fo. cõpe. licet. xxiij. q. v. adminiſtratores. deficiẽte em̄ hũano auxilio/recurrẽdũ eſt ad deũ vt cor humiliet. Nã cor regũ in manu dei/q̄cũq́ʒ voluerit inclinabit illud. Prouer. xxj. a. Deꝰ em̄ cor aſſueri regis irati ↄ̄ iudeos in mãſuetudinẽ ꝟtit. Heſter. v. ⁊ ꝑ totũ. ⁊ Nabuchodonoſor regẽ crudelẽ ↄuertit. Dañ. iiij. qñ. ⁊. cũ. xxiij. q. iiij. nabuchodonoſor. autẽ tales tyrãnos ſupbos deſtruit. Eccli. x. Sedes ſupboꝝ ducũ deſtruxit: ⁊ ſedere fecit mites ꝓ eis. q: ipe eſt q̇ crudelẽ pharaonẽ ⁊ ↄ̄ iudeos tyrãnũ cũ exercitu ſuo deiecit in mare. Exo. iij. b. ⁊. xiiij. f. ⁊ pre. c. nabuchodonoſor. ipſe eſt qui nabuchodonoſor ſuperbientem in ſimilitudinem beſtie commutauit. Dañ. iiij. de peni. diſt. j. §. ex his. ꝟ. nabuchodonoſor quoq́ʒ. Ipſe enim deus ꝓmittit pp̄lo ſuo requiẽ ſe daturũ a labore ⁊ cõcuſſione et ſeruitute dura/q̇ añ ſuierat. Eſa. xiiij. a. ⁊ Ezech. xxxiiij. dicit: Liberabo gregẽ meũ de ore eoꝝ. ſ. paſtorũ q̇ paſcũt ſeipſos. ↄ̄ illud. j. Pet. v. Paſcite eũ q̇ in vobis eſt gregẽ dñi. xcv. di. eſto. S3 vt h̄ pp̄ls cõſeq̇ bñficiũ mereatᷣ: d3 a pctĩs ceſſare: q: in vltiõe pcti diuina ꝑmiſſiõe impij accipiũt p̄ncipatũ/dicẽte dño ꝑ Oſeã. Oſee. c. xiij. Dabo eis regẽ ĩ furore meo. ⁊ Job. xxxiiij. Qui regnare facᷣ hoiem hypocritã ꝓpter pctã pp̄li. tollẽda eſt ḡ culpa vt ceſſet tyrãnorum plaga. ad h̄. xxiij. q. v. §. hinc notãdũ. vbi de h̄. ⁊. vij. q. j. audacter. ⁊ ex̄ de pe. ⁊ re. cũ infirmitas. ¶ F Quia aũt ſ̄m p̄dicta regis eſt bonũ multitudis q̄rere: nimis videtᷣ oneroſum regꝫ officiũ: niſi ei aliqđ bonũ ꝓpriũ ex h̄ ꝓueniret. Oportet ḡ ↄſiderare q̄le ſit boni regis ↄueniẽs p̄miũ. ar. j. di. ius militare. ibi: veluti quũ corona vel torq̄s donatᷣ. ⁊ lxj. di. miramur. ad fi. ibi: nec põt de eiꝰ ꝓuectiõe dubitari cui ꝓ laboribꝰ multis/ꝑ moribꝰ caſtis/ꝓ actiõibꝰ ſtrenuis celſioris loci

Expediens ſub vno rege viuere.

Regi in tyrãnidẽ declinanti q̄liter obuiandum.

Boni regis recõpenſatio

celſioꝛis loci pꝛemiū debeꝫ. Quibuſdā ergo viſum eſt re/
gis pꝛemiū nō eſſe aliud ꝙ̄ honoꝛem ⁊ gl̓iam. vn̄ ⁊ Tul/
lius de republica definit pꝛincipem ciuitatis alendū eſſe
gloꝛia. cuius rōnē Ariſtoteles in lib. ethi. aſſignat. q꞉ pꝛin
ceps cui nō ſufficit honoꝛ ⁊ gl̓ia꞉ ꝯſequēter tyꝛānus effi/
citur. Ineſt em̄ animis hoīm/ vt ꝓpter bonū querāt. viij.
q. j. ſunt in eccleſia. Si ergo nō ſit ꝯtentus gloꝛia ⁊ hono/
re p̄nceps꞉ querit voluptates ⁊ diuicias꞉ ⁊ ſic ad rapinas
⁊ iniurias cōuertitur ſubditoꝝ. Sed ſi hanc ſn̄iam rece/
Nimia perimus꞉ plurima ſequētur inconuenientia. Pꝛimo nāqꝫ
gloꝛie et hoc eſſet regibus diſpendioſum꞉ ſi tot laboꝛes ⁊ ſolicitu/
honoꝛis dines paterenꝫ/ ꝓ mercede tam fragili. nihil em̄ videtur
cupido. in rebus humanis gloꝛia ⁊ honoꝛ fauoꝛis hoīm꞉ quū de/
pendeat ex hoīm opinionibus. ⁊ verbis eoꝛū q̄bus nihil
mutabilius eſt in hoīm vita. vn̄ ⁊ gloꝛia flos feni dicitur.
Matth. vj. j. Pet. j. d. Eſa. xl. Deinde humane gloꝛie cupi/
do animi magnitudinē auferet. Qui em̄ fauoꝛē hominū
querit꞉ neceſſe eſt in oī qđ dicit aut facit/ vt eoꝝ voluntati
deſeruiat. ⁊ ſic dum placere hoībus ſtudet꞉ fit ſeruus ſin/
guloꝝ. ar. l. di. ſi quis diaconus. ꝓpter qđ ideꝫ Tullius in
lib. de officijs/ cauendā dicit eſſe gl̓ie cupidinē. eripit em̄
animi libertatē꞉ qua magnanimis viris oīs dꝫ eſſe contē/
tio. nihil aūt p̄ncipem qui ad magna peragenda eſt/ ma
gis decet꞉ ꝙ̄ animi magnitudo. facit. lxxxviij. di. nihil. Eſt
ergo incōpetens regi/ ꝓpter officiū/ humane gl̓ie p̄miū.
ꝑtinet em̄ ad boni viri officiū/ vt contēnat gl̓iam꞉ ſicut ⁊
alia bona tꝑalia. Et ſit quoddā mirabile. vt q꞉ virtuoſos
actus ꝯſequiꝫ gl̓ia꞉ ipſaqꝫ gl̓ia virtuoſe ꝯtēnitur꞉ ex ꝯtem
ptu gl̓ie hō gl̓ioſus reddatur꞉ ſm̄ ſn̄iam Fabij dicentis.
Gloꝛiā q̄ ſpernit꞉ verā habebit. Et de Catone dicit Sallu
ſtius quāto minꝰ appetebat gl̓iam꞉ tanto magis aſſeq̄ba
tur eā. vn̄ Gꝛeg. Gloꝛia vmbꝛe ſimilis eſt꞉ q̄ fugientē ſeq̄
tur꞉ ⁊ que fugit ſequentem. iuxta illud Eccl̓i. xj. Si ſecu/
tus fueris꞉ nō appꝛehendes. ⁊ ſi p̄curreris non effugies.
Vn̄ phs. Hoc ſolū hꝫ humana gl̓ia glorioſum꞉ ꝙ ſe appe
tentes fugit꞉ ⁊ ſe fugientes appetit. Ipſiqꝫ chꝛiſti diſcipu
li ſe ſicut dei miniſtros exhibebant꞉ ꝑ gl̓iam ⁊ ignobilita
tem꞉ ꝑ infamiā ⁊ bonā famā. ij. ad Coꝝ. vj. Amplius ex cu
piditate gloꝛie periculoſa mala ſequūtur. multi em̄ dum
immoderate gloꝛiā in rebus bellicis queſierūt꞉ ſe ac ſuos
exercitus ꝑdiderūt꞉ libertate p̄rie ſub hoſtiū ſeruiture re
dacta. vn̄ Toꝛquatus romanꝰ p̄nceps in exemplo huius
vitādi diſcriminis/ filiū qui ꝯtra iꝑiū ſuū ab hoſte pꝛo/
uocatus iuuenili ardoꝛe pugnauit꞉ licet viciſſet꞉ occidit.
ne plus eſſet in p̄ſumptiōis exēplo ꝙ̄ vtilitatis in gl̓ia oc
ciſi hoſtis. Idem ſcripſi. ſ. xlij. ar. v. ꝯſimile narrat. Habet
etiā cupido gloꝛie aliud vitium familiare/ ſimulationis.
Quia em̄ eſt difficile/ paucisqꝫ cōtingit꞉ veras virtutes
aſſequi꞉ q̄bus ſolis honoꝛ debeꝫ꞉ multi gl̓iam cupientes
virtutū ſimulatoꝛes fiūt. ꝓpter qđ ſicut Salluſtius dicit.
Ab initio multos moꝛtales falſos fieri coegit꞉ aliud clau
ſum in pectoꝛe꞉ aliud pꝛomptū habētes in lingua. Sed ⁊
ſaluatoꝛ noſter eos q̄ bona oꝑa faciūt/ vt ab hoībꝰ videā/
tur꞉ hypocritas. i. ſimulatoꝛes vocat. Matth. vj. c. ⁊ xxiij.
A. Sicut ḡ ꝑiculoſum eſt multitudini꞉ ſi p̄nceps diuitias
⁊ voluptates q̄rat ꝓ p̄mioꝛe raptoꝛ ⁊ ꝯtumelioſus fiat꞉
ita ꝑiculoſum eſt ne q̄rat gl̓ie p̄miū꞉ ⁊ ſic p̄ſumptuoſus et
ſimulatoꝛ exiſtat. p̄ſumptio aūt ſm̄ Ber. de elatiōe naſciꝫ꞉
ſicut vera māſuetudo ex humilitate. Quid autem maioꝛ
p̄ſumptio ⁊ ſupbia꞉ ꝙ̄ honoꝛes appetere huiꝰ mūdi꞉ ꝑ q̄s
Faſtoſa ꝑdanꝫ honoꝛes regni celeſtis꞉ ſic ꝑdidit elatus lucifer꞉ di
luciferi cēs Eſa. xiiij. In celū aſcēdā. i. ad eq̄litatē dei꞉ ſuꝑ aſtra ce
ſupbia li. i. ſuꝑ angelos꞉ exaltabo ſoliū meū q̄ſi rex eoꝝ. ecce appe
titus dn̄andi. ſimilis ero altiſſimo. ecce ꝯtēptus ſubijciē/
di. Sꝫ ſubito p̄cipitatꝰ eſt de celo in abyſſum eterne dāna
tiōis. vn̄ Lu. x. Videbā ſathanā ſicut fulgur de celo caden
tē. Occaſio aūt iſtiꝰ p̄ſumptiōis ⁊ noxij appetitꝰ i eo fuit
ex imēſitate bonoꝝ naturaliū. ſupbiuit aūt ⁊ vltra ſe extē
dit꞉ de nobilitate nature꞉ p̄eminētia potentie꞉ ſubtilitate
intelligentie꞉ ⁊ arbitrij libertate. ⁊ iſte eſt lectꝰ Og regis
baſan꞉ in quo requieuit. ſ. ſupbia. ferreus/ q꞉ ſuperbus os
frāgit. de q̄ Deut. iij. lectꝰ regis baſan erat ferreus hn̄s. ix.
cubitos lōgitudinis. ⁊. iiij. latitudinis. Og interp̄taꝫ cō/
gregās ſeu coaceruans/ vel abſcōditꝰ. Hic eſt lucifer ſuis
terminis nō ꝯtentꝰ꞉ cōgregās ſibi ampliꝰ ꝑ appetitū ho/
noꝛis꞉ abſcōditꝰ/ q꞉ trāſfiguratꝰ in ſpecie boni. Ois ambi
tioſus rex baſan. Baſan ꝯfuſio interp̄taꝫ. ꝯfuſio iſta abie
cti o ē ⁊ dep̄ſſio. vn̄ Apoc. xij. ibi. Et p̄iectꝰ ē dꝛaco ille ma
gnus ſerpēs antiquꝰ꞉ q̄ vocaꝫ diabolus ⁊ ſathanas. ⁊ quā
tū q̄ſqꝫ ſe gl̓iauerit꞉ tātū toꝛmētū habebit. Apoc. xviij. Cō
fuſio iſta nuditas ē ab oī bono. de q̄ Apoc. iij. ibi. vt nō ap
pareat ꝯfuſio nuditatis tue. De hac ꝯfuſione Chꝛyſoſto.
Quicūqꝫ deſiderauerit p̄matū in terra꞉ iueniet ꝯfuſionē
in celo. nec iter ſeruos dei cōputabiꝫ꞉ q̄ pꝛimatū tractaue
rit. xl. di. q̄cūqꝫ. al̓s eſt in. c. multi. Nouē cubitos habuit le/
ctus ille꞉ q꞉ ſuꝑ. ix. oꝛdines angeloꝝ ſe extēdere voluit. Et
iiij. latitudinis꞉ q꞉ de. iiij. ſupbiuit. vt dixi. ⁊ habuit imēſi/
tatē bonoꝝ naturaliū. vn̄ Ezech. xxviij. Tu ſignaculū ſi/
militudinis plenꝰ ſapia perfectꝰ decoꝛe꞉ i delicijs paradiſi
fuiſti dei. Ois lapis p̄cioſus oꝑimentū tuū. ⁊ paulopoſt.
Repleta ſunt interioꝛa tua iniq̄tate. i. ineq̄litate. iniquū
em̄ maiꝰ eſſe nō potuit꞉ ꝙ̄ ſe deo ſimilē in potētia facere. Peccatū
Et peccaſti/ pctō maxime ſupbie. de q̄ in ps. xviij. Et emū/ maximū
daboꝛ a delicto maximo. gloſ. i. ſupbia. de h̄ de pe. di. ij. p̄n/
cipiū. q꞉ ſicut ait Bern̄. p̄uidit rōnalē creaturā foꝛe aſſu/
mēdā ad eq̄litatē dei in vnitate ꝑſone꞉ ⁊ quū ſe videret ce/
teris angelis pulchꝛioꝛē꞉ putauit ꝙ ipſe eēt illa creatura.
⁊ ideo ſupbiuit꞉ ⁊ h̄ ſupbiēdo appetijt. fuit em̄ in eo cōiun
ctio ꝯtraria ſcꝫ nature bone. ex de ſum. tri. c. j. §. diabolus.
xxiij. diſ. q̄ eps. ⁊ volūtatis a ſe male. vn̄. j. Reg. xvj. Spūs
dn̄i malus exagitabat ſaul. Dn̄i dꝛ꞉/ ꝓpter naturā bonam.
Malus/ ꝓpter volūtatē malā. ¶ Supbi ḡ p̄ſumptuoſi
ad imitationē diaboli rapiūt dei potētiā duobus modis.
Pꝛimo ꝑ libidinē dn̄andi. nō em̄ eſt naturale hoī꞉ vt ap/
petat dn̄ari hoībus. quū nō ſit creatꝰ vt dn̄areꝫ hoībꝰ꞉ ſed
bꝛutis. vn̄ Gen̄. j. Dn̄amini piſcibꝰ maris ⁊ volatilibꝰ celi
⁊ beſtijs terre. ſed h̄ eſt ex appetitu diabolico. vn̄ Bern̄.
Quāti vſqꝫ hodie feda ſequunꝫ infeliciaqꝫ veſtigia. imo
ꝙ̄ pauci euadūt q̄bus libido dn̄andi nō dn̄eꝫ. quē ſeq̄ni/
ni miſeri. nōne iſte eſt mons in quē aſcēdit angelus꞉ ⁊ fa/
ctus eſt diabolus꞉ Scđo ꝑ ꝯtemptū obediēdi ſuo ſupioꝛi.
qđ ſimil̓r aſſimilat hoiem diabolo. Vn̄ illi q̄ ꝯtempſerūt
obedire Sauli. j. Reg. x. dicunꝫ filij belial. qđ interp̄tatur
abſqꝫ iugo. Hiere. ij. A ſeculo cōfregiſti iugū meū. vtrūqꝫ
aūt habet honoꝛē appetēs. q꞉ p̄eſſe vult/ ⁊ nō ſubeſſe. Cō/
tra iſtos Aug. Locus ſupioꝛ ſine q̄ ppl̓s regi non pōt/ etſi
ita teneaꝫ/ ⁊ adminiſtreꝫ vt decet꞉ tn̄ indecēter appetitur.
viij. q. j. q̄ epatū. Item Ber. Quoties hoībꝰ p̄eſſe deſide/
ro꞉ toties deū meū pꝛeire ꝯtendo. de illo nāqꝫ ſcriptum eſt
Luc. ij. ⁊ erat ſubditꝰ illis. Itē Gꝛego. Supbus toties ad
culpā apoſtaſie dilabiꝫ꞉ q̄ties p̄eſſe hoībꝰ delectaꝫ. Item
Chꝛyſ. O p̄late tāto igiꝫ ſumis caput tuū. Miroꝛ ſi quē
ꝯtigerit ſaluari de ijs q̄ p̄ncipanꝫ in tātis ruinis ⁊ tanta
pigritia. video tn̄ currētes꞉ ⁊ ſpōte ſe in ꝑicula ꝓijciētes.
Item. Lu. xiiij. Villā emi. vno mō exponiꝫ. i. p̄latiōnē mul
to laboꝛe acq̄ſiui. necnō p̄cio aīe cōparaui. Nā dn̄iū q̄ am
bit꞉ aīam ꝑdit. q꞉ grām amittit꞉ q̄ eſt vita aīe. hanc lucifer
ꝑdens cupiditate ⁊ deſiderio/ emere voluit꞉ ⁊ ſedē regis
celi ꝑdidit. Sil̓r p̄mꝰ hō ambiuit꞉ ⁊ q̄ erat dn̄s oīm. Gen̄.
j. in ſeruiturē oīm etiā publice cecidit. ⁊ ſeq̄tur in Luc. Et
neceſſe habeo exire/ ab eternoꝝ ꝯtēplatiōe/ ⁊ animi ꝯſide
ratiōe/ ⁊ coꝛdis cōpunctiōe. vt ait Gꝛeg. in ꝓlogo ſuꝑ li.
dialogoꝝ. Et videre illā. i. ſtudiū applicare ad tꝑalē gl̓iaꝫ
vel alteriꝰ curā. ſꝫ dꝛ Eccl̓s. vij. Quid neceſſe eſt hoī maio
ra ſe q̄rere꞉ Gꝛandis villa eſt vita ꝓpꝛia. felix q̄ hāc cuſto/
dire ſufficit. Pꝛouer. iiij. Oī cuſtodia ſerua coꝛ tuū. vere
hꝫ locū hodie Can̄. j. poſuerūt me cuſtodem. i. p̄latū. non
toꝛtoꝛē ſcꝫ aīarū ⁊ rerū eccl̓iaſticarū. xvj. q. j. in ſacris ca/
nonibꝰ. Iſte eſt cuſtos cui dꝛ. iij. Regū. xx. ꝑpe ſi. Cuſtodi
virū iſtū꞉ q̄ ſi lapſus fuerit/ erit aīa tua ꝓ aīa eius. Hoc dꝛ

b

¶ Ex eo aūt ꝙ eccleſia vna eſt.⁊ ꝑ ꝯñs oꝛdinata:ſequit̄ alia conditio.ſ.ꝙ ſit firma ⁊ foꝛtis. Uirtus em̄ vnita/ſm̄ philoſophū/foꝛtioꝛ eſt ꝙ̄ diuiſa.vnde ex ipſa ſua vnitate redditur eccl'ia foꝛtis ⁊ firma. Ipſe quoqꝫ oꝛdo eā efficit foꝛtioꝛem.ꝓpter qꝺ in Cañ.dicit̄ eſſe vt caſtroꝝ acies oꝛdinata.Cañ.vj. Foꝛtis ſiquidē eſt eccl'ia: q꞉ firma eſt contra hoſtiū impetus/ſiue demonū/ſiue tyꝛānoꝝ/ſiue hereticoꝝ.⁊ ſic firma:vt nō deficiat:q꞉ nō pōt eſſe nulla.xxiiij. q.i.pudenda.in ſi.ſed inter ipſos hoſtiū cōflictus creſcat. ⁊ inualeſcat.xij.q.i.futurā. Cōtra demones foꝛtis eſt ſanctitate ⁊ iuſtitia. Cōtra tyꝛānos foꝛtis eſt patientia. Contra hereticos ⁊ mundi ꝑhos foꝛtis eſt diuina ſapia. Hec eſt turris Dauid/cum ꝓpugnaculis: ex qua mille clypei pendent:⁊ oīs armatura foꝛtiū.Cañ.iiij. Non armatura carnalis:ſed ſpūalis.ſicut ait apl'us.ij.ad Coꝛ.x.xxiij.q.i. niſi. Arma inquit militie noſtre nō carnalia: ſcꝫ debilitate:ſed potentia deo.i.ꝑ deum/ad deſtructionē munitionū.i.vt deſtruāt.conſilia hoīm ſeu demonū diuerſis calliditatibus munita.ꝯſilia deſtruentes ⁊ oēm altitudinē.i. ꝓfunditatē intellectus.tā legiſperitoꝝ ꝙ̄ ꝑhoꝝ/extollentem ſe aduerſus ſciam dei.i.que de deo eſt. Itē Eph.vj.

Armatura dei ſextuplex.

Induite vos armaturā dei.xxiij.q.i.ꝟ.bella. Ubi apl's ponit ſextuplam armaturā dei. ſcꝫ cingulū caſtitatis/cōtra luxuriā. Luce.xij. Sint lumbi veſtri p̄cincti ⁊c. Greg. Lūbos p̄cingim⁹: quū carnis luxuriā ꝑ ꝯtinētiā coarctam⁹. Iuſtitia.ibi.induti loꝛica iuſtitie.ꝯtra auaritiā. q꞉ iuſtus miſeret̄.ps.xxxvj. Calciamentū.ſequit̄.calciati pedes ⁊c. ſcꝫ exempla ſanctoꝝ.ꝯtra toꝛpoꝛē acidie. Scutū fidei.xj. q.iij.qui reſiſtit. Fides incarnatiōis. Thꝛeñ.iij. Dabis eis dñe ſcutū coꝛdis laboꝛē tuū.ꝯtra tela ⁊ diaboli inſidias. Galea ſpei ꝯtra vana hui⁹ mūdi ⁊ ꝯtra deſꝑationē. Roma.v. Gloꝛiamur in ſpe filioꝝ. Gladium ſpūs ad carnis moꝛtificationē. Cañ.iij. Uniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuū ꝓpter timoꝛes nocturnos. Matth.x. Non veni pacē mittere:ſed gladiū. Item Amb. Lachꝛyme ⁊ orōnes ſunt arma clericoꝝ.xxiij.q.viij.conuenioꝛ.

Porte inferi que ſint.

¶ De foꝛtitudine ⁊ firmitate eccl'ie ꝺ꞉ Matth.xvj. Poꝛte inferi nō p̄ualebūt aduerſus eā.xix.di.ita. ſup quo dicit glo. Poꝛte inferi vitia ſunt atqꝫ pctā. Uel hereticoꝝ doctrine: ꝑ quas hoīes ducunt̄ ad tartara. Uel ſingule ſpūales nequitie.ſ.demones poꝛte ſunt inferioꝝ:qꝫbus ꝯtrariantur poꝛte iuſtitie. Poꝛte quoqꝫ inferi toꝛmēta ⁊ blandimēta ꝑſecutoꝝ ſunt ſed ⁊ pꝛaua infideliuꝫ opa ⁊ inepta colloquia poꝛte ſunt inferi:q꞉ iter ꝑditionis oſtendūt. ſed oīa hec nō p̄ualent aduerſus eā ſcꝫ eccl'iam.q꞉ eā nō ſeparāt a charitate ⁊ fide mea:dicit dñs. Ipſa em̄ eſt dom⁹ ſapiētis. Matth.vij. ſupꝛa petrā edificata:q̄ nec pluuie deſcenſu/nec fluminū impetu/nec ventoꝝ flatu irruēte cadit. q꞉ fundata eſt ſupꝛa petrā fidei ſolidiſſime veritatis. Hāc em̄ domū/eccleſiam ſcꝫ/nec pluuia mēdacis doctrine coꝛrūpit.xxiiij.q.i. a recta. Nec diabolicus flatus impellit.quia reſiſtit ei foꝛtis in fide.i. Pe.v.que nō deficit. Matth.xvj.de pe.diſt.ij. ſi em̄.vltra duas colum.ꝟſi.petrus.vbi de hoc.etiā no. in gloſ.ſcꝫ fina. Foꝛtis eſt deniqꝫ eccl'ia:q̄ velut munita ciuitas angeloꝝ p̄ſidiū ⁊ cuſtodiā habet. Cañ.iij.ibi. Inuenerūt me vigiles qui cuſtodiūt ciuitatem.⁊ illud Eſa.lxij.c. Sup muros tuos hierl'm ꝯſtitui cuſtodes. Ipſum etiam chꝛiſtū magni conſilij angelū p̄ncipalem cuſtodē ⁊ adiutoꝛem hꝫ.de quo ꝺ꞉ in Apoc.xxi.ꝙ ciuitas habebat murū magnū ⁊ altum.vbi gloſ. Per murū cōuenienter intelligitur chꝛiſtus q̄ ipſam ſanctā hierl'm vndiqꝫ circūdat: cōtra incurſoꝛes demones ⁊ pꝛauos homies ⁊ vitia circūquaqꝫ nūc defenſat. ¶ Ex p̄dictis aūt tribus cōditionibus eccl'ie ſequit̄ quarta cōditio:videlicet ꝙ eſt pacifica: nam vnitas cauſa eſt pacis. Eſt em̄ pax effectus amoꝛis.

Pacifica eſt eccleſia.

cuius eſt vnire. Oꝛdo em̄ in rōne pacis cōpꝛehenditur. ar.xciij.di.legimus.i.rñ.q꞉ ſm̄ Augu.xix.de ciui.dei. Pax eſt trāquillitas oꝛdinis.⁊ pax hoīm eſt oꝛdinata ꝯcoꝛdia xxiij.q.i.q̄d culpat̄.ibi. Oꝛdo aūt ⁊ pax ciuitatis eſt oꝛdinata imperandi atqꝫ obediendi cōcoꝛdia ciuiū. Foꝛtitudo etiā pacē inducit. Ex foꝛtitudine nāqꝫ victoꝛia ꝓcedit: ⁊ ad hanc ſequit̄ pax.vñ Augu.xix.de ciui.dei dicit/ꝙ victoꝛia eſt ſubiectio repugnantiū. qꝺ quū fuerit:pax erit. Eccleſia ꝰ que vna eſt/⁊ oꝛdinata eſt/⁊ foꝛtis ⁊ pacifica eſt. In hac tn̄ peregrinatione/q꞉ multipl'r ⁊ ſepe turbat̄/ꝑfectam ⁊ plenā pacē nō hꝫ.ſed in futuro erit plene pacata:qn̄ quidē nulla erit diſcoꝛdia:nulla pugna:nulla oꝛdinis turbulentia. vñ Iſiꝺ.dicit.ꝙ eccl'ia nūc ꝺ꞉ ſyon peregrinatione p̄ñti: q꞉ ab hmōi ꝑegrinationis longitudine poſita ꝓmiſſionē rerū celeſtiū ſpeculat̄.idcirco ſyon.i.ſpeculatio nomē accepit. Pꝛo future vero patrie celeſtis pace hierl'm vocat̄/q̄ pacis viſio iterpꝛetat̄.ibi em̄ abſoꝛpta oī aduerſitate/pacē que chꝛiſtus eſt:p̄ñti poſſidebit obtutu.vnde ad hierl'm ꝺ꞉ in ps.cxlvij. Qui poſuit fines tuos pacē.⁊ iterū ps.cxxiiij. Pax ſup iſrl'.i.ſuper vidētes deuꝫ. Et hec dicta ſint de regni eccleſiaſtici vnitate. ¶ H

CONſequens aūt eſt dicere ⁊ videre ꝙ eccleſie regnū dicit̄ catholicū.i.vniuerſale.⁊ quomodo merito.ſiquidem eccleſia ꝺ꞉ vniuerſalis:q꞉ ipſius inſtitutoꝛ eſt vniuerſoꝝ dñs. de quo ꝺ꞉ in Iob.xxxiiij. Opus manuū ei⁹ ſunt vniuerſi.⁊ in ps.xxi. Cōuertentur ad dñm vniuerſi fines terre:⁊ adoꝛabunt in ꝯſpectu eius vniuerſe familie gentium. Dicitur aūt ⁊ eſt eccl'ia vniuerſalis multipl'r.

Eccl'ia multis de cauſis appellat̄ catholica.

¶ Pꝛimo em̄ dicit̄ vniuerſalis quātum ad loca. Non em̄ ſicut ſynagoga in iudea tm̄ inuenit̄:ſed in vniuerſo mundo. vñ ps.lxxv. Notus in iudea deus. Sed in oēm terram exiuit ſonus eoꝝ:ſcꝫ aploꝝ.⁊ euangelice p̄dicationis ⁊ apoſtolice doctrine.xix.di.ita dñs.ex̄ de elec.fundamenta.lib.vj. ⁊ in Malachia.i.c. Ab oꝛtu ſolis vſqꝫ ad occaſuꝫ magnū nomen meū in gentibus.⁊ in omni loco offertur nomini meo oblatio munda.⁊.xciij.di.legimus.ꝟ.nec altera. De hac vniuerſitate Iſiꝺ.c.viij.lib.etymo. Eccleſia grece/latine cōuocatio dicitur.ꝓpterea ꝙ omnes ad ſe vocet. Catholica aūt dicit̄ eccl'ia.i.vniuerſalis. Non em̄ ſicut cōuenticula hereticoꝝ in aliquibus regionū partibus coarctatur:ſed per totū terrarū oꝛbem dilatata diffunditur.facit ad hoc.xxi.diſt.ꝙuis. Et in lib.i.de ſummo bono. idē ait. Hereſes aut in aliquē angulum mūdi/aut in vnam gentem inueniūtur verſari. Eccleſia vero catholica ſicut per totum mūdum extenditur: ſic ⁊ omniū gentiū ſocietate cōſtituitur. ¶ Secūdo eccl'ia dicit̄ vniuerſalis quantum ad ꝯditionē hoīm.q꞉ om̄es oīm hoīm diuerſitates colligit:⁊ nullā abijcit.nō diuerſitatē rituū reſpuit.q꞉ ⁊ iudeos ⁊ gētiles cōgregat ⁊ vocat:q꞉ nō accipit ꝑſonā. Act.x. ⁊.xi. Rom.ij. Deut̄.i.xxxij.q.iiij.§.his ita.iij.q.ix.c.vl.ex̄ de iudic̄.nouit.ex̄ de pꝛeben. venerabilis. Non diuerſitatem nationū. quia Grecos ⁊ Barbaros Scythas ⁊ Indos. Gal.iiij.⁊ Col'.iij.xciij.di.legimus. Nō diuerſitatē ꝯditionū.q꞉ ⁊ ſeruos ⁊ liberos.xxix.q.ij.oībus nobis.c.ſi femina. Nō diuerſitatē ſex⁹.q꞉ feminas ⁊ maſculos.q꞉ maſculū ⁊ feminā creauit eos. Geñ.i.xxxij.q.v.hec imago.⁊.c.nec

Illud. Non diuerſitatē fortune. q꞉ pauperes ⁊ diuites: no/
biles ⁊ ignobiles. ex̄ de p̄ben. venerabilis. xxiij. q. iiij. ſicut.
Non diuerſitatē animoꝝ. q꞉ doctos ⁊ indoctos: ſapiētes
et ſimplices: philoſophos ⁊ idiotas: oratores ⁊ plebeios
j. ad Cor. j. Et vniuerſalit̄ nullā diuerſitatē hoim̄ reſpuit.
oēs recipit. q꞉ non accipit perſonas: vt dictū eſt. ſed ip̄e eſt
qui eſt omniū factor. eſt oim̄ ſaluator ⁊ ſuſceptor. qui vult
oēs hoīes ſaluos fieri. j. Timo. ij. Unde Mar. vlti. Eūtes
(inquit) in mundū vniuerſum: predicate euangeliū om̄i
creature. i. omni homini. ⁊ ad Titū. ij. Apparuit enim gr̄a
dei ⁊ ſaluatoris noſtri oībus hoībus. Nā quū ſit ip̄e ſum/
ma iuſtitia: negare ſeipſum non p̄ōt. ij. ad Tim̄. ij. Hiero.
Non rex apud illū nobilior: non pauper infirmior: non di
ues potētior: nō dn̄s potior: nō ſeruus deterior: ſed oībus
equalis: oībus iudex: oībus deus: omnibus dn̄s eſt. Job
xxxvj. Deus potētes non abijcit; quum ⁊ ip̄e ſit potēs. ſed
nō ſaluat impios: ⁊ iudiciū pauperibus tribuit. Sap̄. vj.
Puſillū ⁊ magnū ip̄e fecit: ⁊ equaliter cura ei eſt de oīb⁹.
¶ Tertio eccleſia dicit̄ vniuerſalis quātū ad tēpus. quia
incepit ab initio mundi: ⁊ vſq꞉ in finē duratura eſt. Un̄ di-
citur incepiſſe ab Abel iuſto. vn̄ Grego. in homilia ſuper
Mat. xx. Simile eſt regnū celoꝝ homini patrifamilias
qui exijt ⁊c̄. Qui habet vineā ſcꝫ vniuerſam eccleſiā: que
eſt ab Abel iuſto vſq꞉ ad vltimū electū / qui in fine mundi
naſcitur⁹ eſt: quot ſanctos ꝓtulit / quaſi tot palmites mi/
ſit. Iſido. tn̄ dicit ꝙ eccleſia inchoauit a loco vbi venit de
celo ſp̄ūſſanctus: ⁊ impleuit vno loco ſedētes. Act. ij. Qd̄
verū eſt ꝙ ibi inchoauit quantū ad ei⁹ plenitudinē in p̄ſo
nis ⁊ gratijs: q꞉ iam venerat plenitudo temporis in quo
miſit deus filiū ſuū. Gal. iiij. Tunc etiā inchoauit quantū
ad ei⁹ dilatationē: ⁊ quantū ad fidē explicitā ⁊ reuelatā.
Similiter aūt ab exordio humani generis cepit. ab Abel
aūt cepiſſe dicit̄ propter eius innocentiā. De hoc tractaui
latius. ſ. in p̄n. iſti⁹ operis in illo ar. Q꞉ ante fuit eccleſia
ꝙ imperiū in. xxxvj. ar. Unū aūt eccleſie corpus cōſtituūt/
qui ante chriſtū ⁊ poſt chriſtum fuerūt. quorū oīm ip̄e eſt
caput. ad Col. j. ex̄ de ſacra vnc. c. j. q꞉ ⁊ qui preibāt ⁊ q̄ ſe/
quebātur clamabāt. Oſanna benedict⁹ qui venit in noīe
dn̄i. Matth. xxj. Mar. xj. Luce. xix. ⁊ Joā. xij. Un̄ magiſter
Hugo de ſancto victore. Uerbū incarnatū rex noſter eſt:
qui in hūc mundū venit cum diabolo pugnaturus. ⁊ oēs
ſancti qui ante aduentū eius fuerunt / quaſi milites ſunt:
ante regis faciē precedentes. ⁊ qui poſtea veniunt vſq꞉ in
finē mundi milites ſunt regē ſuū ſubſequentes. Ip̄e rex
medius eſt in exercitu ſuo hincinde vallatus incedens ⁊
ſtipatus agminibus ſuis. Quod quidē hodie ſignatū eſt
in hoc ꝙ q̄ precedebāt ⁊ qui ſequebant̄ clamabāt Oſan/
na in excelſis. vnde ⁊ gloſ. ſuper predictū locū Mat. ait.
Primitiui patres ⁊ eorū ſequaces cū magno affectu fate
bātur ꝙ ſalus adſcribenda eſt homini a verbo dei aſſum/
pto. Eadē quoq꞉ fides eſt precedentiū ⁊ ſequentiū: q꞉ cre
debāt futurū qd̄ nos credimus iā factum. In hoc autē ꝙ
eccleſia dicit̄ vniuerſalis quantū ad tēpus / intelligit̄ illa
duplex cōditio regni eccleſiaſtici q̄ eſt antiquitas ⁊ perpe
tuitas. ¶ Quarto eccl'ia dicit̄ vniuerſalis quantū ad ſta
tus. q꞉ cōprehendit tam illos qui ſunt in ſtatu cōprehen/
ſorū / ꝙ illos q̄ ſunt in ſtatu viatorū. vt. ſ. dictū eſt. Nec ſo/
lū hoīes: ſed etiā angelos. Un̄ eccleſia ſic ſumpta dicit̄ cō
gregatio oīm illoꝝ qui ſunt chriſti mēbra qualitercūq꞉. ſic
ſumitur de peni. diſt. j. eccleſia. Eccleſia vero pro hoc ſtatu
preſenti dicit̄ congregatio fideliū. ſic ſumitur de cōſe. di. j.
eccleſia. Pro futuro aūt ſtatu dicitur eccleſia etiā congre
gatio cōprehenſoꝝ. ſic ſumitur in pſ̄. cxlix. In eccleſia ſan
ctorū. ¶ Quinto dicitur eccleſia vniuerſalis quantū ad
doctrinā. q꞉ in ea eſt vna doctrina vniuerſalis de omnib⁹
neceſſarijs ad ſalutē: ⁊ omni generi hominū conueniens.
iiij. di. erit aūt. xxv. q. j. que ad perpetuā. ſicut enim eſt vnū
regnū eccleſie: ita oportet ꝙ ſit vna ſcientia ⁊ lex. alias di
uiſio legis vel ſciētie / diuiſio eſſet regni ⁊ deſolatio. quia
hoc eſt ex ijs q̄ ſpectant ad ſalutē. ſupra. §. pxi. ℞. eſt tn̄ con

Eccleſie initium.

ſiderandū. vt eſt expreſſum. xxv. q. ij. ſi ea. ¶ Sexto eccle/
ſia dicit̄ vniuerſalis quantū ad remediū. q꞉ curat vniuer
ſaliter oīa hoim̄ peccata: ⁊ omnia hoim̄ cōtinet ſufficien/
tia remedia ⁊ vniuerſalia ſeptē. ſcꝫ ſacramēta: que ab vno
remedio ſalutari per qd̄ omnes liberant̄ efficaciā ſortiun
tur: ſcꝫ a chriſto. ex̄ in clemen. fidei. §. ſi. Et ideo eccleſia dr̄
vniuerſalis: q꞉ vniuerſalem continet viā anime liberāde/
ſcꝫ chriſtū: qui de ſe ait Jo. xiiij. Ego ſum via veritas ⁊ vi
ta. Un̄ dicit Augu. x. de ciui. dei de chriſtiana religione lo/
quens. Hec eſt religio que vniuerſalē continet viam ani/
me liberande. hec em̄ eſt quodāmodo regalis via: que du
cit ad regnum nō tēporali faſtigio nutabundū: ſed eter/
nitatis ſecuritate ſecurum. Nam que alia eſt vniuerſalis
anime liberande: niſi qua vniuerſe anime liberantur? Ac
per hoc ſine illa nulla aīa liberatur. Hec eſt inquā liberā/
dorum credentiū vniuerſalis via: de qua fidelis Abraam
diuinū accepit oraculū. In ſemine tuo benedicentur oēs
gentes. Gen. xxij. Gal. iij. Hec eſt vniuerſalis via: de qua
in ſancto ꝓpheta dictum eſt. pſ̄. lxvj. Ut cognoſcamus in
terra viā tuam: in oībus gentibus ſalutare tuū. Omnib⁹
ergo modis dicitur eccleſia vniuerſalis. De cuius vniuer/
ſalitate quantū ad aliquos predictoꝝ modoꝝ / dicit Iſid̄.
in lib. de origine officiorū. Eccleſia vocatur ꝓprie ꝙ oēs
ad ſe vocet: atq꞉ in vnum congreget. Catholica aūt ideo
dicitur: q꞉ per vniuerſum mundū eſt cōſtituta. Uel qm̄ ca
tholica. i. generalis in ea doctrina eſt ad inſtructionē ho/
minū de viſibilibus atq꞉ inuiſibilib⁹ rebus celeſtiū ⁊ ter/
reſtriū. Uel ꝓpter omne hominū genus ad pietatis ſub/
iectionē tam principū ꝙ qui principātur oratoꝝ ⁊ idiota/
rum. Ex omni em̄ genere hominū colligenda eſt eccleſia:
etiā ab ijs qui faſtu ⁊ ſuperbia ſeculari / a fide ⁊ humilita/
te videntur aberrare. Uel dr̄ vniuerſalis propterea ꝙ ge
neraliter curat oīm peccata q̄ per corpus ⁊ animā perfi/
ciūtur. de peni. di. iij. ſunt plures. De vniuerſalitate etiam
eccleſie dicit Boe. in li. de trinitate. Chriſtiane religionis
reuerentiā plures vſurpant: ſed ea fides pollet maxime
ac ſolitarie: que tum ꝓpter vniuerſaliū precepta regula/
rū / quibus eiuſdē religionis integratur authoritas: tum
ꝓpterea ꝙ eius cultus per oēs pene mūdi terminos ema
nauit: catholica vel vniuerſalis vocatur. ¶ Dicūtur autē
regule vniuerſales preceptorū in religione chriſtiana: q꞉
nō vni populo / ſicut lex filijs iſrael: nec vni ſexui / ſicut cir/
cūciſio maſculis. ex̄ de bap. maiores. ſed omni populo / oī
ſexui / omni deniq꞉ etati atq꞉ cōditioni / indicunt̄. Una em̄
fides: vnū baptiſma: vnus ſacrificij ritus: vna charitas:
vna ſpes oībus predicatur. ¶ Uel dicuntur vniuerſales
regule: q꞉ eis nihil falſitatis / nihil iniquitatis admiſcetur
in quocūq꞉ ar. vel caſu. ix. diſ. ſi ad ſcripturas. cum. ij. c. ſeq.
Uel dicūtur vniuerſales regule: quia totā vitā hominis ⁊
omne quod ad ipſum quolibet modo pertinet / cōtinent
et ordinant. iij. di. regula. In lib. etiam de fide chriſtiana /
de vniuerſalitate eccleſie dicit idē Boetius. Dat chriſtus
formā diſcipulis ſuis baptizandi ⁊ docendi ſalutaria: effi
caciā quoq꞉ miraculorū: atq꞉ vniuerſum mundū ad vitā
precipit introire. vt predicatio ſalutaris / non iam in vna
tantū gēte / ſed orbi terrarū predicaretur. Diffundit̄ ergo
per mundū celeſtis illa doctrina: adunantur populi. inſti
tuūtur eccleſie. ſit vnū corpus qd̄ mundi latitudinē occu/
paret. Quam vero mirabiliter ſit eccleſia dilatata ⁊ dif/
fuſa per mundū / vt merito ex hoc vniuerſalis dicat̄: hinc
patet: q꞉ non armis aut ciuili potētia creuit eccleſia; neq꞉
magicis artibus: vt quidam heretici garrientes dixerūt
quos pulchre improbat Aug. xviij. lib. de ciui. dei. ſed euā
gelij predicatione: diuine potentie miraculis: virtutū ex/
emplis: ſanctorum patientia: periculis ⁊ laboribus: ⁊ ſan
guinis effuſione: et varijs paſſionum et tribulationum
generibus. xij. q. j. futuram. in prin. vnde Maximus. No/
uerimus itaq꞉ quia nō ſine magno diſcrimine / de religio/
nis veritate diſputamus: quam tantorū ſanguine confir/
matā videmus. Deinde q̄les fuerint ip̄ſi primi predicato/

Preceptorum chriſtianorū regule cur vniuerſales.

Chriſtiane religiōis incremēta qualia fuere.

res per quos mūdus credidit:⁊ eccleſia creuit per totum
oꝛbem:notū eſt.quia nō potētes ſm ſeculū: ſed pauperes.
non ſapiētes mundi ſapiētia:ſed idiote.Act.iiij.ibi. Uidē
tes aūt Petri conſtantiā.⁊ Jo.ix.per totū.ꝙ hoies eſſent
ſine literis ⁊ idiote ⁊c.non nobiles:nō diuites: ſed hoies
infirmi ⁊ illiterati : ignobiles et pauperes piſcatoꝛes. de
hoc.j.ad Coꝛ.j.ex de pben.venerabilis.vñ Damaſce.li.iij.
Euangeliū cognitionis dei pꝛedicatū eſt:non bellis ⁊ ar/
mis:⁊ exercitū aduerſarioꝛū deuincens: ſed pauci/nudi/
pauperes/idiote/perſecuti/verberati/moꝛtificati/crucifi
xum in carne ⁊ moꝛtuū ⁊ reſurgentē pꝛedicantes/ſapien
tibus pꝛeualuerūt. Itē Chꝛyſ.ſup Matth. homilia. xvj.
Si aūt hoies duodecim oꝛbem terrarū conuerterunt:ex/
cogita quāta eſt noſtra malitia:quū tanti exiſtentes/eos
qui regūtur non poſſumus coꝛrigere:quos decē milibus
mūdis opoꝛtebat ſufficere. Sed ſigna eius habebāt : ſed
nō ſigna eos mirabiles fecerūt. Multi enim etiā demo/
nes pꝛoijciētes/quia iniquitatē operati ſunt/non ſunt fa/
cti mirabiles:ſed puniti.j.q.j.teneamus. Sed quid inquā
eſt qđ eos oſtendit magnos? Pecuniarū contēptus: glo/
rie deſpectus:ab oībus huiusvite negotijs ereptio:que ſi
nō habuiſſent/etſi decē milia moꝛtuoꝛū ſuſcitaſſent:nō ſo
lū nulli pꝛofeciſſent/ſed ⁊ ſeductoꝛes exiſtimati eſſent.Eſt
igitur eccleſia catholica.i.vniuerſalis.ac inde qui ab vni/
uerſalitate recedūt:nō catholici/ſed heretici quaſi diuiſi
recte vocātur.vt colligit.j.q.j.catholicā.c.hi qui.c. ſi quis
confugerit.c.arrianos.ibi.qm̄ cū a catholica coꝛū actoꝛes
diſcederent ⁊c.xxiij.q.iij.pꝛo mēbꝛis.ibi. ſeruientes pꝛinci
pibus noſtris aduerſus eccleſiā catholicā ⁊c. xxiiij. q.iij.
cū quibus.in pn.⁊.c.inter ſchiſma. ¶ I Ex hoc autē ꝙ
eccleſia vniuerſalis dicit:poteſt accipi/alia cōditio eius:
ſcʒ ꝙ ſit copioſa ⁊ ſibi ſufficiens.quanto em̄ multitudine
eſt vniuerſalioꝛ:tanto ſufficiētioꝛ: pꝛopter mutuū adiuto/
riū coꝛū qui ſub hac vniuerſalitate continent.vel q: eccle
ſia pōt alio modo dici vniuerſalis:pꝛopter ſpiritualiū bo
noꝛū multitudinē/que in ea eſt:de chꝛiſti fonte ꝓcedens:
q: de plenitudine eius accipit eccleſia ſuā plenitudinem.
Joā.j.ideo ex eo ꝙ vniuerſalis dicit/eius copioſitas inſi/
nuat. ¶ Illud etiā pꝛetereundū non eſt. ꝙ ſicut eccleſie
vniuerſalitas nō tollit ei⁹ vnitatē: vt ex dictis in pꝛecedē/
ti.§.ptʒ:ſic nec ecclie vnitas tollit ei⁹ vniuerſalitatē. Im/
mo in ipſa vniuerſalitate datur intelligi vnitas. Uñ dicit
Iſiđ.viij.lib.etymol.ꝙ vniuerſalitas ab vno cognomina
ta eſt:ꝓpter qđ in vnitatē colligitur. Nā in logica vniuer/
ſale dicitur qđ multa in vnū colligit: q: eſt vnū in multis
⁊ de multis.accipitur em̄ ab intellectu ex conuenientia ⁊
cōfoꝛmitate multoꝛ. omnis aūt conuenientia vnitas eſt.
Eſt igit eccleſia ita vna/ꝙ vniuerſalis: ⁊ ita vniuerſalis/
ꝙ vna. Uñ pꝛopter vnitatē ⁊ vniuerſalitatē pariter vere
poteſt dici reſpublica:vñ ⁊ ei cōparatur.C.de ſacro.eccle.
vt inter diuinū. Nā reſpublica eſt res populi. Popul⁹ aūt
eſt multitudinis cetus iuris cōſenſu ⁊ vtilitatis comunio
ne ſociatus. vt ptʒ ex definitione Tullij. quam Aug. ſepe
inducit. Immo ſm hanc definitionē nulla cōitas đ: vere
reſpublica/niſi ecclīaſtica:q: in ea ſola eſt vā iuſtitia/⁊ ve
ra vtilitas/⁊ vera cōmunio.ar.xij.q.j.dilectiſſimis. ¶ L:

**Scitas quid ſit.** Et ſup hec vlteri⁹ demonſtrandū ꝙ eccleſie re/
gnū eſt ſanctū:⁊ quō. Circa qđ pꝛimo videndū
qđ eſt ſanctitas. Definitionē autem ſanctitatis
ponit Dionyſius.c.xj.de diuinis noibus/dicēs.
ꝙ Sanctitas eſt ab omni immūditia libera ⁊ perfecta et
oino immaculata mūditia. Tamen ſm Caſſiođ.in lib.col
lationū. collatione theone de nocturnis illuſionibus . in
plus ſe habet immaculat⁹ ꝙ̄ ſanctus. Secūdum hoc igit
dicitur eccleſia ſancta q̄ ab omni immunditia munda eſt
in ſe.xxj.diſt.quāuis.in ſi.de peni.diſ.j.eccleſia.⁊ in qua eſt
munditia pꝛedictas tres cōditiones habens. Eſt enim in
ea mūditia libera:q: a cuiuſlibet immunditie ſeruitute li
bera exiſtit.q: qui facit peccatum:ſeruus eſt peccati. Joā.
viij.ij. Per.ij.⁊ Roma.vj. Et in ea mūditia perfecta: quia

nihil ei mūditie deficit. Perfectū enim eſt/cui nihil deeſt.
Eſt in ea mūditia immaculata: quia nullo extrinſeco vel
intrinſeco inquinari valet.arg. xv.q. vlti. ſciſcitantibus.
¶ L Et vt ſpecialius aliud dicat de ſanctitate eccleſie
in ſe: Sciendū ꝙ ad ſanctitatem requiritur carentia im/
mūditie. vt ptʒ ex definitione ſupꝛa poſita. Eſt aūt duplex
immūditia creature rationalis. Una quidē culpe:alia ve
ro erroꝛis/aut ignoꝛantie.⁊ vtraqʒ harū diſtinguitur ſm
diuerſitatem culparū ⁊ erroꝛum. Ab immūditia culpe li/
beratur ⁊ mūdatur creatura rationalis per gratiam:per
quā ſit remiſſio peccatoꝛū.de peni.diſt.j. nemo poteſt.⁊.c.
quantūlibet.de cōſe.diſt.iiij.ſine penitētia. Ab immundi/
tia vero erroꝛis ignoꝛantie mundatur per ſacram doctri
nam.xxxvij.diſt.§.ſi.cuius pꝛincipiū eſt ſides cuius eſt pu
rificare coꝛda.vnde Act.xv. Fide purificās coꝛda eoꝛum.
Et q: ad bene operādum ſacra ſcriptura dirigit: ⁊ gratia
adiuuat:ideo eccleſia ſancta dicitur ꝓpter opera bona ⁊
virtutes. Et quia gratia cōfertur in ſacramētis.j.q.j. mul
ti.⁊.c.quicquid.⁊ ex de ſacra vnc.c.j.ideo eccleſia ſancta di
citur:quia per gratiā ſanctificatur ⁊ mūdatur. Sunt em̄
ſacramenta remedia ſanctificationis cōtra immūditiam
ois peccati.ar.xv.q. vlti.ſciſcitantibus. Et quia per gratiā
deus nobis inhabitat ipſe:ideo eccleſia ſancta dicit.quia
per diuinam pꝛeſentiā ⁊ inhabitationem ſanctificatur.vñ
in pſ̄.xlv.dicitur. Sanctificauit tabernaculū ſuum altiſſi/
mus. Deus in medio eius non cōmouebitur.⁊ iterum in
pſ̄.xcij. Domū tuam decet ſanctitudo dñe. ex de immu. ec.
decet.lib.vj.⁊.j.ad Coꝛ.iij. Templū dei ſanctū eſt:qđ eſtis
vos.vide etiam.j.Coꝛ.vj.⁊.ij.Coꝛ.vj. Huius tēpli ſignū
eſt materiale templū:quod pꝛopter hoc eccleſia vocatur:
cuius cōſecratio per epiſcopū/ſanctificationē fideliū de/
mōſtrat per chꝛiſtū/qui eſt ſanctus ſanctoꝛū.vt dicit Dañ.
ix.c.ſicut ⁊.j.Joā.ij.đ: Unctionē accepiſtis a ſancto.id eſt
a chꝛiſto.vnctionē ſcʒ interioꝛem:qua ⁊ ipe vnctus eſt pꝛe
cōſoꝛtibus ſuis.pſ̄.xliiij. De cuius vnctionis plenitudine
nos oēs accipimus. ex de ſacra vnc.c.j. Hec aūt eccleſie
ſanctitas ⁊ ſanctificatio cōmuniter eſt a tota trinitate.de
qua đ: Eſa.vj. Sanctus ſanct⁹ ſanctus dñs de⁹ exercituū.
vbi gloſ. In vtroqʒ teſtamēto trinitas pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūs
oſtendit. Tamen aliquādo tribuitur ſanctitas patri pꝛo/
pter authoꝛitatē pꝛincipij.vnde Jo.xvij. Pater ſanctifica
eos in veritate. Quādoqʒ attribuit filio:maxime pꝛopter
humanitatē aſſumptam:ſm quā paſſus eſt. cui⁹ paſſione
ſanctificamur. Uñ.j.ad Coꝛ.j.de ipſo đ: Factus eſt nobis
a deo ſapiētia ⁊ iuſtitia/⁊ ſanctificatio/⁊ redemptio. vbi
Berñ. Sapientia in pꝛedicatione. iuſtitia in peccatoꝛum
ablatione.ſanctificatio in cōuerſatiōe.redēptio in paſſio/
ne.⁊ Eph.v.dicit apl's. Chꝛiſtus dilexit eccleſiam:⁊ tradi
dit ſemetipſum ꝓ ea:vt eam ſanctificaret.ſ.iuſtitia ſancte
vite/pꝛius Mūdās eam a peccatis.⁊ hoc Lauacro aque
ſanctificate: In verbo vite.i.quo datur vita quo acceden
te ad elementū ſit ſacramētū.j.q.j.detrahe. Quo ſanctifi/
catus hō/accipit vitā eternā. Ut exhiberet ſibi eccleſiam
gloꝛioſam:nō habētem maculā:alicuius peccati crimina/
lis: Neqʒ rugā:duplicitatis.ita quaſi mundā ⁊ ſimplicem.
Nec aliquid hmōi.id eſt nullum peccatū pꝛo quo ſit dam/
nabilis. Sed vt ſit ſancta/per opera bona:⁊ immaculata
in abſtinentia mali. Hec verba transferūtur ⁊ exponūtur
xxj.diſt.quāuis.de peni.di.j.eccleſia. Quādoqʒ vero attri/
buitur ſanctoſpiritui.vnde Rom.j.dicitur. Spiritus ſan/
ctificationis.ipſe enim purificatoꝛ eſt omnis immūditie:
qui eſt amoꝛ ſanctus:⁊ donum pꝛimū:in quo donātur no
bis omnia dona:per que tollūtur queqʒ immūda. Eſt igi/
tur eccleſia ſancta:q: ab omni peccato ⁊ iniquitate mun/
data.⁊ virtutibus ac bonis operib⁹ oꝛnata. vnde ad Ti/
tum.ij. Dedit ſemetipſum pꝛo nobis:vt nos redimeret ab
iniquitate:⁊ mundaret ſibi populum acceptabilem:ſecta
toꝛem bonoꝛum operū. ¶ Eſt etiam eccleſia ſancta.quia
ab omni erroꝛe purgata.xxiiij.q.j.a recta.cum.ij.c.ſeq.per
ſacram doctrinam:que munda eſt ⁊ emundans. Joā.xv.

Jam vos mundi eſtis ꝓpter ſermonem quē locutus ſum vobis. De qua etiam doctrina dicitur pſ.xviij. Lex dñi immaculata cõuertens animas. In qua quicquid eſt ad ſalutē vtile inuenitur.xxxvij.diſt.hinc etiã.⁊.c.ſi quis grammaticã. Et quicquid eſt noxiū ⁊ ſaluti contrariū dãnatur. ex in ꝓhe.decre.rex pacificus. Cui quicquid reſiſtit non dubiū eſt eſſe falſiſſimū. Que de ſe dicit in Prouer. viij.c. Juſti ſunt oēs ſermones mei:non eſt in eis prauū qd/nec peruerſum :nihil prauū in fide:nihil ꝑuerſum in morib⁹. ¶ In eo igiť ꝙ eccleſia dicitur ſancta: intelligūtur ritus ſacramentorū q̃bus a pctõ mūdamur: ⁊ plenitudo grẽ ⁊ virtutū quibus bona operamur:⁊ veritas ⁊ bonitas doctrine qua erudimur ⁊ inſtruimur:q̃ nihil falſum nihil dãnabile continet:ſed totū verū ⁊ ſalutiferū. Omnes q̃ppe doctrinales inſtitutiones eccleſie/ſancte ſunt:q̃ vel ex ſcripturis vtriuſq; teſtamēti ſumpte ſunt.l.di.ſi q̃s diaconus. ex de accuſa.qualiter.ij.in pn. Uel ex apoſtolica traditione. Uel patrū ⁊ ſanctorū conciliorū ordinatione. Uel approbate ex rationali cõſuetudine.de hoc.xj.diſt.eccleſiaſticarū.⁊.c.catholica.xvj.di.per totū.⁊.xv.xij.di.illa.xx.di. de quibus per totū. ¶ Sancta eſt ergo eccleſia in p̄ceptis:⁊ ſancta in ſacramētis ⁊ miniſterijs.ſancta in operib⁹. ſancta in obſeruationib⁹. In ipſa eſt religio munda ⁊ immaculata apud deū ⁊ patrem.que eſt viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eorū:⁊ immaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Jaco.j.lxxxj.di.ad reatū.⁊.c.vidue.lxxxviij. diſ. epiſcopus gubernationē. Unde de ipſa eccleſia d̄: Apoc. xxj. Ipſa ciuitas aurū mundū ſimile vitro mūdo. ⁊ iterū ibi. Uidi ciuitatē ſanctã hieruſalem nouã deſcendentē de celo. Hec ciuitas:vt gloſ.dicit.eſt iuſtorū collectio vniuerſa:que dicitur Sancta per iuſtitiã: Hieruſalē per viſionē pacis eterne. Noua q: a vetuſtate ſcilꝫ peccati. ſm illud.j. ad Cor.v.expurgate vetus fermentum.purgata:Deſcendens de celo:q: ꝙ iuſte viuit in tempore/ꝙ beate viuit in eternitate/ſe totū cognoſcit habere a deo. ¶ Sancta q̄ꝫ dicit eccleſia:q: a terrenis eleuata. Sanctus eñ in greco dicit agios.i.ſine terra. Uere ſine terra de ſe eſt eccleſia: quia que ſurſum ſunt ſapit:nõ q̃ ſunt ſuper terrã. Col.iij. Cuius cõuerſatio eſt in celis. Phil.iij.nūc mēte ⁊ affectu: vbi futura eſt in loco. Sãctū eſt igitur eccleſie regnū pre omnibus regnis : ⁊ nullū aliud regnum ſanctū eſt. Nam regnū Romanorū pre omnibus laudatum legitur in iuſtitia ⁊ veritate:quod tamen immundū fuiſſe non dubiū eſt:in quo erat cultus demonū:⁊ omnis ſpiritus immundi cuſtodia. Unde ꝓprie Roma Babylõ.j. Pet.vlti. in fi. ibi. Salutat vos eccleſia que eſt in Babylone. per Babylonem Roma figurabatur. ſm Hiero.i. confuſio.figurabatur. Apoca.xviij.in pn. Nam ipſa fuit mater fornicationum: maxime idolorū ⁊ abominationū terre. Apoc.xvij. et multarū iniq̃tas legū.⁊ plurima ſpurcitia morū poſtea vt Aug.narrat in lib.de ciui.dei. ¶ M

AD explicandã vero adhuc amplius eccleſie ſanctitatē diſtinguēdum eſt de ſancto: ſicut diſtinguit Iſiď.in lib.ethymol. Dicitur enim ſanctum tripliciter. Uno modo dicitur ſanctū:quod eſt aſperſione ſanguinis emūdatum. Hoc modo ſanctū dicitur a ſanguine.vñ dicit Iſido. xv.lib.ethymol. Sanctū a ſanguine hoſtie nuncupatū eſt. nihil enim ſanctū apud veteres dicebatur:niſi qđ ſanguine hoſtie eſſet conſecratū atq; conſperſum. Unde ij q̃ purificari volebãt:ſanguine hoſtie tangebãtur.vt dixi.x.lib. Hoc autem modo eccleſia dicitur ſancta: quãtum ad homines pertinet:qui ſanguine vere hoſtie que chriſtus eſt ſunt emūdati.vt patet ex authoritatib⁹ apoſtoli ſupra.§. precedēti.℟.⁊ Eph.inductis. Hui⁹ hoſtie memoria quotidie agitur in ſacramento altaris.de conſe.di.ij.q̃d ſit ſanguis.⁊.c.q: corpus. ¶ Secundo modo dicitur idem qđ firmū. vnde dicit Iſiď.xv.lib.ethymol. Sanctū dicitur: qđ conſtat eſſe ſancitū. Sancire aūt eſt confirmare: ⁊ irrogatione pene ab iniuria defendere. Sic leges ſancte. C.de legi.leges ſacratiſſime. Et muri ſancti eſſe dicūtur. Hoc autem modo eccleſia dicit ſancta:q: diuina ſanctione ⁊ eterna lege firmata eſt: nec eã violare fas eſt.xxij.di.c.j.xix.diſ. enimuero.xxj.diſt.quãuis. Nã vt apoſtolus ait.j. ad Cor. iij. Si quis templū dei violauerit:diſperdet illū deus. Cõfirmata quidē eccleſia eſt in bono:⁊ contra malum:⁊ hoc per gratiã.de qua dicitur ad Heb.xiij.c. Optimū eſt gratia ſtabilire cor. Cõfirmata eſt etiã in coniūctione ad deū q: firmiter deo adheret.ita ꝙ nec mors nec vita ipſam ſeparant a charitate dei. Rom.viij. Sed in hac vita imperfecta habet infirmitatē:in futura aūt firma erit.ar. de pe. di.ij.§.ꝙ vero reprobi.ad fi. Confirmatur autē principaliter a deo.j.ad Cor.j. Confirmabit vos vſq; ad finem ſine crimine.⁊.j.Pet.v. Ipſe confirmabit ſolidabitq;.⁊ in pſ. lxxiiij. Ego confirmaui colūnas eius.i.apľos eorūq; ſucceſſores:qui vt colūne ſuſtinent edificiū eccleſiaſticum.ij. q.vij.accuſatio.ex de accuſa.qualiter.ij.§.licet.ex in cleme. de penis.ſi q̃s ſuadente. Quorū eſt alios qui ſunt in eccleſia cõfirmare:⁊ hoc maxime ad ſummū paſtorē pertinet: chriſti dico vicariū ⁊ ſucceſſorem Petri:cui a dño dictum eſt Luc.xxij.⁊.xxj.di.§.j.in fi. Tu aliquãdo cõuerſus cõfirma fratres tuos.vbi gloſ. Sicut ego te orãdo protexi: ne deficeres:ſic tu infirmiores fratres exēplo tue penitentie cõforta:ne de venia deſperent.ad hoc.l.di.cõſiderandum. Et in Exo.d̄.xv.c. Sanctuarium tuū dñe quod firmauerūt manus tue:eccleſiam ſcꝫ que ſm apľm.j.ad Timo.iij. xxiij.di.in noīe dñi.ibi.colūna dei viuentis.i.eccleſia. iã pene videť nutare. Eſt colūna ⁊ firmamētum veritatis.firma eñ eſt in ſacramentis: firma in documētis.licet enim ſtatuta varietur ꝓ varietate locorū ⁊ temporū ⁊ perſonarum:ea tamē que ſunt ad ſalutē neceſſaria:ſtabilia ſunt ⁊ firma.xij.diſt.ſcit ſancta.⁊.c.illa.xix.di.per totū.xxxv.q.j. per totum.ex de cõſang.non debet. ¶ N Tertio modo dicitur ſanctū quod eſt diuinis obſequijs ⁊ diuino cultui applicatū. ſm quē modū veſtes ſancte eccleſie/⁊ vaſa ſancta/⁊ loca ſancta/⁊ dies ſancti dicunť.ad hoc.xij.q.ij. nulli licet.ex de re.per .mãcipia.ad hec de cõſe.diſ.j.in ſancta. ⁊.c.veſtimenta.xl.diſt.multi.xvj.q.j.placet.xvij.q.iiij. attēdendū.⁊.c.ſi forte. Unde ſanctitas ſic ſumpta/ eſt virtus que deo exhibet debitū cultum.quã definit Andronicus/ dicens ꝙ Sanctitas eſt virtus faciens fideles/⁊ ſeruãtes que ad deū iuſta ſunt.⁊ hoc modo eccleſia ſancta eſt:quia vni⁹ veri dei cultui dedicata eſt.immo in ea ſola eſt verus dei cult⁹.j.q.j.extra catholicã. Colere ſiquidē deū:eſt exhibere ei debitū honorem:⁊ debitū famulatū : ſiue interius ſiue exterius. Uñ duplex eſt cultus dei:ſcꝫ interior/⁊ exterior. Interius eñ colitur deus:fide/ſpe/⁊ charitate. Exterius aūt/per exteriora obſequia. ¶ O Et vt ſummarie dicatur de ijs in quibus dei cultus cõſiſtit. Sciendū ꝙ ad dei cultū pertinet mentis deuotio:per quã voluntate deo ſubdimur:⁊ promptã volūtatem ad ei famulandū habemus.nil eñ deo offertur dignius bona volūtate ⁊ corde. pſ.lv. In me ſunt deus vota tua.que reddã laudationes tibi. vnde Greg. Ante dei oculos nūq̄ eſt vacua manus a munere:vbi arca cordis eſt plena bona volūtate.ad hoc iij.q.viij.in grauibus.xiiij.q.v.ſcriptum.xxiiij.q.j.odi. ⁊ tali bone voluntati vera pax datur. Luce.ij. ¶ Ad dei cultū pertinet oratio:per quam in deum mente aſcendimus:et decentia ⁊ ſalubria ab ipſo petimus. ¶ Ad dei cultū pertinet adoratio:tam ſpiritualis ⁊ interior que fit in ſpiritu Joan.iiij. Ueri adoratores adorant in ſpiritu ⁊ veritate. q̄ꝫ corporalis ⁊ exterior:que conſiſtit in humiliatione corporis per genuflexiones proſtrationes ⁊ alia huiuſmodi corporalia ſigna. ¶ Ad dei cultum pertinet oblatio ſacrificiorum:que ſoli deo vni ⁊ vero ſunt offerenda. de his legitur ⁊ no.de con.di.iij.venerabiles. Offertur autē in eccleſia vnū precipuū ⁊ veriſſimū ſacrificiū:ſcꝫ ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis chriſti.in quo ſacramēto ille veraciter continet et ſumitur:q̃ ſeipſum obtulit ſacrificiū ⁊ hoſtiã deo in odorem ſuauitatis. Eph.v. Idē ipſe/ſacerdos

Sanctū q̃d multifariã dicitur cõtingit.

Cult⁹ diuin⁹ hec complectitur.

et ſacrificium:cuius vnius ⁊ veri ſacrificij vniuerſa antiquorum ſacrificia figura fuerunt. Hoc ſacrificium quidē ſemel eſt oblatum in preciū:ſed recolitur iugiter in eccleſia per myſterium quod quidē conſecratur ⁊ offertur myſterio (al's miniſterio) ſacerdotū ꝓ ſalute populi ⁊ ipſorū ad hoc ex̄ de ſum.trini.c.j.§.vna.j.q.j.multi.de cōſe.diſt.ij. nec moyſes.c.acceſſerunt.c.verum.c.in calice.c.q̄d fit ſanguis.c.quia corpus.c.re vera.per totum. ¶ Sunt ⁊ alia

Sacrificia ſpūalia deo offerēda

ſacrificia ſpiritualia:que fideles deo offerunt ⁊ offerre tenentur. Sacrificium quidē ſpirituale eſt: contritio/et humiliatio cordis.pſ̄.l. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus:cor contritum ⁊ humiliatum deus non ⁊c̄.de peni.diſt.j.nō ſufficit.⁊.c.in actione. Sacrificium ſpirituale eſt caſtigatio ⁊ maceratio carnis.vñ apoſtolus ad Rom̄.xij. Obſecro vos ꝑ miſericordiā dei/vt exhibeatis corda veſtra hoſtiā viuentem ⁊c̄. Hoc ſacrificium offerebat Paulus:quū dicebat. Caſtigo corpus meum ⁊c̄.j. ad Cor.ix. xxxij.q.v.ſi paulus. Huius ſacrificij ſacerdos/eſt ratio. altare/cor. hoſtia/corpus.ignis/charitas. de quib⁹ dn̄s ait Leuit.vj. Ignis in altari meo ſemper ardebit:quē nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. quia ne feruor charitatis deficiat : meditationē dominice paſſionis in corde ratio aggregare ꝓcuret. ¶ Qualiter autem hec hoſtia immolāda ſit:notatur quū dicitur Leuit.j. Detracta pelle hoſtie/artus in fruſta cōcident. Hoſtie pellem detrahimus:quū in exterioribus non gloriamur:nec ſumus herodes.i.in pellibus gloriātes.pſ̄.xlviij. In multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Artus in fruſta concidimus:quū ſingulorum membrorū vitia reſeramus. al's dicetur illud Eccl'i.xxxiiij. Unus edificans ⁊ vn⁹ deſtruens:q̄d prodeſt illis niſi labor? vnde.j.ad Cor.v. Modicum fermēti totam maſſam corrumpit.⁊ illud. Defleat peccator: quia offendens in vno/factus eſt omniū reus. Iaco.ij.ex̄ de reg.iur.defleat. q̄d qualiter intelligatur exponit Aug.de peni.diſt.v.conſideret. vnde Sauli precipitur.j.Regū.xv.percute Amalech:qui interpretatur gens bruta.i.carnis vitia.⁊ demolire vniuerſa eius.quod quia nō obſeruauit:regnū amiſit. Sed quia multi hoc faciunt tātū propter captandam famā/eccleſiam/vel prebendā: ſequitur in authoritate. Et ſubijcient in altari ignem: ſcʒ charitatem: Strue lignorū ante cōpoſita.i.ſanctarum cogitationū congerie ſubminiſtrata. Et membra que ceſa ſunt/deſuper ordinantes.i.ordinatione congrua componentes.quia ſicut ait gloſ.ſuper Rom̄.ij.c. Compoſitio corporis indicat qualitatem mentis.xlj.diſt.§.fi.⁊ Eccl'i.xix. de conceſ.prebē.c.quia diuerſitate indeciſa. Amictus corporis/⁊ riſus dentiū/⁊ inceſſus hominis/enuntiant de illo. Et quia cōpoſitio exterior ab interiori conſurgit.iuxta illud Pſ̄.xliiij. Omnis gloria eius filie regis abintus.ſequitur. Caput.i.intentionē. ex̄ de ſacra vnc.c.j. ⁊ cuncta q̄ adherent iecori.i.affect⁹. Inteſtinis/a ſtercoribus immundarū cogitationū. Et pedibus/a puluere affectionum et actionum. Lotis aqua.i.lachrymis emundatis.pſ̄.cxviij. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei. Io.xiij. Sacrificiū ſpūale eſt quodlibet iuſtitie ⁊ miſericordie opus. Pſ̄.iiij. Sacrificate ſacrificiū iuſtitie. Sacrificiū ſpirituale eſt defenſio veritatis.vnitas charitatis. de peni.diſt.iij.§.fi.c.ſi quis autē. Sacrificiū ſpirituale/ſacrificiū laudis.de quo pſ̄.xlix. Sacrificiū laudis honorificabit me. Heb.vl. Per ipſum offeramus hoſtiā laudis ſemper deo. Sacrificium ſpūale a malo om̄i cauere:⁊ mādata ſeruare Eccl'i.xxxv. Sacrificiū ſalutare eſt attendere mandatis: ⁊ diſcedere ab omni iniquitate. Et generaliter ſacrificiū completum eſt deo perfecte corpus ⁊ animā offerre.vnde Ber. Chriſtus pro nobis obtulit hoſtiā precioſiorem q̄ꝫ habuit:ſe totū:qua nimirū precioſior eſſe nō potuit.⁊ nos ergo faciamus q̄d poſſumus:offerētes illi optimū quod habemus: ſcilʒ noſmetipſos. corpus in ſacrificiū.ſpiritū in holocauſtum. Unde Iudicū.v. Qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini:benedicite dn̄o. ¶ Duo autem ſunt actus

Perfecti ſacrificij actus duo.

perfecti ſacrificij.operatio/⁊ oratio.primus ſignificat̄ per altare holocauſtorū in quo macrabantur animalia.i. motus carnales ⁊ alia vitia.vtpote Superbia inactatur per humilitatē. Auaritia per eleemoſynarū largitatem. Luxuria per caſtitatē. Secundus ſignificatur per altare incēſi vbi adolebantur thymiamata.i.deuotio/ſuſpiria/⁊ ſancta deſideria. Primū erat in atrio:⁊ opertum erat ex ere. q: operatio fit in exterioribus:⁊ ſemper eā ſequi debet ſonus confeſſionis: quia multipliciter cōtingit peccare in operabilibus.vñ Iob.ix. Uerebar oīa opera mea. de pe.diſ.ij.ſi enim inquit. Alterū erat in ſanctuario ⁊ opertum erat auro puriſſimo.quia oratio fit in intimis cordis:⁊ ſepe comitatur eam dulcedo contēplationis.pſ̄.lxxvj. Memor fui dei:⁊ delectatus ſum . Et ex vtroq; odor ſuauiſſimus ſurgit ad deū.vnde Pſ̄.lxv. Holocauſta medullata offeram tibi.i.opera pinguedine charitatis referta : cum incenſo arietū.i.cum oratione quam apoſtoli nobis tradiderunt:ſicut ipſi a deo acceperunt. Uocātur apoſtoli arietes:quia ducatū gregi dominico prebuerūt.vij.q.j. ſciſcitaris.de vtroq; altari legitur Leuit.xv. Sacrificiū poſtremo ſpirituale omniū completiuum/quilibet actus virtutis:⁊ quodlibet opus bonū in deum relatum:⁊ ad veram beatitudinem ordinatū.ſicut per Aug.patet.x.lib.de ciui.dei.c.vj.vbi agit de multiplici ſacrificio. ¶ Ad dei cultuʒ

Ad dei cultū ſpectantia.

pertinent oblationes:decime:et primitie:que cedunt in vſum illorū qui ſunt miniſtri diuini cultus.etſi em̄ omnes fideles deū colant:ſpecialiter tamen quidā ſunt ad miniſteria diuini cultus perficiēda deputati.ad hoc ex̄ de deci.c.j.⁊.c.tua nobis.ibi.quibus eas ipſe ꝓ ſuo cultu cōceſſit. xvj.q.j.reuertimini.de conſe.diſt.j.omnis.ex̄ de ꝟbo.ſigni.cauſa. Ad dei cultū pertinent edificatio/⁊ dedicatio templorū ⁊ altarium:vnctiones quoq; ⁊ ablutiones:turificationes ⁊ aſperſiones:cōſecrationes ⁊ benedictiones:que in eccleſia fiunt:ſiue locorū/ſiue miniſtrorū/ſiue vaſorū/ſiue veſtiū/vel aliarum quarūcūq; rerum/que ad dei cultum qualitercūq; applicantur.ad hoc de conſe.diſt.j.c.j.⁊ per totū.ex̄ de ſacra vnc.c.j.ex̄ de conſe.eccle.vel al. per totum.de conſe.diſt.iij.aquam.xxj.diſt.cleros.xxv.diſt.perlectis. ¶ Ad ſanctitatē quoq; eccleſie pertinet non ſolū cultus qui exhibetur deo:ſed etiā ille qui exhibetur angelis ⁊ hoībus ſanctis.qui tamen cultus eſt alterius rationis/q̄ꝫ ille q̄ exhibetur deo.⁊ vocat̄ talis cultus Dulia a theologis:quod eſt reuerētia facta creature.de hoc no.de conſe.di.iij.perlatū.⁊.c.venerabiles. Uerſus. Dulia fit ſeruo: dn̄o ſed latria detur . Hyperdulia.i. maior dulia debetur chriſti carni:inquātum eſt creatura.⁊ cruci.merito igitur eccleſie regnū dicitur ⁊ eſt ſanctum. ¶ P Ad hanc con

Ad eccleſie ſanctitatē pluſrima reducunt.

ditionē pertinet illa conditio eccleſiaſtici regni:qua dicit̄ iuſtum ⁊ bonū:quia optimis legibus ⁊ ſanctis moribus viuit. Ad hāc conditionē pertinet eius perpetuitas. nam ſanctū dicitur vno modo idē quod firmū. Ipſa vero perpetuitas firmitas ⁊ permanentia eſſendi eſt. Ad hoc etiā pertinet eccleſie firmitas;q̄ vinci ⁊ expugnari non poteſt. ¶ Ad ſanctitatē etiā eccleſie ꝑtinet illa cōditio/qua dicit̄ copioſum.dicit̄ em̄ eccleſia ſancta ꝓpter copiam bonorū ſpūaliū ⁊ chariſmatū.immo nullū eſt ſpūale bonū : q̄d in eccleſie ſanctitate nō cōprehendat̄. hec aūt ſpūalia bona ſunt vere diuitie per quas reddit̄ eccleſia copioſa. vñ pſ̄.cxj. Gloria ⁊ diuitie in domo eius ſcʒ eccleſie. He ſunt ſcripture canonice:⁊ earū multiplices expoſitiones gr̄e gratis date:virtutes:dona:⁊ varia multorum opera:quibus oībus abūdat eccleſia:per illū qui eſt omnium dn̄s diues in omnes qui inuocant eū.ad Rom̄.x.in quo ſunt omnes theſauri gratie ⁊ ſapientie.⁊ Col.ij. Et de iſtis diuitijs dicit apl's.j.ad Cor.j. Quia in om̄ibus diuites facti eſtis in illo. Eſt ergo eccleſie regnum ſanctū: ⁊ ab illo ſanctificatum qui ait Leuit.xix.⁊.j. Per.j. Sācti eſtote:quoniā ego ſanct⁹ ſum.lxxxj.diſt.oportet. Quicūq; igitur criminoſus eſt:de iſto regno quantū ad deū non eſt. Nā ſi ſit in numero:nō eſt in merito.de pe.di.j.eccleſia.ibi. qui ergo pecca/

roꝛ eſt aliqua foꝛde maculatus:non poteſt de eccleſia chꝛi
ſti appellari. Sanctitas hominis incipit in ſtatu peni/
tētie.pꝛoficit in ſtatu iuſtitie.ſed perficitur in ſtatu gloꝛie.
Unde ait dñs Moyſi.Exod.xix. Uade:⁊ ſanctifica popu
lum hodie ⁊ cras:lauentq; veſtimenta ſua : et ſint parati
vſq; in diem tertium.i.ad ſtatuz gloꝛie que parata eſt eis.
vnde Matth.xxv. Percipite regnum quod vobis para/
tum eſt.vnde Ber. Si pꝛopoſueris in coꝛde tuo declinare
a malo ⁊ facere bonum:tene quod accepiſti: et pꝛofice in
melius ſemper.ſed ſi aliquid minꝰ iuſte egeris (vt eſt hu/
mana fragilitas )nō in eo perſiſte:ſed penitere ⁊ coꝛrige/
re:⁊ eris ſine dubio ſanctꝰ:ſed cui interim clamare neceſ/
Sāctus ſe ſit.pſ̄.lxxxv. Cuſtodi aīam meā qm̄ ſanctus ſum.vnde
ē ⁊ quō Apocal.vlti.qui ſanctus eſt:ſanctificetur adhuc. xlvij.diſ.
futurus. quantūlibet.Tales ſancti in conſpectu dei manducant ⁊
bibunt.de peni.diſt.j.⁊ venit.vbi hoc exponitur.Et hec eſt
dei voluntas ſanctificatio veſtra.j.ad Theſſal.iiij. Unde
et omnis ſanctus ſacerdos eſt:qui ſe totum deo immolat
xl.diſt.multi. Sed non eſt ſanctus/vt eſt dñs.j.Reg.ij.qui
eſt ſanctus ſanctoꝛum.Danie.ix.Epiſcopi etiam pꝛecipue
ſancti erunt.C.de epiſ.⁊ cleri.ſi quis in hoc genus.ibi.cui
ſanctitas ignoſcendi gloꝛiam dereliquit.⁊ in aut. de ſan/
ctiſ.epi.⁊ in rubꝛo ⁊ nigro.⁊ pꝛecipue peramplius papa.
Quis enim ſanctum eſſe dubitet:quem apex tante digni
tatis attollit:xl.diſt.c.j ⁊ omnes coꝛpus chꝛiſti offerētes.
j.q.j.neq; enim.xxviij.diſt.decernimus. ¶ Sanctum facit
affectio ſancta:ſanctus timoꝛ domini:⁊ ſanctus amoꝛ.ijs
affecta anima quaſi bꝛachijs tribus dominū compꝛehen
dit:amplectitur:ſtringit:⁊ tenet/dicens. Tenui eum: nec
dimittam eum.Cāt.iij.Bern.de conſideratione li.j. item
Ber. Tria faciunt hominē ſanctum.victus ſobꝛius.actus
iuſtus.ſenſus pius. Uis apparere ſanctus? circa vitā tuā
Eccleſia eſto auſterus.circa alios benignus.audiant te homines
cur apo/ parua mandantem:et grandia facientem. Chꝛyſo. ſuper
ſtolica Matth. ¶ M Ultimo reſtat conſiderare ꝙ eccleſie re/
vocetꝛ. gnum eſt ⁊ dicitur apoſtolicum. Eccleſia quidem dicitur
apoſtolica. Pꝛimo quia in apoſtolis inchoata ⁊ initiata.
ipſi enim fuerunt pꝛimitie populi chꝛiſtiani quantum ad
tempus gratie reuelate.xxxv.q.j.§.hac itaq;.ibi. vnde de
plebe iudaica pꝛimum apoſtolos elegit:quos quaſi fun/
damentum eccleſie inſtituit. Sicut autem pꝛimi fuerunt
ſm tempus:ita fuerūt pꝛecipui ſm ſpiritualem perfectio
nem.ex̄ lib.vj. de elec.fundamenta.xxiiij.q.ij. legatur. ibi.
ſiue ab apoſtolis ipſis quos potioꝛes merito fuiſſe non
dubium eſt.vnde Greg. in moꝛal.lib. xix. Pꝛopheta pꝛo/
ſpiciens cūcta carnis deſideria/apoſtolos ſpirituali amo
re tranſcendere admirans.ait Eſa.lx. Qui ſunt hi qui vt
nubes volant?ac ſi aperte dicat. Nos per terram gradi/
mur/qui adhuc coniugijs implicamur ⁊ pꝛopagande ſo/
boli operam carnis impendimus. Iſti vero non ambulāt
in terra:ſed vt nubes volant:qui dum celeſtia appetunt:
de terrenis deſiderijs nihil tangunt. ¶ Item idem in ho
milia. Ambulabat ieſus. Qui ſunt iſti q̄ vt nubes volant?
Eſa.lx. Apoſtolos terrena contemnentes: mente celeſti/
bus appꝛopinquantes:verbis pluentes:miraculis coꝛu/
ſcantes:⁊ quos a terrenis contagijs ſancta pꝛedicatio et
vita ſublimis ſuſpenderat:hos volantes pariter ⁊ nubes
appellat. Unde ⁊ apoſtolus de ſe.⁊ de his apoſtolis lo/
quens/ait.Rom̄.viij. Nos ipſi pꝛimitias ſpiritus haben/
tes.gloſ.id eſt ſpiritumſanctum habentes:⁊ tēpoꝛe pꝛius:
et ceteris abundantius.⁊.ij.Theſſal.ij. Elegit nos deus
pꝛimitias in ſalutem:ſcilicet noſtram ⁊ omnium gētium.
Et quia pꝛimum ⁊ perfectū in quolibet genere/cauſa eſt
omnium que ſunt poſt: Ideo ſecūdo dicitur eccleſia apo/
ſtolica:quia per alios pꝛopagata:⁊ vſq; ad mundi termi/
nos/verbo pꝛedicationum extēſa. Pſ̄.xviij. Quia in om/
nem terram exiuit ſonus eoꝛum:⁊ in fines oꝛbis terre ver
ba eoꝛum ⁊c̄.Rom̄.x.xix.diſt.in memoꝛiā.ex̄ lib.vj.de elec.
fundamenta. Ipſi ergo patres ⁊ pꝛogenitoꝛes fidelium.
Ipſi edificatoꝛes ⁊ fundatoꝛes eccleſie:quam doctrinis/
miraculis/exemplis/⁊ effuſione ſanguinis plantauerūt.
vt pꝛe.capi.fundamenta. ⁊.lxviij.diſtin.quoꝛum vices. et
xxij.diſt.c.ij. Unde Luce.vj.ſimile Marci.iij. ⁊ Matth.x.
dicitur ꝙ chꝛiſtus elegit duodecim : quos apoſtolos no/
minauit.vt dicit gloſ. quos ad pꝛopagandum auxilium
ſalutis humane per terrarū oꝛbem ſatoꝛes fidei deſtina/
ret. Item ibi gloſ.ſuper verbo. Elegit duodecim. vt qua/
dratum oꝛbem fide trinitatis inſignirent. Et quia eiuſdē
eſt pꝛoducere aliquid:⁊ gubernare illud: Ideo tertio di/
citur eccleſia apoſtolica:quia per apoſtolos gubernata ⁊
adminiſtrata. Ipſi enim eccleſie oꝛdinatoꝛes.xj.diſtin. pa
lam. Ipſi diſpenſatoꝛes.xliij.diſt.diſpenſatio. Ipſi admi/
niſtratoꝛes.j.Coꝛ.iiij. Ipſi paſtoꝛes.ex̄ lib.vj. fundamen/
ta.§.j. Ipſi doctoꝛes.ij.q.vij.ſentētia. Ipſi pꝛincipes. Pſ̄.
xliiij. Conſtitues eos pꝛincipes ſuper omnem terram ⁊c̄.
lxviij.diſt.quoꝛum. Ipſi pontifices. quid ſit. vide.xxj.diſt.
c.j.§.pontifices. Ipſi reges a regendo eccleſiam.ij.q.j.ſce
lus. Ipſi duces.q: ducatum gregi dominico pꝛebuerunt.
vij.q.j.ſciſcitaris. ¶ Ipſi ſunt duodecim poꝛte ciuitatis:
de quibus dicitur Apocal.xxj.ca.ꝙ ciuitas habebat mu/
rum magnum ⁊ altum:habens poꝛtas duodecim. vbi di/
cit gloſ.ꝙ per poꝛtas/ſanctos intelligimus apoſtolos:per
quoꝛum fidem ⁊ doctrinam in ſanctam ciuitatem intro/
imus. Et quotquot hominum ad chꝛiſtum conuertūtur:
per ipſoꝛum eruditionem ſanctam ciuitatem ingrediun/
tur. ¶ Ipſi ſunt duodecim fundamenta eiuſdem ciuita/
tis: ſicut in eodem capitulo ſcribitur: ꝙ murus ciuitatis
habebat fundamenta duodecim. Licet enim chꝛiſtus ſit
eccleſie fundamētum pꝛimarium ⁊ pꝛincipale.j. ad Coꝛ.
iij.ex̄ de bap.c.iij.§.poꝛro.ex̄ in clemen.de ſum.trini. fidei.
Tamen apoſtoli ſunt fundamenta ſecundaria.ex̄ de elec.
fundamenta.lib.vj. Unde illud ad Ephe.ij. Superedifi/
cati ſupꝛa fundamentum apoſtoloꝛum ⁊ pꝛophetarum.
Sed chꝛiſtus eſt pꝛimum ⁊ maximum fundamentum: ſu/
pꝛa quod tāquam petram firmam/eſt fundata eccleſia.
Matth.xvj.⁊.xix.diſ.in memoꝛiam.⁊ pꝛe.cap.fundamen
ta. Sicut enim dicitur ſanctus ſanctoꝛum.Daniel.ix.⁊ pa
ſtoꝛ paſtoꝛum.j.Pet.vlti.⁊.xcv.diſt.eſto.ſic dicitur funda/
mentum fundamentoꝛum. De his ſecūdarijs fundamen/
tis/ſcilicet apoſtolis dicitur.j.ad Coꝛ.xij. Quoſdam qui/
dem poſuit deus in eccleſia pꝛimum apoſtolos.gloſ. Pꝛi/
mum dignitate ⁊ tempoꝛe vite chꝛiſti pꝛedicantes: ⁊ om/
nium oꝛdinatoꝛes et iudices.⁊ Heb.xij. Acceſſiſtis ad ec/
cleſiam pꝛimitiuoꝛum:id eſt apoſtoloꝛum. Qui pꝛimi cre
diderunt: et quoꝛum fidei alij adiuncti ſunt. His beatis
apoſtolis ſuccedūt in eccleſia epiſcopi.lxviij.diſt. quoꝛum
vices.xxj.diſt.in nouo.ex̄ de ſacra vnc.c.j.§.ſi. Quoꝛū pꝛe/
cipuo ⁊ pꝛimo ſcilicet Petro ſuccedit pꝛimus pꝛelatus et
ſummus pontifex/vniuerſalis eccleſie paſtoꝛ ⁊ rectoꝛ:qui
et papa dicitur: id eſt pater patrum : vel paſtoꝛ paſtoꝛum
vel admirabilis. Dicitur etiam papa ſummus: non con/
ſummatione/ſed capacitate.non comparatione merito/
rum ſed miniſterioꝛū. Eſt enim ſummus inter miniſtros.
Bern̄.de conſideratione lib.ij. Apoſtolicus etiam nomi/
natur:quia vertici apoſtoloꝛum ſuccedit/ſcilicet Petro.
et quia toti eccleſie que apoſtolica dicitur/pꝛeſidet. lxxix.
diſt.c.j.c.opoꝛtebat.c.ſi quis ex epiſcopis. ¶ R Sed il/ Cur nō
lud queritur quare magis dicatur apoſtolica:quam pꝛo/ ꝓpheti/
phetica: Ad quod dicendum/ꝙ pꝛopter amplioꝛem gra/ ca dicit
tiam que fuit in apoſtolis: et lucidioꝛem doctrinam atq; eccleſia.
diffuſioꝛem : que per totum mundum eſt dilatata. vnde
xix.diſt.ita dñs. Ita dñs noſter ieſus chꝛiſtus humani ge
neris ſaluatoꝛ inſtituit: vt veritas que antea legis ⁊ pꝛo/
phetarum pꝛeconio continebatur: per apoſtolicam tubā
in ſalutem vniuerſitatis exiret. Adhuc apoſtoli filij ſunt
pꝛophetarum et antiquoꝛum patrum. vnde in Pſ̄. xliiij.
Pꝛo patribus tuis nati ſunt tibi filij.conſtitues eos pꝛin/
cipes ſuper omnem terram.lxviij.diſtin.quoꝛum. Et ideo
in hoc ꝙ eccleſia dicitur apoſtolica ab apoſtolis : intelli/
guntur patriarche ⁊ pꝛophete:quoꝛū apoſtoli ſunt filij et

die inter ſeculares moꝛātur ⁊ in ciuitatibus ⁊ cū ſuis pa-
rētibus de p͛elatoꝛū ſuoꝛū extoꝛta licentia vel nō data cō
tra.xvj.q.j.ſi cupis.c.monachi vagātes.ex̄ de of.oꝛ.quāto.
Vide de ſta.mona.ne in agro.§.quia vero.in clemē.Nam
ſicut piſcis ſine aqua:ſic monachus ſine monaſterio moꝛ-
tuus eſt.xvj.q.j.placuit.j. ❡Decimooctauo. ꝓcurant ſua
ſtudia.⁊ doctoꝛari vt p͛eſideant ⁊ alijs dominentur cum

Vulgatioꝛa monachoꝛū ſcelera.

monachus nõ docentis ſed plangẽtis habeat officiũ.xvj. q.j.monachus. Non cõuenit theologia lugentibus. nam eorũ luctum ſoluere naturaliter habet.nẽpe ille ſup thronũ quidẽ ſedenti magiſtraliter cõparatur:iſte vero ſedenti in ſterquilinio ⁊ ſacco. Climacus. Monachoꝝ eñ vita ſubiectionis habet verbũ ⁊ diſcipulatus: non docẽdi vel preſidẽdi vel paſcendi alios.vij.q.j.precepit.vide pre.c.vt periculoſa.⁊ qð ibi no.Archið. ¶ Decimonono.q: multi ſeruorũ fiunt monachi inuitis dominis.contra illud.xvj. q.j.qui vere.liiij.diſt.generalis. ¶ Uiceſimo.q: retinent res ſuis laboribus acquiſitas vel quaſcũq alias ſine licẽtia abbatis:contra eorũ regulã ⁊ iura.xviij.q.ij.abbates. xij.q.j.non dicatis.c.nolo. ¶ Uiceſimoprimo.quia cõiter monachãtur ſpe abbatie/prioratus/vel aliorũ officiorũ. xvj.q.vij.per laicos. ¶ Uiceſimoſecũdo.q: ſtant vltra tẽpus profeſſionis in monaſterio:⁊ nolũt profiteri.xviij.q. ij.peruenit.ij.de regu.vt clerici.⁊.c.ex pte.de elec.cauſam que.vide eo.ti.eos qui.in clemẽ. ¶ Uiceſimotertio.q: teſtamẽta frequẽter faciunt:quũ nõ poſſint.C.de epiſ.⁊ cle. aut ingreſſi.xix.q.iij.quia.cũ.c.ſeq.ex̃ de teſta.c.ij. ¶ Uiceſimoquarto.q: vouent ſine licẽtia abbatis.qð nõ poſſunt xx.q.iiij.monachis. ¶ Uiceſimoquinto.quia frequenter trãſeunt ad ſtrictiorẽ ordinẽ ſine licentia.qð non poſſunt. multo minus ad parem:vel laxiorẽ.xx.q.iiij.c.j.⁊.c.monachum.de regu.licet.ibi vide Inno.de renũ.c.ſi.vide quod notaui ſupra in prima parte in ar.l§.q: eps.ẞ.xx. ¶ Uiceſimoſexto. q: tractant negotia ſecularia.et ſunt maiores dñi in domibus dominorũ.contra oĩa iura.ex̃ ne cleri.vel mona.c.j.§.ſi.⁊ firmas.i. arcẽda cõmunes tenent a laicis ⁊ clericis.contra id.eo.ti.ſcðm.Et ad hec.xvj.q.j.ſunt nõnulli.c.de pſentiũ.⁊.c.monachi. ¶ Uiceſimoſeptimo.frequẽter loquunt̃ de pecunia quã deſiderãt.et ideo potius ſunt inſtitores q̃ monachi.xvj.q.j.ſi cupis. ¶ Uiceſimooctauo.quia habent horaria muliebria ⁊ zonas pcioſas. xxvij.q.j.monacho. Sup quo vide in clemẽ.de ſta.monane in agro.§.j. ¶ Uiceſimonono.q: abſoluunt ⁊ ligant ⁊ ſacramẽta cõferunt poſtq̃ ſunt preſbyteri ſine licẽtia epi. Et in hoc valde offendunt:⁊ hoĩes decipiunt.cõtra iura. xvj.q.j.monachi.ij.c.ſic viue.c.ſi clericat᷑.⁊.c.ſeq.⁊.§.ecce ſufficienter.⁊.c.placuit oĩbus.⁊.c.monachus.⁊.c.iuxta.⁊ c.adijcimus.⁊.c.j.⁊.c.agapitus. ¶ Trigeſimo.q: ſine licẽtia abbatis epatus recipiũt.cõtra id.xviij.q.ij.q̃ ſit.⁊.xvj. q.j.ſi quis monachus.⁊.c.legi.⁊.§.pre.ex̃ de elec.ſi religioſus.lib.vj.Inno tales ſe epatibus ingerentes ⁊ procurãtes peccãt mortaliter.⁊ votum frangũt.vt no. Jo.xvj.q.j. monachi vagantes. ¶ Trigeſimoprimo.q: facti epi ea q̃ acquirũt ratione perſone ſibi appropriãt ⁊ dant parentibus ⁊ alijs ſicut clerici ſeculares.quũ tamen quicq̃d acquirunt:acquirũt ſicut prius monaſterio.xviij.q.j.c.j.ex̃ de priuil.cum olim.ij.vbi de hoc. ¶ Trigeſimoſecũdo.q: multi qui vouerunt monachatũ vel aliã religionẽ/in ſeculo remanent:⁊ votũ frangũt.ex̃ de regu.porrectum.⁊ de vo.⁊ vo.redẽ.p tuas.⁊ de regu.conſtitutionẽ.lib.vj.nec contra hoc votũ preſcribitur.eo.ti.ſicut nobis. ¶ Trigeſimotertio.camiſijs lineis cõmuniter vtũtur.ex̃ de ſta.mona.cum ad monaſteriũ. ¶ Trigeſimoquarto.q: tenent officia ad vitã.cõtra pre.c.cum ad monaſteriũ.§.tales.⁊ dãt ⁊ accipiũt/vendũt ⁊ emunt/⁊ contractus ꝓprietarioꝝ faciunt ſicut alij ſeculares.cõtra pre.c.cum ad monaſteriũ.§.j.xij. q.j.nõ dicatis.de accuſa.olim. ¶ Trigeſimoquinto.extra cauſam monaſterij ſui ferũt teſtimoniũ.qð nõ poſſunt.ex̃ de teſti.inſup.a ſenſu contrario. ¶ Trigeſimoſexto.multi ſimoniace ſunt recepti.de quo.j.q.ij.p totũ.⁊ ex̃ de ſimo.dilect᷑.ij.⁊.c.de regularib᷑. ¶ Trigeſimoſeptimo.multi habẽt locũ in diuerſis monaſterijs.cõtra id de puil.volẽtes. lib.vj.⁊ de reli.do.c.ſi.⁊ de pben.cũ ſingula.§.ꝓhibemus. lib.vj. ¶ Trigeſimooctauo.habẽt reditus ⁊ prouẽtus et vſufruct᷑ ſeparatos a cõuentu:⁊ prebẽdas ſeparatas.cõtra ea q̃ legunt̃ ⁊ no.maxime.p Inno.ex̃ qui cle.vel vo.c. ſi.xix.q.ſi.ſi qua.xij.q.j.neceſſaria.c.q: tua. ¶ Trigeſimonono.nõ ſeruãt ieiunia regularia.xvj.q.j.q̃ vere. ¶ Quadrageſimo.nõ dicunt officia monachalia.xij.di.c.penul.⁊ vlti. ¶ Quadrageſimoprimo.nõ ſeruant ſilentiũ nec in choro nec clauſtro nec dormitorio et refectorio.ex̃ de ſta. mo.cũ ad monaſteriũ.§.in oratorio. ¶ Quadrageſimoſecũdo.induti nõ iacent.cõtra id.xx.q.j.c.vlti. Multi aũt alij defectus eoꝝ tangũtur ⁊ corrigũtur in cõſti.clemẽ.de ſtatu regu.ne in agro. Hec ſunt ergo eorũ peccata ſpecialia pter alia que cõiter habẽt cũ alijs peccatoribus multi eorũ:ſcʒ luxuriã/ſuperbiã/auaritiã/gulã/⁊ alia mortalia que ponunt̃.xxv.di.§.ea demũ. Quãq̃ ergo monachi teneant figurã aploꝝ.xvj.q.j.ex authoritate.lõge hodie remoti ſunt a vita eorũ. Plangat ergo eos eccleſia:⁊ dicat. Ubi ſunt mei antiqui monachi q̃ poſt aplos eccleſiã fundauerũt:⁊ vitam ſanctã primitiue eccleſie retinuerũt:de qua.xij.q.j.quaſi per totũ.qui circũibant in melotis ⁊ pellibus caprinis/in ſolitudinib᷑ errãtes in ſpelũcis ⁊ cauernis terre:q̃bus dignus nõ erat mũdus:Heb.xij. Mortui deberẽt eſſe mundo.preal.c.placuit.xvj.q.j.ſunt nonnulli. hodie viuunt mundo:et mortui ſunt deo.quia in delicijs viuunt.j.ad Timo.v.

¶ Articulus.xxv.

A

Poſt abbates ⁊ priores cũ monachis ſuis/q: ſicut ſupra dixi longũ eſſet ſinguloꝝ graduũ eccleſiaſticorũ vitia enarrare:Ideo colligamus eoꝝ vitia iſto modo.ſcilʒ q̃ Decani ⁊ Archidiaconi Archipreſbyteri Prepoſiti Priores Sacriſte Magiſtri ſcholarũ Cãtores Cuſtodes peccãt in ſuis officijs nõ faciendo que ſpectant ad ea:⁊ in eis negligentiſſime ⁊ fraudulẽtiſſime ſe habẽdo.ſicut apparet in eoꝝ titulis corpe iuris canonici clauſis:⁊ in eoꝝ vita 9ria. Sed in quibuſdã cõueniunt in miſerijs in ipſum.ex̃ de hereti.excõmunicamus.j.rñ.j. ¶ Et primo.q: ſuis epis graues/ſuperbi/⁊ cõtumaces exiſtunt.ex̃ de appel.dilectis.de exceſ. pla.grauem. ¶ Secũdo.q: in ipſius epi contemptũ abſtinent a diuinis.de of.or.irrefragabili.§.ceterũ.⁊.c.ſi canonici.⁊.c.quãuis.lib.vj.ibi vide qð legit̃ ⁊ no. ¶ Tertio.q: pro pctõ alterius eccleſiã interdicunt.ex̃ de his q̃ ſi.a ma. par.capi.queſiuit. ¶ Quarto.q: ſigillo capituli ſine conſenſu ipſius ſigillãt.de ꝓbatio.tertio.de teſti.⁊ atteſta.tã literis.§.vlti.ſuſpẽſi ſunt officio ⁊ beneficio.⁊ tãq̃ falſarij puniũtur tales.vt ibi legit̃ ⁊ no.§.ſi. ¶ Quinto.q: cõmune ſibi appropriãt.ex̃ de pben.ratio.xij.q.j.§.ſi. ¶ Sexto. q: nolũt ad ordines ſibi debitos ꝓmoueri.de eta.⁊ quali. c.j.lx.diſt.innouamus.⁊ per totũ. ¶ Septimo.epis cõſentiunt in pctis.ex̃ de elec.per inquiſitionẽ.lxxxiij.diſ.error:⁊.lxxxvj.di.facientis. ¶ Octauo.q: nolũt ſurgere ad matutinũ:nec alijs horis canonicis intereſſe.volũt percipere prouentũ:⁊ nolũt facere ſeruitium.cõtra iura ex̃ de cle.cõiuga.diuerſis.⁊.c.precedẽtibus. Unde ſi admoniti p epm nõ ſatiſfaciũt:deponi poſſunt a clero.xcij.di.c.ſi. ¶ Nono. q: ſe abſentãt ſine licentia epi.ex̃ de cle.nõ reſi.ex parte.⁊ c.relatũ.de cõſe.diſt.v.non oportet. ¶ Decimo.q: audiũt leges ⁊ phyſicã.ex̃ ne cle.vel mo.c.ſi. ¶ Undecimo.q: indifferenter exercẽt officiũ aduocati.ex̃ de poſtu.c.primo. ⁊ ſi. ¶ Duodecimo.q: ſuperbi ſunt/iferiores ⁊ ſimplices clericos cõculcantes.cõtra.xcv.di.eſto. ¶ Decimotertio. q: plura beneficia ⁊ dignitates tenẽt ſine diſpenſatione.⁊ ſi diſpẽſationẽ habẽt:habent eã tacita veritate/vel ſuggeſta falſitate:que nõ valet.ex̃ de reſcrip.ſuper literis.de cõſan.⁊ affi.quia circa.vel ipſam diſpẽſationem non ſeruãt. quũ enim ẜm ſtilũ curie ſemper dicat̃ ⁊ apponatur in talibus literis:q̃ cura aĩarũ vel obſequiũ eccleſie nõ negligatur:de iſta clauſula nihil curant:dũmodo poſſint ipſi reditus imburſare.ſed hoc faciat auaritia ⁊ ambitio nimia:q̃ tanta laborãt vt nequeãt ſatiari.ex̃ de pben.q: intantũ.⁊ c.cũ iamdudũ.de cle.non reſi.relatũ.⁊.c.p̃.ꝓpter qð reddunt̃ ineligibiles.vt in pre.c.cũ iãdudũ.⁊ de elec.dudũ.ij.

Paſſim cõferũtur ⁊ recipiũtur hodie beneficia ſimplicia ab habẽtibus perſonatus vel curã animarũ ſine diſpenſatione aliqua epali.etiam ſi mille eſſent.non obſtat qđ hic legit̃ ⁊ no.⁊ ex̃ de p̃ben.de multa.⁊.lxx.di.ſanctoꝝ. Et hic adde qđ legit̃ ⁊ no.p Jo.an.ex̃ de reſcrip.gr̃a.li.vj. ¶ Decimoquarto.q: faciũt tallias in pſbyteros.qđ eis nõ licet xciiij.di.c.fi.ex̃ de cenſi.cum apľs.§.inhibem⁹. ¶ Decimoquinto.quia recipiũt vaccam albã vel aliq̃d tẽpoꝛale pꝛo inueſtitura faciẽda.ex̃ de exceſ.p̃la.ꝑuenit.de ſimo.cum in eccleſijs.⁊.c.q: intãtũ. ¶ Decimoſexto.q: clericos in ſuis peccatis tolerant ꝑ pecuniã.quã extoꝛquent.ex̃ de penis.licet.⁊ de offi.oꝛ.irrefragabili.§.fi. ¶ Decimoſeptimo.nolũt excõicatos abſoluere niſi ꝑcio.cõtra.j.q.j.§. quolibet.cũ.c.ſeq.ex̃ de ſimo.ad aures. ¶ Decimooctauo.q: vẽdũt iuriſdictionẽ ⁊ vices ſuas.ex̃ ne p̃la.vi.ſu.c.j.⁊.ij. ¶ Decimonono.q: quidã coꝝ cũ mulieribus frequẽtant/ne dicamus ſe polluunt.lxxxj.diſt.archidiaconũ.cum tota illa di. ¶ Uiceſimo.q: ſunt circa ſua officia negligẽtes.ex̃ de of.archiđ.ea que.de of.cuſto.c.j.⁊ fi.xxiij.di.nõ liceat.⁊.c.non opoꝛtet.xxv.di.perlectis.ad fi. ¶ Uiceſimopꝛimo.q: vendũt docẽdi licentiã.ex̃ de magiſtris.quãto.⁊ dignis licentiam denegant.eo.ti.ꝓhibeas.vñ ſi de hoc accuſent̃:a ſuo thꝛono remouẽdi ſunt.j.q.vij.ſancimus. ¶ Uiceſimoſecũdo.q: quũ quidã idiote ſunt:ꝑmittunt tñ ſe ad iſta officia ꝓmoueri.ar.ad hoc cõtra eos.ex̃ de eta.⁊ qua.ad aures.ff.ad.l.aquil. Idẽ iuris.xxxvij.di.qui de mẽſa.⁊.c.legant.lxj.di.miſerum.de elec.cum in magiſtrũ. ¶ Uiceſimotertio.cõſpirant cõtra epiſcopos.xj.q.j.coniurationũ.⁊.c.cõſpirationũ.cũ alijs ibi.c.de calũ.c.ij. ¶ Uiceſimoquarto.quia omnia pꝛedicta officia ambiũt:a diabolo puniendi.j.q.j.non eſt putanda.in fi.viij.q.j.illud.

¶ Articulus.xxvj. A

Promulgatio: a canonicorum vitia,

**Post iſtos peccant** Canonici. Pꝛimo.q: nolunt ad oꝛdines ꝓmoueri neceſſitate vel vtilitate exigẽte.xxiiij.di.ſi q̃ clerici.c.placuit.ex̃ de eta.⁊ quali.queris.de hoc in clemẽ.de eta.⁊ qua.vt hi qui. ¶ Scđo.q: ſepe ſe permittũt intrudi ꝑ ambitionẽ in locũ viuẽtis.de p̃ben.c.j.vij.q.j.eum qui.⁊.c.nõ furem.ij.q.ij.audiuimus.ij.q.j.in ꝑmis.ex̃ de p̃ben.cũ qui beneficiũ.lib.vj. ¶ Tertio.ſunt delicati.nec volũt eccľias frequẽtare.lxxxj.di.ſi q̃s.⁊.c.his.de cleri.nõ reſi.c.penul.⁊ fi.⁊.c.conſuetudinẽ.li.vj. ¶ Quarto.quidã coꝝ ſeptem ⁊ octo ⁊ decẽ vel amplius canonicatus habẽt.⁊ loca ſeruitoꝛũ detinent occupata.nec ipſi ſeruiunt per aliũ:nec ꝑ ſe.nec de hoc (qđ eſt deterius) cõſcientiã ſibi faciunt aliquã.cõtra.lxx.di.ſanctoꝝ.de cle.nõ reſi.c.penul.de elec.dudũ.ij.de p̃ben.quia intantũ.⁊.c.cũ ſingula.li.vj.lxxxix.di.ſingula. Adde hic qđ notaui.s̃.§.pꝛimo.ꝟ.xiij. Et in additione que incipit/paſſim. ¶ Quinto.accumulãt pecuniã de pꝛebẽdis:nec pauperib⁹ quaſi aliq̃d largiũtur.xij.q.j.§.fi.immo negotiantur de ſuis pecunijs.lxxxviij.di.negotiatoꝛẽ. ¶ Sexto.q: male viuũt canonici eccleſie cathedralis luxurijs debacchãtes. Uñ põt dici ꝙ tota domus taliũ capite deoꝛſum pẽdet.ar.xxxij.q.vj.c.vlti.ibi. Uis tuã domũ capite deoꝛſum pẽdere:nã ⁊ totius ciuitatis ſtatus ꝑ tales cõturbatur:maxime qñ nolũt epis obedire.xvij.di.§.hinc etiã. Laboꝛent ergo ⁊ ſtudeãt circa opera ciuitatis.xxj.q.iiij.c.fi.ibi.ne quoꝝ foꝛma ⁊ exemplũ eſſe debẽt offendant aſpectũ. ¶ Septimo.q: diſcoꝛdant in capitulis ⁊ partes ſibi faciũt:maxime circa electiões.in q̃bus quaſi nihil de deo agitur.ſed ſequũtur carnalitatis affectũ tam pꝛiuati q̃ꝫ pꝛelati:nõ iudiciũ rationis.ad hoc ex̃ de his q̃ fi.a ma.par.capi.c.j.de elec.in cauſis.§.j.⁊.c.cũ dilecti.c.cõgregato.c.auditis.c.cõſiderauim⁹.⁊ de p̃ben.graue.vt ec.bene.c.j.§.oibus.viij.q.j.moyſes.j.q.iij.ſi q̃s pꝛebẽdas.xxiiij.di.quãdo. Uñ quũ in eccleſia argẽtina tractaret capitulũ de canonicis creãdis:⁊ quilibet noiaret nepotẽ ſuũ vel conſanguineũ inhabilem ⁊ inutilem: quidã Romanus q̃ ibi erat canonicus: quẽdam aſinũ q̃ plus q̃ꝫ.xv.annis capľo ſeruierat:noiauit/dicẽs ꝙ dictus aſin⁹ ꝓpter ſeruitiũ qđ eccleſie fecerat:dignioꝛ erat oibus noiatis.⁊ ſic erant confuſi alij nominãtes.vide ex̃ de elec.vbi periculũ.§.ceterũ. ¶ Octauo.de ſuis reditib⁹ eccleſiaſticis emũt filijs ⁊ cõſanguineis ſuis poſſeſſiones.⁊ ſub coꝝ noie emptionum confici faciũt inſtrumẽta.⁊ ſic defraudant eccleſias.contra iura.xij.q.iij.c.j.⁊.q.iiij.c.j.⁊ ex̃ de pecu.cle.in ꝑmis.iiij.c.quia quicq̃d emitur de pecunia eccleſie/eccleſie eſt.no.xij.q.j.res eccleſie.⁊.q.ij.apľicos.⁊ de pecu.cleri.inquirendũ. ¶ Nono.quia cõiter in capitulis ſuis epis ex malitia et cõtumacia cõtradicunt.niſi coꝝ faciant volũtates.contra oia illa.c.xj.di.c.ij.⁊.iij.xij.di.c.j.de cõſe.diſt.iij.celebꝛitatem.ex̃ de pꝛeſcrip.cũ non liceat.in aut̃.de eccle.ti.in pꝛi. ¶ Decimo.quia cõmuniter cõſpirant ⁊ coniurant cõtra ſuos ep̃os.pena taliũ.xj.q.j.coniurationũ.⁊.c.cõſpirationum. ¶ Undecimo.q: raro cõcoꝛdant in ep̃o eligẽdo.ex̃ de elec.quaſi per totũ.quia querũt que ſua ſunt:non que chꝛiſti.viij.q.j.ſunt in eccľia.⁊ ſic cũ ſuis diſcoꝛdijs ⁊ queſtionibus ⁊ friuolis appellationib⁹ grauant eccleſiã ⁊ electos.⁊ cõtra iura ⁊ conſcientiã facientes ad reſtitutionẽ expenſarũ ⁊ damnoꝛũ ⁊ intereſſe pꝛedictis tenẽtur in conſciẽtia ⁊ in iure.ar.eoꝛum que leguntur ⁊ no.ex̃ de elec.ꝙ ſicut.§.fi.ex̃ de fo.cõpe.dilecti.de do.⁊ contu.finem.ex̃ de elec.cõmiſſa.§.penul.⁊ fi. ¶ Duodecimo.quia quũ ad eccleſiam non veniũt:cõmuniter non dicunt officium ſicut tenentur.xcj.diſt.per totũ.de reſcrip.c.fi.lib.vj.

¶ Articulus.xxvij. A

**De pꝛeſbyteris quid** dicemus?quod dicit Chꝛyſ. Multi ſacerdotes ⁊ pauci.xl.di.multi. Uere multi ſunt habẽtes characterẽ:⁊ eius characteris munere pꝛiuati. Turba eos contẽptibiles facit.xciij.di.legim⁹.ad fi. ¶ Peccant in his cõiter. Pꝛimo.q: permittũt ſe indignos ad oꝛdines ꝓmoueri.xxiiij.diſt.quando.xxiij.diſ.his igitur lege.⁊.c.tales.de eta.⁊ quali.cũ ſit.xxxviij.diſt.que ipſis. ¶ Secũdo.q: non recipiũt oꝛdines ꝓpter deũ:vt ei ſeruiant:ſicut interpꝛetat̃ vocabulũ clericus.xxj.diſt.cleros.xij.q.j.clericus.ſed ꝓpter beneficiũ ⁊ vitam miſerã coꝛpoꝛalẽ.vñ eoꝝ intẽtio eſt coꝛrupta ⁊ male fundata.vñ poſtmodũ male viuũt.ar.j.q.j.ꝑncipatus.facit bene.xxiij.diſt.qui ep̃s.in fi. ¶ Tertio.q: pꝛout cõmuniter/ꝓmouẽtur per ſimoniacã pꝛauitatẽ.vñ celebꝛare nõ debent:quia ſuſpẽſi ipſo iure.ex̃ de ſimo.tanta.c.tue fraternitatis.j.q.j.quiſquis per pecuniã.c.reperiũtur. ¶ Quarto.q: nimis incõtinenter viuunt.⁊ vtinã nũq̃ꝫ continentiã ꝓmiſiſſent maxime Hiſpani ⁊ Regnicole.in q̃bus ꝓuincijs in pauco maioꝛi numero ſunt filij laicoꝝ q̃ꝫ clericoꝛũ.ad hec a.xxvj.diſt.vſq; ad.xxix.⁊ a.xxxj.vſq; ad.xxxv.⁊.lxxxj.⁊.lxxxij.diſt.quaſi per totũ.de coha.cleri.⁊ mu.per totũ.⁊ de cle.coniuga. Et (qđ ſceleratius eſt) per plurimos annos de latere cõcubine qualibet die ſurgũt:nõ pꝛemiſſa confeſſione vel hypocritali cum ꝓpoſito redeũdi:⁊ ꝓcedũt ad altare ad terrificam hoſtiã conſecrandã:panem pollutũ quantũ in eis eſt dño coꝛdibus ⁊ labijs ſceleſtis offerentes.xlix.di.c.fi.j.q.j.illi offerunt.c.pꝛopheta.c.ſacerdotes.c.neceſſe.c.ꝙ q̃dã.ad fi.ibi. Et qđ dicit̃ ¶ Quinto.q: immiſcent ſe ſpectaculis/⁊ põpis mulierũ/⁊ conuiuijs publicis/⁊ vite inhoneſte/vſuris ⁊ turpib⁹ lucris/fraudibus/amoꝛi pecunie/ſecularib⁹ negotijs atq; officijs. Munera cõtinua recipiũt ꝓ beneficijs medicine.i.ꝓ ſacramẽtis. Doloſi ſunt/cõſpiratoꝛes/ſectãtes odiũ/emulationes/obtrectationẽ/inuidiã.ſunt vagi oculis/effreni lĩgua/petulãtia ⁊ geſtu fluido laboꝛãtes. Inuerecũdi ſunt/obſceni/ꝟgines ⁊ viduas ⁊ alias mulierculas frequẽtãtes.inobediẽtes/ſeſe iactãtes ⁊ extollẽtes.doctrinã lectionẽ pſalmos hymnos cãtica fugiẽtes.ſm ꝙ hec oia tãgit Iſidoꝛus:dicẽdo ꝙ talia caueãt.xxiij.di.his igit̃.qđ.c.vtinã oẽs clerici maxime pꝛelati ⁊ pſbyteri cõtinue ante faciẽ coꝛdis ⁊ coꝛpoꝛis ꝑ

que ſint tritioꝛa preſbyterorũ flagitia.

ſpeculo depoꝛtarent.q꞉ eis ſufficeret ad ſalutē. ¶ Sexto. q꞉ libētius dāt ioculatoꝛi ⁊ meretrici: ꝙ̄ pauperi. Plus diligūt venari: ꝙ̄ pſallere.lxxxvi.di.q̇ venatoꝛi.⁊.c.dare.⁊.c. eſau.xliiij.di.§.i.⁊ alia negotia ſecularia exercēt.⁊ officiū notarie exercēt ⁊ aduocationis ⁊ tutele.ex̄ ne cle.vel mo. c.i.c.de ſacerdotib⁹.c.ſicut.lxxxviij.diſ.ꝑ totū.⁊.c.nec.quia ſunt ꝓcuratoꝛes ⁊ miniſtri rerū ſecularium. Uide.xxvij.q.ij. multoꝝ.⁊ ex̄ de here.vt officiū.§.ad cōſcribēdas.⁊ qđ ſcripſi.i.§.vlti.v̄.ſpecialr̄.in ar.xxix. ¶ Septimo.q꞉ ſuperioꝛib⁹ ſuis infideles ſunt ⁊ inuidēt ⁊ detrahūt.⁊ ſuperioꝛes eiſdē.quū tñ potꝰ deberēt eſſe cōnexi vinculo charitatis. lxxxix.di.ad hoc.xxiij.di.quāꝙ̄.xxiij.q.v.pꝛodeſt. ¶ Octauo.q꞉ vnꝰ ſubtrahit alij parochianos ſuos tā viuos ꝙ̄ moꝛtuos.in quo grauiter delinquūt:⁊ ad reſtitutionē tenent̄ oīm ꝑceptoꝝ.ex̄ de paro.c.ij.⁊.iij.ix.q.ij.ꝑ totū.de pe.di.vi. placuit.⁊ de ſepul.ex pte canonicoꝝ.⁊.c.ſeq.⁊.c.in noſtra. ¶ Nono.q꞉ multa vitia ſub ſpecie v̄tutis palliāt.nā quū ſint auari.ex̄ de deci.c.i.xciij.di.diaconi ſunt.volunt videri boni diſpēſatoꝛes.quū ſint crudeles:volūt videri iuſtitie zelatoꝛes.quū ſint remiſſi:volūt videri ſubditis cōpatientes.xli.di.ſepe.ij.q.vij.§.his ita reſpōdet̄.vij.q.i.§.hoc tūc. de here.ſicut in vno coꝛpe. ¶ Decimo.q꞉ imponūt miſſas ꝓ pecunia cōfitentib⁹ ſibi:vt pecuniā ꝓ eis ipſi recipiāt:⁊ fingāt ſe dicere.qđ nō debēt facere.q꞉ quāꝙ̄ ꝑ ſacrificiū altaris aīe liberent̄.xiij.q.ij.aīe.hoc tñ in fraude pꝛeſumunt̄ facere.vt accepta pecunia ꝓ illis miſſis/eos ab onere penitētie releuēt.ar.xxvi.q.vij.alligant.Et q꞉ talis pnīa non inuenit̄ a canone cōceſſa: ergo ꝓhibita.de trāſla.inter.§. ſed neꝗ.Et q꞉ ſpecies mali eſt.i.q.i.emendari.de vi.⁊ ho. cle.cū ab oī.Si aūt talē penitētiā iniungūt: dicāt ꝙ faciāt ſibi eas dici ꝑ alios ſacerdotes.non tñ vicinos eis:q̄ ſimili moꝛbo auaritie laboꝛāt.alias poſſet fieri fraus legi. ar. ex̄ de teſti.ꝑſonas.de iudi.tāꝙ̄. Sed ſemꝑ tutius eſt aīab⁹ coꝝ/ꝙ tales pnīas nō imponāt.q꞉ ſemper eſt timendū ne magis auaritia ꝙ̄ charitas ſit in cauſa.ar.ex̄ de cēſi. ea q̄. ⁊.c.ex pte.⁊ de deci.c.i.ad fi.Et ſanū eſt cōſiliū a talib⁹ impoſitionib⁹ ſicut a ꝑiculoſis cōtractib⁹ abſtinere.q꞉ q̄cq̄d auari ſacerdotes palliēt cogitatiōes:tñ intētionē quā habēt de recipiēdis oblationib⁹ oīpotēti deo nequeūt occultare.ex̄ de vſur.in ciuitate.ſm Oſti.q̇ ita no.in ſumma.de pe.⁊ re.§.⁊ ad q̇d.v̄.q̇d ſi ſacerdos. ¶ Undecimo. q꞉ ſibi adinuicē inuidēt ⁊ cōſumūt. ⁊ ideo deterioꝛes raptoꝛib⁹ ſunt.vi.q.i.ex merito.c.deterioꝛes.c.ſumma iniq̄tas.de pe. di.i.homicidioꝝ. ¶ Duodecimo.ſubdoli ſunt/⁊ fallaces/ et incōſtātes/⁊ ficti/multa v̄ba inhoneſta ⁊ illicita ꝓferētes.ꝯ iura.xxij.q.ij.nec artificioſo.⁊.c.oē gen⁹.⁊.c.is aūt.⁊ q.v.iuramēti.Et nō ſolū ſm Amb.filij diaboli ſunt:q꞉ peccant in v̄bis fallacib⁹:ſed etiā in operib⁹ ſimulatis.e.q.caue.Et ſm Ber. Uerbū ſacerdotis aut verū aut ſacrilegū.⁊ iterū.Nuge in oꝛe ſacerdotꝫ blaſphemie ſunt. ¶ Decimotertio.q꞉ nō recte penitēti ferūt teſtimoniū: vel vere penitentē accuſant/coꝛrupti munere inuidia vel fauoꝛe. qđ eis pꝛohibet̄ ex̄ de ſimo.nemo. ¶ Decimoquarto.q꞉ ſepe cū parochianis mulierib⁹ q̄s ad cōfeſſionē admittunt ſceleſtiſſime foꝛnicant̄.in quo caſu ep̄s.xv.annis. p̄ſbyter. xij.penitere dꝫ.⁊ ſi ad ſcientiā ppl'i venerit:deponat̄. xxx. q.i.non debet.⁊.c.ſi q̇s ſacerdos.⁊.c.oēs. ¶ Decimoq̇nto. q꞉ peccāt in ſacrificijs:dū hoſtiā fractā offerūt:vel a muribus coꝛroſam:vel putridā:vel nō de ſimila.i.de floꝛe farine confectā:vel nō totaliter triticeā.vel nimis paruā.licet ibi ſit coꝛp⁹ chꝛiſti.ſed q꞉ a ppl'o vix videt̄.vel de coꝛrupto tritico cōfectā:vel nō rotundā;ꝓpter ſignificationē.q꞉ ibi eſt de⁹ ⁊ tota trinitas carēs pꝛincipio ⁊ fine:vt foꝛma circularis vel ſphera.xxiij.diſ.ꝓhibite.nec ſit nimis ſubtilis:q꞉ adheret palato ſpecies.Et dicebat papa Nicolaus.iiij.ꝙ poneret̄ ſatis de paſta.i.maſſa in hoſtia. Et tꝑe apl'oꝝ de panib⁹ cōficiebant̄.Act.ij.ibi.Et fractione panis.qđ intelligit̄ de coꝛpe chꝛiſti.ſicut ponit̄ in legēda de coꝛpe chꝛiſti. Sit etiā hoſtia bñ cocta:ſicut chꝛiſt⁹ in cruce in ſolis ardore in meridie.q꞉ meli⁹ ⁊ deuotius teritur.q꞉ terēda eſt:nō trāſglutiēda.ſicut faciūt q̇dā.de ꝯſe.di.ij.vt q̇d paras.⁊.c. ego berēgarius.Licet ſint p̄dicti defect⁹ in hoſtia:tñ p̄ſbyter ꝯficit.Uinū ſine aqua vel ecōtrario/vel ponētes plus de aq̄ ꝙ̄ de vino/vel in p̄uatis domib⁹ celebꝛātes/aut ſine lumine/aut in eccl'ia violata/aut ſup altari moto vel enoꝛmiter fracto/aut in altari in q̄ eadē die celebꝛauit ep̄s ſine licētia.Nō cuſtodiūt chꝛiſma vel euchariſtiā ſicut debent. Nō mūdāt ſiue lauāt veſtimēta vel vaſa eccl'iaſtica vt decet.vt hec ꝓbant̄ ex̄ de ꝯſe.ec.c.i.⁊.c.cōſuluiſti.c.ligneis.de cuſto.eu.c.ij.de ꝯſe.di.i.c.i.c.ſicut nō alij.c.ſufficit.c.nemo. c.veſtimēta.c.vaſa.de ꝯſe.di.ij.ſcriptura.c.in ſacramēto.c. fi.de cele.miſ.c.i.⁊.c.cōſuluiſti.c.ex pte.c.ſane.c.referēte.c. ꝑniciosus.Adapta pꝛudēs lectoꝛ has ꝯcoꝛ.ar.pce. ¶ Decimoſexto.q꞉ polluti nocturna pollutiōe ex crapula vl' ebꝛietate vel turpib⁹ delectationib⁹ ⁊ cogitatiōib⁹ diurnis deſcēdente celebꝛāt:⁊ frequēter nō ieiuni.de hoc.vi.di. teſtamentū.vij.q.i.nihil.de ꝯſe.di.ij.liq̇do.⁊ di.v.vt ieiuni.lxxv. di.qđ a patrib⁹.de cele.miſ.c.i.Si aūt abluendo os mane ante miſſam/glutiat caſu aliquā ſtillā:eadē rō eſſet: ſi caſualiter micā panis vel rei alterius cībilis glutiret:q꞉ de modico nō curat̄.legit̄ ⁊ no.de ꝯſe.di.ij.reuera.in pn̄.gloſ. exceptis.nō impedit̄ celebꝛare:niſi ex ꝓpoſito h̄ faciat.ar. xxiij.q.v.de occidēdis.xv.q.vi.c.i.talia em̄ cōtēni pn̄t.ff.de vētre inſpi.l.i.§.fi.Si aūt ex ꝓpoſito accidat pot⁹ etiā minimus:celebꝛationē impedit.vt p̄.c.nihil.ſm Oſtiē. q̇ ita no.in ſumma.de ꝯſe.ec.§.⁊ q̄liter.v̄.ſꝫ q̇d. Pꝛāſus tñ cōficit:ſꝫ grauiter peccat.de ꝯſe.di.i.ſacra.⁊ di.ij.liq̇do.vbi de hoc.⁊ no.ex̄ de cele.miſ.ex pte. ¶ B Decimoſeptimo.q꞉ pꝛout cōiter nō dicūt horas canonicas. vij.ad q̄s tenent̄. xcij.di.p̄ſbyter.⁊.c.vlt.lxxxi.di.eos.ex̄ de cele.miſ.c.i.⁊ in.c. graui.in clemē.eo.ti.Et ſi dicūt:nō dicūt in eccl'ia vt tenētur.xci.di.c.i.⁊.xcij.di.c.vlt.de cele.miſ.c.i.Et ꝓpterea pulſant̄ cāpane ad hoꝛas:vt ꝯueniat ppl's ⁊ clerici ad diuinū officiū dicendū ⁊ audiēdū.ex̄ de of.cuſto.c.i.⁊.ij. ⁊ de offi. archip̄ſ.c.ij.⁊ no.Oſti.in ſum.de ꝯſe.ec.§.fi.in fi.Sed etiā dicūt oꝛdine ꝑpoſtero:ſepe ponēdo currū an̄ boues: dicēdo pꝛi⁹ tertiā ꝙ̄ pꝛimā:vel veſꝑas ꝙ̄ nonā:⁊ miſſam ꝙ̄ matutinū vel pꝛimā. Nō impꝛobo cōſuetudinē quoꝛūdā monachoꝝ:q̄ miſſam matutinalē dicūt āte p̄mā:et poſt dicūt p̄mā ⁊ aliā miſſam.in tertio ar. de ꝯſe.di.i. neceſſe.cū.c.ſe. Et h̄ eſt qđ đr de of.archip̄ſ.c.ij.ibi. Incipiēdo ꝑ oēs hoꝛas canonicas indeclinabiliter ꝑſeuerēt.i.nō recipꝛocādo oꝛdinē officij/p̄ponēdo poſtponēdū.de cele.miſ.c.i.in fi. ſm Oſti.q̇ ita no.in ſum.de ꝯſe.ec.§.a quo dꝫ aūt. Nec debēt hoꝛas ſoli dicere ī eccl'ia nec miſſam.de ꝯſe.di.i.hoc ꝗ̄.vbi tñ no.ꝙ incluſus pōt miſſam dicere.ex̄ de vi.⁊ ho.cleri. vt q̄ſꝗ.de fi.p̄ſby.ꝓpoſuit.ad fi.vij.q.i.illud.lxxxi.di. in oīb⁹. de cele.miſ.c.i.ibi.a ſcholarib⁹.q꞉ eēt ei periculū de irregularitate.ex̄ de ſen.ex.cū medicinalis.§.fi.lib.vi. ⁊ alijs ſibi participātib⁹ de excōicatiōe/⁊ de interdicto ſibi ingreſſu eccl'ie.xi.q.iij.excōicatos.cū.c.ſe.⁊ de p̄uil.epoꝝ.li.vi. Excōicat⁹ tñ licet nō dicat hoꝛas cū alijs:⁊ ſuſpenſus ab officio/vel interdict⁹:ꝑ ſe tñ tenet̄ dicere.vt no.xxviij.di.ſ p̄ſbyter.⁊ de cle.ex.mi.illud.in gloſ.in h̄. Et ſi dicūt hoꝛas ſiue officiū:nō dicunt in tꝑe ſuo ſicut tenent̄.ex̄ de cele. miſ.c.i. niſi ſint deditī agriculture ꝓpter paupertatē.q꞉ tūc ſimul pn̄t eas dicere ſm foꝛmā eiuſdē.c.⁊.xci.diſ. clericus victū. Idē tenet Oſti.de clericis peregrinis.q꞉ pn̄t ſimul dicere hoꝛas ſuas:⁊ poſtea facere iter ſuum. Idē intelligit̄ de curialib⁹ ⁊ officialib⁹ occupatis. vt no.in ſum.de ꝯſe.ec.§.⁊ q̄liter.v̄.⁊ no.ꝑ pꝛe.c.i.de cele.miſ.⁊ de doctoꝛib⁹ actu legētib⁹.⁊ de p̄latis et clericis legitime occupatis. q꞉ eadē rō eſt vtrobiꝗ.ğ idē ius p̄ſertim in eccleſijs nō reſidētibus. Sil'is em̄ eq̇tatis rō ſil'ia iura ſuadere videt̄.ff.ad.l.falc.l. vlti.⁊ ex̄ de ꝯfirma.cū dilecta.§.nos igitur.⁊ in gloſ. ſil'is. ¶ C Decimooctauo.q꞉ miſſas diurnas ⁊ oꝛdinarias dimittunt ꝓ peculiarib⁹.q꞉ oēs celebꝛant̄ ꝑ ſalute viuoꝛū ⁊ moꝛtuoꝝ.ex̄ de cele.miſ.c.ij. Ideo null⁹ p̄ſbyter eas debet dicere in publico h̄ mō ꝙ ꝓpter ipſas peculiares/publice et diurne q̄ audiri debēt ab oīb⁹/omittant̄.de ꝯſe.di.i.et h̄

Ieiuniū ante celebꝛationē obſeruādum.

Hoꝛe canonice quō dicende.

attēdendū. Nā ſm cōtinentiā dierū miſſarū ſunt ſolēnia
celebrāda.ex̄ de cele.miſ.cū creatura. Si aūt miſſa dici cō⸗
uentualiter celebret:pn̄t alie peculiares dici ab alijs pſby
teris. vt ibi innuit. ¶ Decimonono.q: celebrāt pro adula
tionib⁹ ſecularium/⁊ ꝑ pecunia. Et iā ꝯſuetudine vel poti⁹
corruptela.ex̄ de ꝯſue.cū venerabilis.in pleriſq; partib⁹ vt
in Portugallia vbi miſſa ꝑ trib⁹ ſolidis eſt taxata:q̄ taxa

Pecuniaria miſſarū celebratio.

tio ſimoniā inducit.ex̄ de ſimo.dilect⁹ filius. A.inoleuit ꝙ
miſſa taxata trib⁹ vel.iiij.denarijs vel vno ſolido vēditur
⁊ emitur a pplo ceco ⁊ pſbyteris ſimoniacis ſceleratis.ꝯ
id ex̄ de ſimo.ſicut in eccl'ie corpore.⁊.c.null⁹.⁊.c.ad apo⸗
ſtolicā.de ꝯſe.di.j.ſufficit. Pōt t̄n ſacerdos ad aliqd̄ tēpus
vel dies operas ſuas locare:ſi nō pōt aliter viuere:ꝑ labo
re/nō ꝑ miſſis pecuniā recipiēdo.ar.C.de loca.⁊ cōduc.q̄
opas.de p̄bē.ſignificatū.vbi de hoc.xij.q.ij.charitatē.xcj.
di.c.j.ij.⁊.iij.j.q.j.iudices.j.q.ij.c.penul.⁊ vlt.x.q.iij.relatū.
xij.q.ij.quicūq;.⁊.c.eccl'iaſticis.⁊ ar.op.xij.q.j.illi q̄.ex̄ ne
p̄.vi.c.ſi. Sed caueat ꝙ intētionē ſuā principalē nō ad pe⸗
cuniā referat:ſed ad remiſſionē ⁊ veniā obtinendā. ¶ Si
v̄o ſacerdos ſit eccl'ie deſpōſatus ⁊ intitulat⁹:nihil ex pa⸗
cto dꝫ recipere:etiā obtētu ſumptuū.de cō.di.j.ſufficit.ſm
Oſtiē.q̄ ſic no.in ſum.de ſimo.§.qliter.v̄.⁊ ſunt hec. ⁊ de
con.ec.§.a quo.v̄.pōt. Idē no.Ber.in p.c.ſignificatū. ⁊ h̄
legit ⁊ no.xxj.q.ij.c.ſicut. No.etiā Gof.in ſum.⁊ in titu.de
ſimo.in v̄.qrit an ſacerdos.ꝙ ſi ſacerdos nō tenet ad illd̄
officiū ꝑ quo pecuniā recipit:⁊ ſumptus ei deſunt:nō pec
cat nec ſimoniā cōmittit.ꝑ p̄e.c.iudices.q: locare pōt ope
ras ſuas vt ſupra ꝓbatū eſt.dū t̄n in celebratiōe miſſe vel
alioꝝ officioꝝ intētionē ſuā habeat ad remiſſionē obtinē⸗
dā.ſecūdario autē reſpectū hr̄e pōt ad denarios/vt dictū
eſt. Pro illo aūt officio qd̄ tenebat ſine pecunia exequi: ſi
pecuniā recipit:ſimoniā cōmittit.j.q.iij.vendētes. Sꝫ etſi
nō teneat ad illud:hꝫ t̄n al's ſumptus ſuos. Pro denarijs
illud exeq̄ aut eſt ſimoniacū aut auarū. Verūt̄n ſi laici cō
ſueuerūt dare eleemoſynas ⁊ ſubtrahant:puto eos poſſe
cōpelli talē laudabilē cōſuetudinē obſeruare.ex̄ eo.ti.ad
apl'icā.§.ſi.⁊ ſic ad dādas oblationes.vt.xvj.q.j.ſtatuim⁹.
xxxij.di.p̄ter hec.in ſi.legit de hoc ⁊ no.de ꝯſe.di.j. oīs chri
ſtianus.⁊ no.Oſti.in ſum.de paro.§.in qb⁹. ¶ Viceſimo.
q: tabernas intrāt ⁊ tabernas tenēt:⁊ conuiuia ⁊ comeſſa
tiones frequētāt:⁊ ibi ſe ingurgitāt:⁊ nedū ibi ter bibūt:
immo calices fecūdiores exhauriūt abſq; mēſura. in qb⁹
cōuiuijs nec ſacra lectio legit:nec cibi bn̄dictio/nec i ſine
refectiōis gratiarū ſequitur actio.ſed audiūt ibi ⁊ faciūt
plauſus ⁊ riſus incōditos ⁊ fabulas inanes: et turpia io⸗
ca viſo vel tornatricib⁹ an̄ ſe fieri patiunt ⁊ laruas demo⸗
nū.cōtra cano.xliiij.di.ꝑ totū.de ꝯſe.di.v.null⁹ pſbyteroꝝ.
cū.c.ſeq. ¶ Viceſimoprimo. q: celebrāt cōiter cū mortali
pctō/maxime luxurie. ⁊ ideo addūt ſibi iudiciū ⁊ mortē.
de ꝯſe.di.ij.q̄tidie.⁊.c.ſctā.⁊.c.q̄ ſcelerate.j.q.j.ſacerdotes.
⁊.c.ſacroſancta.ex̄ de coha.cle.vr̄a.⁊.c.vlt. Si t̄n inſtat ne⸗
ceſſitas celebrādi:vt q: feſtū/vel funus/vel pſona notabi
lis:⁊ nō hꝫ cui cōfiteat de mortali:ſi cōterit:q: cōtritione
culpa remittit.de pe.di.j.in p̄mis.c.⁊.§.vſq; ad.§.alij eco⸗
tra.⁊ confiteri ꝓponit quācitiſſime poterit:celebrare pōt
abſq; reatu. vt no.ex̄ de cele. miſ.de hoie.in vlti.gloſ.in ſi.
¶ ꝯ Viceſimoſecūdo.q: frequēter ꝑ negligentiā corꝑ

Si quid ſanguis chriſti deſluxerit q̄d agendum.

ſanguis diſtillat in tabula q̄ ſtat ad pedes pſbyteri. ⁊ tūc
lingua dꝫ lābi:tabula radi.ſi in terrā:locus radet: et igne
cōſumet:⁊ cinis iuxta altare cōdet:⁊ ſacerdos.xl.diebus
penitebit. Si aūt ſup altare ſtillauerit calix:ſorbeat mini⸗
ſter ſtillā:⁊ trib⁹ diebus peniteat. Si ſup linteū altaris:et
ad ſcdm linteū ꝑuenerit.iiij.dieb⁹ peniteat.ſi vſq; ad ter⸗
tiū.ix.dieb⁹.ſi vſq; ad quartū.xx.dieb⁹.⁊ linteamina q̄ re⸗
tigerit ſtilla miniſter trib⁹ vicib⁹ abluat calice ſubterpoſi
to in q̄ recipiat aq̄ ablutionis:⁊ iuxta altare recōdat.hec
legunt de ꝯſe.di.ij.ſi ꝑ negligētiā. Si v̄o euchariſtiā per
ebrietatē vel voracitatē euomuerit pſbyter.lxx.dieb⁹ peni
teat. Si laicus.xl. Si ep̄s.xx.di.c.ſi qs per ebrietatē. Nō t̄n
credo ꝙ teneat euomēs illd̄ ſacramētū reaccipere ꝓpter
periculū iterū euomēdi.ſicut nō tenet accipe ſi aliqd̄ tur⸗
pe ceciderit in calicē/aranea/muſca/vel ſile. vt no.in p.c.
ſi ꝑ negligētiā.ſed recōdet in capſula ꝓpe altare honoriſi
ce.ar.p.c. ſi ꝑ negligētiā.⁊ q̄diu fuerint ibi accidētia: erit
ibi verū corp⁹ chriſti.vt ibi no.⁊ di.e.nō iſte eſt panis. Si
aūt pſbyter nō bn̄ cuſtodierit corp⁹ chriſti:⁊ mus vel aliud
aial comederit vel corroſerit illud:vel aliter ꝑdiderit: aut
ps ei⁹ inuēta nō fuerit.xl.dieb⁹ peniteat.de ꝯſe.di.ij.q̄ bn̄.
Etiā diſtricte p̄cipit Honori⁹ terti⁹ ꝙ euchariſtia in loco
ſingulari mundo ⁊ ſignato ſemꝑ honorifice collocata de⸗
uote ac fideliter cōſeruet.ne ſiniſtra man⁹ ad eā poſſit ex⸗
tēdi.ex̄ de cele.miſ.ſane.de cuſto.eucha.c.j.qd̄ pſbyteri ma
le ſeruāt:ſic ⁊ alia. Illa etiā hoſtia repoſita frequēter ſaltē
de octo ⁊.viij.dieb⁹ renouāda eſt ⁊ abſumēda:ne ei⁹ acci⸗
dētia corrūpant. ¶ Xxiij.q: nō cōſeruāt hoſtiā cōſecratā
ꝑ infirmis:vn̄ frequēter infirmi ſine cōione moriunt.ꝯ id
de cōſe.di.ij.pſbyter euchariſtiā.ex̄ de of.archipſ.c.officiū.
¶ Xxiiij. q: nō cito vadūt ad audiēdas cōfeſſiones infir
moꝝ.vn̄ frequēter ſine ꝯfeſſione moriunt.vn̄ rei ſunt aiaꝝ
illoꝝ.xxvj.q.vj.ſi pſbyter.cū.c.ſeq.⁊ legit ⁊ no.p.c.de of.ar⸗
chipſ.c.ij.in gloſ.ſi culpa. Idē faciunt de alijs ſacramētis:
q: differūt ea cōferre.qd̄ periculoſum eſt valde: maxime i
ſacramēto baptiſmi. Vn̄ dicebat be.Amb.quū iret ad ba⸗
ptizādū Valētinianū imperatorē q̄ morte p̄occupat⁹/ba⸗
ptizat⁹ nō fuit: Vētrē meū doleo.alter dixit caput meū do
leo.iiij.Reg.iiij.q: quē regeneratur⁹ erā perdidi. Ille t̄n
grām quā popoſcerat nō amiſit.vt no.ex̄ de pſby.nō bap.
c.ij. Legit etiā de btō Marcello Anglie ep̄o ꝙ q: diſtulit
baptizare pueꝝ:⁊ id̄ ſine baptiſmo deceſſit:ſeptēnē pniam
in horto regis Anglie ſpōte priuat⁹ dignitate ep̄ali imple
uit.ad h̄ ex̄ de of.archipſ.c.ij.in ſi.j.q.j.baptizādis. ¶ Xxv.
q: cū malis ſuis exēplis litib⁹ ⁊ cōtentionib⁹ furtis homi
cidijs ppl'm ſcādalizāt.voluunt eū in laqueū tortuoſum
in oībus locis ponētes ſcādala.ſicut ait Hiero.xxiiij.q.iij.
trāſferunt. ¶ Xxvj.q: faciūt ſibi relinq̄ legata a teſtatori⸗
bus q̄ eis cōfitentur.vt no.Inno.ex̄ de teſta.reqſiti.in ſi.
¶ Xxvij nō docent parochianos ſymbolū ⁊ ſidē ⁊ orōnē
dn̄icā.ex̄ de vi.⁊ ho.cle.vt q̄ſq;. ¶ Xxviij.q: multi coꝝ ifa⸗
mes celebrāt.ꝯ cano.l.di.de his.⁊.c.ſi poſt.⁊ indigne cele⸗
brātes idololatris cōparāt.xxxij.di.§.porro. ¶ Xxix.mul⸗
ti pſbyteri maxime nobiles et delicati ⁊ diuites q̄ magis
ꝓpter bn̄ficia curā habētia coacti ꝓmouent: q̄ ꝓpter dei
ſeruitiū.ex̄ de elec.l3 canō.li.vj.aut nūq; aut rariſſime cele
brāt.q̄dā eoꝝ habētes leſam cōſciam.q̄dā ꝓpter ignauiā.
vn̄ peccāt grauiter ſacrm̄ ordinis pſbyterij ⁊ ei⁹ gratiā in
vacuū recipiētes.ij.ad Coꝝ.vj. ⁊ ſe ad illud nō p̄parātes.
vn̄ ⁊ idē apl's.j.ad Coꝝ.xj. Probet(inq̄t) ſe hō:⁊ ſic de pa
ne illo edat ⁊c.ad h̄ ex̄ de cele.miſ.dolētes. ¶ Xxx.non do
cēt parochianos ſuos vt in celebratiōe miſſe ad eleuatio⸗
nē euchariſtie ⁊ infirmoꝝ portationē ꝓfunde ⁊ deuote ſe
inclinēt ⁊ adorēt.ex̄ de cele.miſ.ſane. ¶ Xxxj.ꝓpter negli⸗
gentiā omittūt ponere vinū in calice: vel loco vini ponūt
aquā.⁊ tūc reponāt vinū ⁊ ꝓijciāt aquā: ſꝫ iūgāt cū vino:
ſicut facere cōſueuerūt:⁊ dicāt ſolū v̄ba cōſecratiōis ſan⸗
guinis ſup ipm̄ dicentes. Sil'r mō poſtq̄ cenatū eſt. cū ſe⸗
quētib⁹ orōnib⁹.niſi ſcādalū generet ex ꝓlatione aliaꝝ
orōnū.q: tūc ſufficit dicere v̄ba ſolū ꝯſecrationis calicis.
Si aūt poſtq̄ ſumpſit corp⁹ dn̄i:etiā ſumit calicē: et ꝑ gu⸗
ſtū ſentiat aquā in calice:nō dꝫ eā emittere: ſed ſumere cū
ꝑticula q̄ eſt in calice: ne viliter tractet:⁊ ꝓpt̄ ſcādalū. Si
aūt eā degluriat/aquā ſcꝫ/vlteri⁹ celebrare nō pōt: q: nō
eſt ieiun⁹.vij.q.j.nihil.ſm Inno.q̄ ita no.ex̄ de cele.miſ. cū
marthe.in gloſ.v̄itas. ¶ Xxxij.q: quū ſint notorij fornica
tores:⁊ ꝑ ꝯns ſuſpēſi quātū ad ſe ⁊ quātū ad alios: ⁊ ſimo
niaci etſi occulti:vel al's ſuſpēſi vel irregulares: nihilomi
nus celebrāt oī die.vn̄ ſm Inno.ſunt irregulares.vt no.ex̄
de ſen.ex.cū medicinalis.li.vj.⁊ Oſti.ex̄ de biga. q: ⁊ hoc
ſeruat ſtilus curie.q: pniarij cōmittūt dioceſanis diſpēſa⸗
tionē ſup taliū irregularitate ꝯcubinarioꝝ eoꝝ.ſicut i offi
cio pniarie ſepe feci Hiſpanis.de h̄ ſcripſi.s.in.j.pte in ar.

xlviij.℣.itē ſuſpēſus.ꝛ cōferūt oīa alia eccl'iaſtica ſacramē
ta qđ facere nō pñt:nec a talib⁹ pñt parochiani recipe ſa
cramēta:nec eoꝝ audire miſſam.xxxij.di.§.verū.c.null⁹.ex̄
de cohabi.de.vīa.§.fi.ꝛ.c.fi.de ſimo.tanta.vbi de h̄.niſi in
mortis articulo.xxxij.di.§.veꝝ.ꝛ in gloſ.ſic ḡ.ꝛ ꝑ Inno.de
here.fraternitatis.ꝛ de ꝯſue.quāto.¶ Xxxiij. q: ex negli
gētia frequēter omittunt/dū celebrāt/ſtolā vel manipulū
vl' amictū.xxiij.di.eccl'iaſtica.nō tñ ex h̄ irregularitatē in
currūt:etiā ſi ſciēter dimitterēt:licet grauiť peccarēt: quū
hoc in iure expſſum nō ſit.ex̄ de ſen.ex.is q̄.li.vj.¶ Xxxiiij.
q̄dā beſtiales i canone miſſe exprimūt vocaliter noīa ali
quoꝝ viuoꝝ vel mortuoꝝ ꝓ q̄bus orāt.quū in canone ſoli
deo loq̄mur q̄ oīm noīa nouit. Pōt tñ in miſſa viui ꝛ mor
tui pplo cōmēdari.ꝛ pſbyter pōt i canone i mēte ꝓ aliq̄b⁹
ſpecialib⁹ rogare ſuſpēſis v̄bis canonis vel iā dictis.de h̄
de cō.di.j.viſum.ꝛ.c.de noīb⁹.¶ Xxxv.aliq̄ eoꝝ morbo ca
duco laborātes celebrāt.ꝯ.vij.q.ij.c.j.ꝛ.ij.xxxiij.diſ.cōiter.
vbi de h̄.ex̄ de elec.cū inter canonicos.¶ Xxxvj. aliq̄ coꝝ
pernoctāt:ꝛ altera die celebrāt.de h̄ de accu.ſi cōſtiterit.vi
de qđ legiť ꝛ no.de cō.di.j.ſacramēta.¶ Xxxvij. cū viliſſi
mis ꝛ ſordidiſſimis ꝛ vetuſtiſſimis ꝛ ruptis ꝛ ſciſſis para
mētis ꝛ calicib⁹ ꝛ pallis altaris celebrāt.quū eñ immūdi
ſint i ſe imūda nō abhorrēt:ſꝫ ſīl'es ſīl'ia q̄runt. ꝯ id de cō.
di.j.nemo.vbi mādať ꝙ corpalia ꝛ palle altaris ꝛ vaſa in
tra ſacrariū lauenť ꝑ diacones ꝛ miniſtros i pelui noua:ꝛ
nihil aliud ibi fiat:ꝛ i alia pelui lauenť vela ꝛ cortine eccle
ſie.De mūditia hoꝝ loquiť ꝛ p̄cipit Inno.iij.in ꝯcil. gene
rali ex̄ de cuſto.eu.c.ij.vbi đ. Nimis eñ videť abſurdū in
ſacris ſordes negligere:q̄ dedecerēt etiā in p̄fanis.ꝛ ex̄ de
imu.ec.decet.li.vj.de h̄ ꝑ Inno.de p̄bē.ſignificatū.¶ Xxx
viij.q: admittūt publice excōicatos ꝛ interdictos ꝛ ſuſpē
ſos ab officio ad miſſam ꝛ ad alias horas:quū deberent
ceſſare ipſis intrātib⁹:nec i miſſa nec i alijs officijs ꝓcede
re donec exeāt. Immo ſi extra ſtarēt eccleſiā audiēdo diui
nū officiū:ceſſare dꝫ ſacerdos:niſi ſit i canone miſſe. quia
tūc ipſe cū ſeruitore pōt cōplere miſſam:ne diuidať myſte
riū vnitatis.ꝛ ſic no. Inno.de ſen.ex.nup.ꝛ ſic itellige qđ
no.xj.q.j.ſicut apl'i. Iſti aūt excōicati ꝛ interdicti ꝛ ſuſpēſi
(iſti eñ i iure ambulāt pari paſſu.ex̄ de ſen.ex. cū medici
nalis.§.hec eadē.li.vj.)ſe ingerētes officio diuino itra ec
cleſiā vel extra etiā vidēdo corp⁹ dñi peccāt mortaliter:q:
ꝓhibiti ſunt ab h̄.ex̄ de cle.ex.mi.illud.de pe.ꝛ re.qđ in te.
de ſen.ex.ex frequētib⁹.in clemē. etiā excōicati a ſede ſolū
apl'ica abſoluēdi.e.ti.grauis is q̄ vel vi. Admittētes autē
publice excōicatos vel interdictos ad diuina/interdicti
ſunt ab igreſſu eccl'ie:donec ſatiſfaciāt illi cui⁹ ſñiam cōtē
pſerūt.ex̄ de puil'.ꝛ ex.pui.epoꝝ.li.vj.q̄ interdicto pēdēte/
ſi q̄s ſe diuinis ingerat ſicut pri⁹:irregularis eſt.ex̄ de ſen.
ex.is cui.li.vj.nō tñ eſt irregularis q̄ celebrat p̄ſente excōi
cato.ex̄ de ſen.ex.is q̄ vel vi.¶ Xxxix.q: dāt licētiā ſuis pa
rochianis vt ꝯfiteātur alijs p̄ſbyteris nō curatis:qđ eſt ꝯ̄
ius.ex̄ de pe.ꝛ re.oīs.ibi.alieno ſupple executionē habēti.
ſm̄ Io.an.i.curā.q̄ ita etiā no.ex̄ de pui.ꝛ ex.pui.c.j.in cle
mē.in gloſ.h̄ etiā. Nā etiā pōt ꝯfiteri etiā de licētia ꝓprij ſa
cerdotis alteri non curato.vt no.Ray.in ſum. ſua de pe.ꝛ
re.ꝛ Hoſt.ꝛ ꝓ h̄ facit.xvj.q.j.alia.c.ꝑuenit.ꝛ.§.ecce.ꝛ.§.h̄
idē.Oſti.℣o tenet expſſe ꝙ i neceſſitate pōt cuilibet ꝯfite
ri etiā nō curato.vt q: iminet bellū:vel grauis infirmitas
vel intrat mare.de pe.di.j.quē penitet.ꝛ di.vj.q̄ vult.de cō.
di.iiij.ſanctū eſt. Tenet etiā Oſtiē.ꝙ ſi licētiā habeat a ꝓ
prio ſacerdote vl' iudice ſcꝫ epo in gñe ꝙ cōfiteať cuicūq̄
voluerit:vel tali i ſpāli:dūmō al's ſit diſcret⁹:poterit etiā ſi
curat⁹ nō fuerit ꝯfiteri religioſo vel ſeculari p̄ſbytero. ex̄
de pe.ꝛ re.ne ꝓ dilatiōe.ꝛ p̄.c.oīs.Qđ.c.ipe intelligit indi
ſtincte niſi ſuus ſacerdos expſſe de aliq̄ vel aliq̄b⁹ ꝓhiberet
q: tūc obediet ei i dubio.xxiij.q.j.q̄d culpať. Nō obſtat ſm̄
eū qđ allegat Ray.q: iura illa intelligēda ſunt de religio
ſis q̄ volūt vſurpare parochias ſine licētia ſupioris ſui et
ſine authoritate epi.vt ipa iura bene innuūt.vel qñ volūt
audire aliquē ſine licētia iudicis pctōris vel qñ h̄ faciunt

Nō ſunt admittē di ad rē diuinam excōmunicati.

ſine licētia abbatis alia neceſſitate nō inſtante.vt innuiť.
xvj.q.j.placuit cōi.ibi.nefandiſſimo auſu p̄ſumat. Itē nō
obſtat.de fo.cō.c.penul.q: ibi loquiť.in iuriſdictiōe cōten
tioſa:quā nō hꝫ q̄s niſi ordinarius.nec alia niſi ordinaria
pōt ꝓrogari quātū ad ꝑſonā.ex̄ de of.dele.P.ꝛ.M. Porro
ſicut cōtētioſa pōt prorogari.vt ibi.ſic ꝛ multo forti⁹ ordi
naria volūtaria.vt hic.ꝛ ar.ff.de of.cōſu.l.vnica.ꝛ de offi.
ꝓcō.l.ij.Deniq̄ quū q̄libet ſacerdos recipiat i ordinatiōe
ptātē ligādi atq̄ ſoluēdi dūmō materiā habeat:pōt ſolue
re ꝛ ligare. Materiā aūt hꝫ:ex q̄ de licētia ſpāli vel gñali.
ar.bo.in eo qđ legiť ꝛ no.xvj.q.j.cūctis.gloſ.j.ꝓprij ſacer
dotis aliquē audit.nec in h̄ req̄ro licētiā epi ꝯfitētis pctō
ris:ſꝫ ſui ſacerdotis parochialis tñ.vt in p̄.c.oīs.niſi in ca
ſib⁹ q̄ ad epm̄ ſpāliter ꝑtinēt.ſꝫ Oſti.q̄ ita no.i ſum. de pe.
§.cui cōfitendū.℣.vij.cū ſe.℣. ¶ Xl.q: abſoluūt partim ꝑ
ignorātiā inexcuſabilē.xxxviij.di.in p̄mis.iiij.c.ꝑtim ꝑ ma
litiā/de caſib⁹ epo reſeruatis.ꝯ id in clemē.de ex.pui.reli
gioſi.¶ E Prim⁹ eſt in ſolēni pnia iponēda.q̄ ſit i capi
te q̄dragesime cū ſolēnitate.de q̄ habes.l.di.i capite.q̄ nō
pōt iponi niſi ab epo tñ:vel ſacerdote de mādato ei⁹ ſm̄
quoſdā. Hoc teneo ꝑ ea q̄ no.in.c.j.al'.de penitētib⁹.ꝛ.c.ij.
de of.or.Aliī ꝯ.ſuꝑ q̄ vide qđ no.Oſti.i ſum.de of. archipſ.
§.q̄ ꝑtinēt.℣.quinto.ꝛ ſe.ꝛ nō niſi ꝓ crimine publico ꝛ vul
gatiſſimo qđ totā vrbē cōmouerit:puta ꝓ homicidio/ma
xime vxoris/vl' patricidio vel matricidio publico.l.di.pla
cuit.xxxiij.q.ij.admonere.pro ſacrilegio.xij.q.ij.de viro.ꝛ
ſīl'ib⁹.de pe.di.iij.de penitētib⁹. Et(vt breuiter dicā)de oī
pctō qđ totā cōmouerit ciuitatē/villā/vel caſtrū/per epm̄
pnia idici dꝫ .xxvj.q.vj.c.j.ꝛ.c.ſi.de h̄.l.di.penitētes.c.alie
nū.ex̄ de of.archipſ.c.ij. Scđs eſt in excōicatis a canone
vel ſtatuto epi.de ſen.ex.a nobis.multo poti⁹ ab hoīe. q̄ ꝑ
ſuū excōicatorē vel ſuperiorē debēt abſolui.ex̄ de of.or.ad
reprimēdā.de ſen.ex.ꝑ tuas.vide in clemē.de ex.puil'.c.reli
gioſi.ex̄ de ſen. ex.nuꝑ. Terti⁹ eſt in irregularitate ꝯcta.
vbi etiā epſ nō diſpēſat:niſi ei a iure ꝯcedať.ex̄ de re iudi.
cū eterni.li.vj.ꝛ de ſen.ex.cū medicinalis.lib.vj. Quart⁹.
In incēdio.xxvj.q.viij.ſi q̄s mēbroꝝ.c. peſſimā. Quint⁹.
eſt in publice blaſphemāte.ex̄ de male.c.ſtatuim⁹. Sext⁹.
In voto.ex̄ de vo.ꝛ vo.redē.c.j.qđ intelligo i diſpēſando.
ſed a pctō voti fracti abſoluere pōt ſuus curat⁹.q: p̄re.c.lo
quiť in diſpēſando. Septim⁹. In ſortilegio.ex̄ de ſorti.c.
ij.xxvj.q.v.epi. Octauus.ſi epſ cōfeſſionē audiuit de ali
quo pctō:eo inferior nō abſoluet.xxj.di.inferior.ꝛ ar.de cō
ſe.di.ij.c.vlti. Nonus.Reſtitutio male ablatoꝝ incertoꝝ.
ex̄ de iude.cū ſit.clemē.de ex.pui.religioſi.Tenet tñ Archi
dia.ex̄ de teſta.c.vlt.lib.vj.ꝙ idē q̄ teneť pōt ad cautelā cū
cōſilio epi vel curati.ſm̄ Ray.ꝛ Monal.ꝛ ſic erit concor
dia.q: cura pauperū epo pertinet.lxxxj.di.c.penul.ꝛ vlti.ꝛ
lxxxij.di.c.j.pauperib⁹ erogare.ex̄ de homic.ſicut dignū.§.
eos.legiť ꝛ no.ex̄ de vſu.cū tu.§.j. Decim⁹. In clādeſtine
ꝯ̄hentibus vel cōtra eccl'ie interdictū.ex̄ de clā.deſpō.c.cū
inhibitio.ꝛ de ma.ꝯtrac.cōtra inter.c.j.ꝛ vlt. Undecim⁹.
In ſacrilegio. xij.q.ij.de viro.xvij.q.iiij. miror. Duodeci
mus. In inceſtu.xvij.q.j.v̄gine. Decimuſterti⁹. In falſa
rijs.xix.di.in mēoriā.ex̄ de crimi.fal.c.j.ꝛ.ij. Decimuſquar
tus.in opprimentib⁹ filios negligēter.ex̄ de his q̄ ſi.occi.c.
vlt. Decimuſquint⁹. In homicidio volūtario.l.di.miror.
Cōſuetudo etiā generalis/ꝛ in q̄buſdā locis ſpecialis/re
ſeruat epo caſus periurij/pcti cōtra naturā cū hoibus vel
cū brutis/inſtrumēti falſi/corruptionis monialiū/falſi te
ſtimonij in iudicio ꝛ ſimiliū. In homicidijs volūtarijs ad
terrorē epi etiā mittūt pctōres ad curiā propter ipſoꝝ cri
minū enormitatē. ad hoc.xxxiij.q.ij.quicūq̄.cū ſi. de hoc
per Oſtiē.in ſum.de pe.§.cui confitendum.℣.ne in hoc.ꝛ
per Io.an.ex̄ de pe.ꝛ re.ſi epiſcopus.li.vj. Addo hic.xvj.
caſum de raptorib⁹ vel predonibus publicis.ex̄ de rap.c.j.
ꝛ.ij. Decimuſſeptimus. de rapientibus virgines vel vi
duas.xxxvj.q.ij.raptores. ibi.ob immanitatem tanti faci
noris deteſtamur illos vehementius ꝓſequendo ꝛc̄. De
cimuſoctauus. In hereſi publica vel occulta.ex̄ de hereti.

Caſus epo reſeruati.

ad abolendam.§.j.q: ⁊ tales excõicati ſunt.vt ibi.⁊.c.excõicatus.j.⁊.ij. Xix. In apoſtaſia vel fidei vel religionis vel clericatus.ex̃ de ap.quidã.cũ.c.ſeq. Xx. In vſura.ex̃ de vſu.vſurarũ.li.vj. Xxj. In ſimonia in cui⁹ cõparatiõe cetera crimia ꝓ nihilo reputant̃.j.q.vlti.c.vlt. ex̃ de ſimo.per tuas.j.⁊.c.ſicut ſimoniaca.cũ.c.ſeq.Et credo vbicũqʒ eſt neceſſaria epi diſpenſatio in pctõ:illius pcti in foro penitentie ad euʒ ptinet abſolutio. q̃ in pma parte poſui in §.q: eps in ar.l.Epis aũt nullius pcti abſolutio interdicitur in foro pnie:q: ſucceſſores apl'oꝝ ſunt.lxviij.di. quoꝝ.qbus dictũ eſt Matth.xviij.⁊ Jo.vlti.Quodcũqʒ ſolueritiſ ſup terram ⁊c.de pe.di.j.quẽ peniter. nihil excipiẽdo. ex̃ de ma.⁊ obe.ſolite.§.penulti. ¶ Xlj.q: abſoluunt ⁊ ligant:⁊ neſciũt quaſi aliqd: ⁊ ceci ſunt ⁊ duces cecorum. Matth.xv.⁊ Luce.vj. ⁊ imponũt nũc leuiſſimas pnias: nunc auſteras. Sunt tñ pnie hodie arbitrarie: ⁊ poſſunt ſacerdotes curati canones penitentiales mitigare: et in eis diſpenſare.xxvj.q.vij.tẽpora.c.de his.c.penitentibus. de ↄſe.di.iij.de penitentibus.de pe.di.j.menſurã.cõſiderãtis circũſtantijs pctõꝝ ⁊ peccantiũ.de pe.di.vj.c.j.⁊ diſ.v.c.j.ex̃ de pe.⁊ re.ſignificatũ.c.de⁹ qui.⁊.c.ois.§.ſacerdos. de homic.ſicut dignũ.de eo qui cog.ↄſang.vxo.ſue.tranſmiſſe.ad fi.xv.q.vj.c.j.xj.q.iij.abſit.Et de hoc p Bern.no. ex̃ de iudic.at ſi clerici.in gloſ.magna.ad fi.⁊ i ſum.Oſti. de pe.§.que pnia ſit ꝓ pctis. Et reſpondẽt de caſib⁹ frequẽter difficillimis pctõꝝ.⁊ vix factũ ⁊ caſum intelligũt ita ſunt hebetes.nedũ reſponſionẽ iuris:qd totalit̃ ignorant.Et ſic quãtum in eis eſt/decipiũt pctores:q̃ nõ ſunt ꝓpterea excuſari:q: debẽt tales q̃rere ſacerdotes/q̃ ſciãt ſoluere ⁊ ligare.vt iuribus infra allegatis.qd eſt vnũ de grauioribus periculis q̃ ipſi habent. ſed ipſi miſeri vix h̃ vident.ad hec de pe.di.vj.q̃ vult.xxxviij.diſt.q̃ ipſis.xxiiij. di.qñ.xx.di.§.j.ibi. In altera dans ſibi ſciam diſcernendi inter leprã ⁊ leprã.xj.q.iij.quõ.xxvj.q.vj.alligant.xlv.diſt. ſunt nõnulli.ex̃ de eta. ⁊ qua.cũ ſit.qui fi.ſint le.p venerabilem.§.rõnib⁹.de pe.⁊ re.ois.§.ſacerdos.de elec. duduʒ ſi.§.j.ibi.Eedem aie dãnabiliter ſunt decepte.vide qd ibi no.Ber.in gloſ.q: cũ. ¶ Xlij.q: quũ vadũt ad cõicandũ infirmũ:nõ portant duas hoſtias ↄſecratas/ſicut portare debẽt:vt cũ vna cõicent infirmũ.aliã reportent honorifice:vt ppl's adorans non decipiat̃.ar.ad hec.de cele.miſ. de hoic.in fi.Si aũt nõ portauerint niſi vnã: in reditu ab infirmo/ceſſet lumẽ ⁊ ſonit⁹ cãpanelle: q: vacu⁹ redit calix.⁊ de hoc no.e.t.ſane.dñs Oſti. ¶ Xliij.comedũt oblationes:⁊ nõ orant ꝓ ppl'o.ↄtra illud qd ſacerdotes dicuntur comedere pctã ppl'i.i.oblata ꝓ pctis.vel q: ea orõnib⁹ ſuis delẽt. vel q: exẽplo bone opationis corrigũt hoies: vel ꝟbo p̃dicationis.⁊ ita quãtum in eis eſt/delent.ſicut legit̃ ⁊ no.j.q.j.ipſi ſacerdotes. ¶ Xliiij.q: quũ eoꝝ ſit officiũ ꝓpriũ p̃dicare.Malach.ij. nũqʒ tñ p̃dicant: q: idiote ſunt.ad hec.xxxvj.diſt.§.ecce.ibi.labia ſacerdotis ⁊c.et xvj.q.j.adijcimus.vbi de hoc.ex̃ de ſepul.dudũ.§.verũ.in clemen. ¶ Xlv.nõ intendũt hoſpitalitati ⁊ infirmoꝝ viſitationi ſicut legitur.ex̃ de cele.miſ.c.j.ex̃ de p̃ben.de monachis. Tanta em̃ auaritia regnat cõiter in eis: ꝙ nedũ paup ſed nec amicus ad charitatẽ eoꝝ introeat niſi vi.vt in Gallicia.lxxxv.di.archidiaconũ. ¶ Xlvj.peregrinant̃ ⁊ vagant̃ ſine licentia epi/vel de licentia: ꝓ ſe vicariũ dimittentes:frequẽter nullũ.ↄtra id de ↄſe.diſt.v.nõ opʒ.ij. ex̃ de vo.⁊ vo.re.magne.vij.q.j.ſiquis in clero.ex̃ de p̃ben. extirpande.§.qui ꝟo.de elec.licet canon.§.is etiam. li.vj. ¶ Xlvij.ꝓprium matrimoniũ bene curant.de pr̃imonio eccl'ie nõ curant.imo chartam venditiõis cõſanguineis faciũt de emptis de bonis eccl'ie. ↄtra id.xij.q.iiij.c.j.ij.et iij.ex̃ de pecu.cle.p̃ſbyter. ¶ Xlviij.faciũt ſibi ſeruiri in altari ⁊ in eccleſia p ſuos filios illegitimos.ↄtra id ex̃ de fi. preſby.indecoꝝ. ¶ Xlix.de bonis eccl'ie paſcunt ↄcubinã ↄtinue ⁊ filios.⁊ de pecunia eccl'ie emũt eis poſſeſſiones. ſed tales poſſeſſiões põt eccl'ia ſibi vẽdicare. legit̃ ⁊ no. xij.q.j.res eccl'ie. Vñ ad reſtitutionẽ eoꝝ que ſic dederũt credo eos teneri:ſi habent ꝓpriũ aliũde:vt eccl'iam conſeruent indẽnẽ.vel fructib⁹ beneficij p̃uentur in vtilitatẽ eccl'ie cõuertendis.ad hec.xliiij.diſt.§.j.vbi de hoc no. Archid.lxxxvj.diſ.q̃ venatoribus.de fideiuſ.puenit.facit op. qd legit̃ ⁊ no.xij.q.iiij.c.ij.de elec.cõmiſſa.§.ceterũ.lib.vj. de elec.qd.ſicut.§.ſi.ibi.reddat indẽnẽ. ex̃ de accu. q̃lr̃.ij. ibi.diſſipaſſet.in gloſ.ſʒ q̃l'r.adde hic qd notaui.ĩ.§.qb⁹ ꝟ.j.cũ.iij.ſe.in ar.xlvij. ¶ L.q: pmouẽtur ad p̃ſbyteratũ añ.xxv.ãnũ:maxime qñ recipiũt curata bñficia:vt poſſint ea hr̃e facri p̃ſbr̃i.ſʒ mẽtita ẽ iniq̃tas eis.ps.xxvj. Or: quũ añ.xxv.nõ debeãt pmoueri:nec in h̃ epi valeãt diſpẽſare. ar.ex̃ de tẽp.or.dilect⁹.⁊ q̃ no.p Bar.⁊ Jo.an.i.§.licet canon.de elec.li.vj.iõ ſuſpẽdẽdi ſunt ab ordinis executione. ex̃ de tẽp.ordi.vel nõ eſt.ſic pmoti.Nõ crederẽ eos facere fruct⁹ſuos:q: fraudulẽter ⁊ ↄ iura ordies receperũt: ⁊ eccleſiã deceperũt.Et ad h̃ ex̃ de elec.licet canõ. li.vj.de tẽp. or.vel nõ eſt.de eta.⁊ q̃li.gñalẽ.i clem̃.legit̃ ⁊ no.p Jo.an. ¶ Lj.multi ſine licẽtia ꝓprioꝝ epoꝝ maxie in remotiſ ptibus ſe faciũt ab alienis epis ordinari.ↄ iura.lxj.⁊.lxxij.⁊ lxxiij.di.p totũ.p totũ.Vñ hodie citramõtani ordinati in Italia abſqʒ licẽtia ꝓprioꝝ epoꝝ ſuſpẽſi ſunt ipo iure.nec cũ eis põt citra ſedẽ apl'icã diſpẽſari.ex̃ li.vj.de tẽ.or.ſepe. Alijs iterdicẽda ẽ ordis executio ſic ſuſcepti.ex̃ de tẽp.or. ꝙ trãſlationẽ.ex̃ de tẽp.or.eos.li.vj.De iſta materia ex̃ de eo q̃ fur.or.re.legit̃ ⁊ no.p totũ. ¶ Lij. multi excõicati et homicide ⁊ alias irregulares diuerſis irregularitatib⁹/ſiũt p̃ſbr̃i.cũ qb⁹ p ſede apl'ica ſolũmõ diſpẽſat̃. ex̃ de tẽp. or.c.vlti.de accu.inq̃ſitiõis.j.rñ.de ſen.excõ.cũ illoꝝ. de fi. p̃ſby.c.penul.⁊ vlti.lj.di.q̃ in aliq̃.ex̃ de cle.ex.mi.p totum. ¶ Liij.multi p̃br̃i ⁊ alij ↄſtituti i ſacris maxie in Hiſpania in Aſturia ⁊ Gallicia ⁊ alibi ⁊ publice ⁊ aliq̃ties p publicũ iſtrumẽtũ pmittũt ⁊ iurãt q̃buſdã/maxie nobilib⁹ mulierib⁹ nũqʒ eas dimittere:⁊ dãt eis arras de bonis eccl'ie: ⁊ poſſeſſiões eccl'ie publice eas ducũt cũ ↄſanguineis et amiciſ ⁊ ſolẽni ↄuiuio ac ſi eẽnt vxores legitime.ꝓpter qd reputo eos q̃ſi bigamos ꝓpter malã intentioneʒ cũ ope ſubſecuto.xxvij.q.j.ſiq̃ ꝟgo.⁊.c.q̃tq̃t.⁊.ex̃ de biga.c.de bigamis.c.debitũ.⁊.c.nup.Et piuros ifames.xxij.q.iiij.q̃ iuramẽto.xxij.q.v.ſiq̃s cõuict⁹.⁊.c.ille.vj.q.j.ifames.Et dñt p̃uari bñficijs.ex̃ de iureiur.q̃relã.⁊.c.tua.Et eẽ hodie excõicatos.de mẽte decre.ex̃ de ↄſan.⁊ af.eos q̃.in clemen. Sʒ etiã ducte dñt in ſeruitutẽ redigi vel vẽdi.vt no.j.§.ſe. ꝟ.penul. ¶ Liiij.q: faciũt ſibi ſeruiri in miſſis a laicis:q̃ ⁊ contrectãt calices ⁊ veſtimenta ⁊ alia eccl'ie ornamenta. Clerici em̃ dñt ſeruire i miſſis:⁊ talia eccl'iaſtica pamẽta tractare:nõ laici.ad hec.xxiiij.di.p̃ſbr̃i.j.q.ij.c.j.de ↄſe.di.j. nemo.de ↄſe.di.j.i ſctã.cũ.c.ſe.ex̃ de fi.p̃ſ.ꝓpoſuit.ex̃ de vi.⁊ ho.cle.c.j.⁊.c.vt q̃ſqʒ.de h̃ no.de ↄſe.di.j. h̃ qʒ.xxxviij.di.ſedulo.ſʒ tene qd dixi.⁊ iũge qd no. Inno.ex̃ de cele.miſ.c.j. in ꝟbo ſcholaribus. ¶ Articulus.xxviij. V

## Vltimo generaliter

Vltimo generaliter de defectibus omniũ clericoꝝ tangẽdum eſt.Et licet in multiplici parte iſti⁹ operis diſperſim multa tetigerim cõtra eos:hic aliqua ſimul cõiungã vt plenior doctrina habeatur. Et pmo cõiter offendunt in intẽtione q: non ſiũt hodie clerici ꝓpter deũ vt ei ſeruiant ſicut ſonat verbi ſignificatio.Clericus em̃ a cleros qd eſt ſors dicit̃:quaſi in ſortem dei electus.xxj.di.c.j.xij.q.j.clericus. Sed ꝓpter beneficia:maxime nobiles q̃ larga habentes pr̃imonia/beneficia recipiũt pauperib⁹ debita. Nec dicas dari pñt talib⁹ q: ſuiũt eccl'ie.q: nũqʒ hodie aut raro ſeruiũt.j.q.ij.clericos.cũ duob⁹.c.ſe.op.ar.ex̃ de elec.cũ ex eo. §.j.ibi.Ne ſicut a multiſ de chriſti pr̃imonio ſublimatiſ ⁊c. ⁊.c.cõmiſſa. §.ceterũ.xvj.q.j.c. vlti.in fi. Scdo interſunt cõuiuijs ⁊ nuptijs.ↄtra.xxxiiij.diſt.p̃ſbyteri.xliiij.diſ.nullus.palea eſt. Tabernas ſine neceſſitate intrãt.xliiij.di. nõ oportet.⁊.ij.c.ſeq.ex̃ de vi.⁊ hone.cle.clerici.ij.⁊ ſcripſi ꝟ.§.proximo. ꝟſi.xx.in arti.xxvij. Magicis artibus et

Quibus vitijs clerici ſint vt plurimum obnoxij.

antea volēti ſepelire: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mat. viij. vbi Chryſ. Hoc autem dixit non iubēs cōtemnere honorē qui eſt ad parentes. Exo. xx. ſed mōſtrās q̄m nihil cum celeſtibus negotijs nobis neceſſarium eſſe oportet: et quando cum toto ſtudio ijs iungi debemus: et neq̄ parum tardare: etiam ſi valde ineuitabilia et incitātia ſiunt que attrahunt. Quid em̄ magis neceſſariū erat: ꝙ ſepelire patrem? Quid etiam facilius? nec enim tēpus multum cōſumendum erat. Per hoc etiam dn̄s eū a multis malis eripuit: puta luctibus et meroribus. xiij. q. ij. qui diuina. et ab ijs que hinc expectantur. Poſt ſepulturā em̄ iam neceſſe erat et teſtamenta ſcrutari et hereditatis diuiſionem et alia huiuſmodi. et ita fluctuationes ex fluctuationibus ei ſuccedentes alonge eum a veritatis abducere portu. Si autem tu tumultuaris: excogita quoniā multi infirmos non permittunt ſcire nec ad monumentum ſequi: etiam ſi pater aut mater aut filius ſit: etiā qui defunctus eſt. Nec in hoc incuſantur crudelitatis: ſed contrariū crudelitatis eſſet: ⁊ multo magis malum eſt abducere hominem a ſpiritualibus ſermonibus: ⁊ maxime quum fuerint qui hoc compleant: erant qui completuri erant hmōi funeris ſepulturam. vnde dicit Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Aug. q. d. Pater tuus mortuus eſt. ſunt alij mortui in anima. de pe. diſt. j. reſuſcitatus. qui ſepeliāt mortuos ſuos: quia infideles nō ſunt. Item Hilarius ibi. Quia accepimus in dominice oratiōis exordio ita primo precādum/ Pater noſter qui es in celis. Mat. vj. Et in diſcipulo credentis populi perſona etiā admonetur. Mat. xxiij. quia pater ſibi viuus in celis eſt. deinde inter fidelem filium patremq̄ infidelem ius paterni nominis nō relinqui admonuit: et nō admiſceri memorijs ſanctorum mortuos infideles: ⁊ etiam eos eſſe mortuos qui extra deum viuunt. Et ideo mortui ſepeliātur a mortuis: quia per dei fidem viuo viuos oportet adherere. Si autem mortuum ſepelit mortuus: non debemus habere curā taliū mortuorum: ſed viuētium. ne dum ſoliciti ſumus de mortuis: nos quoq̄ mortui appellemur. Mortui etiā ſm̄ Grego. mortuum ſepeliunt: quum peccatores peccatorem fauoribus premunt. Qui enim peccantē laudibus proſequuntur: extinctum ſub verborum ſuorum aggere. i. campo abſcondūt. Item ibi Rabanus. Notandum etiam eſt in hac ſentētia quia aliquando bona minora pretermittenda ſunt ꝓ vtilitate maiorum. Ex predictis notandum eſt ꝙ nec pro patre ſepeliendo/ quod erat opus magne mīe. Tob. j. ar. bonū. xij. q. ij. aurū. et quodāmodo preceptū dei de patre honorando. Exo. xj. Deute. v. ⁊ xxx. di. c. j. noluit ſibi inducias indulgere. Propter quod quidā monachus requiſitus a quodam ſeculari germano ſuo ꝙ exiret parū de monaſterio ad iuuandum eum: quia boues ſui et currus ceciderant prope monaſterium: reſpondit. Cur non vocaſti aliū fratrem quem habes in mundo vt te iuuet? Cui frater ait. Iam anni. xv. ſunt ꝙ mortuus eſt. Et monach⁹ ait. Et ego xx. ſunt anni ꝙ mortuus ſum mundo. Coloſ. iij. ibi. mortui enim eſtis. xvj. q. j. placuit. ij. tm̄ te poſſum iuuare quātum ille q̄ mortu⁹ ⁊ ſepult⁹ eſt. hec in vitis patrū. ¶ Ex: Quēdam aliū anachoritam et occluſum annis. xxx. decepit diabolus in monachum transfiguratus: et extraxit eum contra ſuum propoſitum die paſce de cella: vt miſſam audiret in quodam monaſterio quod prope erat. Et extūc ſuggerens ei comedere cum monachis/ finxit ſe ſub ſpecie nūtij de domo patris venire in ſecunda deceptione: et ꝙ pater ſuus mortuus erat: et eum fideicōmiſſarium reliquerat: ⁊ ꝙ rediret ad domum patris executionem teſtamēti facturus: ⁊ ſtatim ad cellam rediturus: rediitq̄ cum diabolo: ⁊ pater viuebat: ⁊ ingrediēs domū ⁊ vidēs patrē ⁊ deceptionē cognoſcēs/ dixit ꝙ venerat ad eum viſitandū: et paulo poſt concubuit cū ancilla domus: et in mūdo deſperatus remāſit. Et tm̄ occaſio prima cellam egrediendi miſſa fuit: et bona videbatur ſua fuiſſe intentio: ſed q: lumine diſcretionis caruit: ideo finis bonus ſecutus non eſt: non enim ſufficit ꝙ bona ſit intētio ⁊ zelus: niſi adſit ſcientia. xv. q. j. §. j. Roma. x. Ex quo em̄ firmauerat ſe cū deo de cella non egredi: et tāto tēpore ſteterat ſine miſſa: nō debebat egredi propter miſſam: q: magis deo gratū erat ſacrificiū ſue mortificationis in cella: q̄ in hac parte ſacrificium miſſe. Sufficiebat em̄ huic anachorite ſicut ⁊ multis alijs hominibus inuiſibilibus verbū Augu. Crede: et mādicaſti: et vidiſti. Io. xx. de cōſe. di. ij. vt quid paras. ⁊ c. credere in ieſum chriſtū. ¶ Iſte ſunt ille vulpecule. i. tētationes ſubtiles ſub ſpecie boni: que ſm̄ Bern. capiēde ſunt. Cañ. ij. id eſt cognoſcende et ligande: quū tentatur monachus clauſtralis: predicare: curam miſerabiliū perſonarū ſuſcipere. xvj. q. j. iuxta. ⁊ c. placuit. ſtudijs maxime ſciētiarum lucratiuarum. ſ. iuris ⁊ medicine et ſeculariū vacare. de quibus xxxvij. di. le zāt. ⁊ c. nōne. ⁊ §. hinc etiam. de curis ſeculariū ſe intromittere ſub ſpe alios corrigēdi: et pauperes paſcēdi: prelationes etſi dignus ſit appetere: ignorantes ⁊ ſimplices literas docere: curam animarū recipere. ⁊ vt. ſ. ver. eorum etiam. dixi per ſtatus peregrini. Quis em̄ ſm̄ Climacū in lib. ſuo qui vocat̄ ſcala in gradu. iij. de peregrinatione verus peregrinus/ et realiter peregrinus/ ⁊ cū indulgētia plenaria peregrinus: niſi mortuus mundo: qui preſentes nō nouit? Scribitur etiā. Qui dixerūt patri ſuo ⁊ matri ſue: neſcio vos. et fratribus ſuis: ignoro illos. et neſcierunt filios ſuos. hi cuſtodierunt eloquium tuū: ⁊ pactum tuū ſeruauerunt. Deutero. xxxiij. xciij. diſ. diaconi. v. Famā mundi refugit. Theſaurū virtutū occultat ſicut magi vſq̄ ad chriſtum. Mat. ij. Prouer. xxi. Theſaurus deſiderabilis. ſ. multitudo bonorum/ et oleū. ſ. pinguedo dilectionis in habitaculo viri iuſti. i. in conſciētia. Eccli. xliij. Aperti ſunt theſauri: et euolauerūt nebule ſicut aues. i. euanuerūt virtutes per iactantiā. Grego. in homil. xj. euangeliſtarū ſuper illo Mat. xiij. Simile eſt regnum celorum theſauro. Depredari deſiderat qui theſaurum in via portat. Hiere. xvij. Victu et veſtitu tenui contētus eſt. xij. q. j. clericus. Nō vēdit ſe et operas ſuas ſpūales mūdo. Ad patriā/ cū Dauid pſ. xlj. ſitit ſicut ceruus ad fontes aquarū. A via regia que eſt crux dn̄i diſcreta nō declinat ad dexterā falſi ſpūs ⁊ ceci feruoris: nec a ſiniſtris que eſt via carnis. Nume. xxj. Qui nihil ſibi appropriat. xij. q. j. nolo. ⁊ c. nō dicatis. Qui oēm ſecularem cōuerſationē vitat: et ſolus in amaritudinē peccatorum ſuorum ſedet. Hiere. xv. xvj. q. j. placuit. xj. q. iij. qn̄. Iſte ſic peregrinus eſt onager in eremo: quē leo. i. diabol⁹. iij. q. j. nulli. maxime ſub ſpecie ſpūs. vt ſuperius eſt ꝓbatum in prin. iſtius. §. depredari feſtinat. Eccli. xiij. Verus enim anachorita peregrinus ſicut incognitus et aduena intrat deſertū: et vſq̄ ad mortem ⁊ monumentū ſyluaticus ⁊ incognitus in eo viuit: priuatus om̄i familiaritate humana maxime parētū. ſm̄ Climacū. ¶ Unde quum iudex Alexandrie abbatē Moyſen ſummū anachoritam quereret in deſerto: et ei obuiaſſet: quū eū non cognoſceret: dixit ei iudex. Ubi eſt cella abbatis Moyſi? rn̄dit ipſe idē. Quid queritis hoīem ſtultū ⁊ hereticū? et ſic noluit ſe ibi pandere. Immo etiā nec paſtor abbas matri ſue oſtium celle voluit aperire ne eam videret. ¶ Nec altera ſanctimonialis Germanū religioſum eam viſitantem voluit videre: mittens ei dicēdo. Videbimus nos in alia vita. Et Arſenius patriarche Alexādrie volēti eum viſitare miſit dicēdo. Si ſolus veneris ſuſcipiam te: alās hic non ſedebit Arſenius. Sed hodie cellule noſtrorum anachoritarū hypocritarum a mulierculis viſitātur: qđ eis ſepe Aſſiſij et alibi prohibui. Aduenientibus ſecularibus ſub ſpecie charitatis mēſas parant. Cū eis comedunt: et vltra tertiam vicem bibunt. xliiij. diſt. qn̄ preſbyteri. que palea eſt. Cum eis de mundo loquūtur. Se eis oſtēdūt viuos: nō mortuos. xvj. q. j. ſunt nonnulli. Sed talis vita mors eſt: q: nomen habent ſicut eremite. viuunt: et mortui ſunt in anima. Apoc. iij. in prin. quia ſeculariter viuunt. vita enim et mors interius ſunt: vt ſi cum ſecularibus delectet et afficiat et triſtet in eorum proſperis ⁊ aduerſis: mortuus ſum cū eis: et eūdē locum

in illa vita participabo quem ipſi habebunt:quia cum eis
vixi mente et moribus:etſi non loco et habitu in hac vita.
vt dicit magnus Antonius qui allegatur ab Abraam ana
chorita in collatione.xxiiij.ꝛ vlti. in li. collationū Jo.caſſi.
Aut ergo huiuſmodi gyrouagi religionem accipiāt ab ec/
cleſia approbatā: aut vitam eremiticam veraciter ſeruēt:
que etiā eſt ab eccleſia approbata. xvj. q.j. qui vere. xxvij.
q.ij.§.ecce.ij.q.vij.§.vlti. ex̄ de exceſ.prela.cū ex eo.§.fi.lib.
vj. Sed q: tales in duas partes claudicant: recti nō ſunt.
iij.rn̄.xviij.xlix.diſt.hinc etenim. Nō diligunt ſimplicem.ex̄
de ſum.trini.c.j.in prin.omnino deū verū:ſed in duas par
tes diuiſi deum et mūdum querunt: quinimmo mūdi cul/
tores in eoꝝ cordibus ſibimet contradicunt: q: deū volūt
et nolunt:ſed verius mūdum volunt et colunt. Quidam
etiā ex eis ſuperius apoſtolici et Begardi nominati pau/
pertatem euangelicam ſe ſeruare dicētes;quia nec locum
habent/nec aliquid ſe portare dicunt: vere gyrouagi ꝛ ve
re ribaldi per mundū curſitant:in plateis comedūt: q: ali
qui eorum conſcientiā habent comedendi in domo: ꝛ ſpe
cialiter ab aliquo aliquid petendi: ſed clamant in plateis
eleemoſynam ſibi dari:vel cantāt/nil expreſſe petēdo:ſed
clamando:nec laborare volunt/conſciētias habētes ſi ali
quod opus faciant corporale. Dicunt enim ꝙ debēt orare
cōtinue ne cadāt in tētationē.et q: apl's dicit.j.ad Theſſa.
vlti. Sine intermiſſione orate. Et maria optimā partē ele
git. Luc.x.et ſimilia allegātes. Iſti in veſtibus ouium ve/
niunt. Mat.vij.ſed intus ſunt lupi rapaces. Iſti illos he
reticos ſequi videntur qui in canone apoſtolici nūcupan/
tur:qui nil propriū poſſidentes/nequaꝙ̄ recipiūt eos qui
aliquid proprium poſſident in hoc mundo.xxiiij.q.iij.qui/
dam.ver.apoſtolici. ¶ L Imitari etiā videnť alios he
reticos qui vocātur montani.de quibus.xxiiij.q.iij.quidā.
ver. montani. Nolle em̄ aliquid propriū poſſidere in ſpe/
ciali et in cōmuni/ſicut fratres minores ex regula profitē/
tur:perfectiſſimū eſt.ex̄ de ver.ſigni.exiit.lib.vj.ꝛ eo.ti.exi
ui a paradiſo.in clemē.ſed eos qui propriū poſſident con/
dēnare hereticum eſt.vt preal.c.quidā.ver.apoſtolici. Nā
et apoſtoli aliquoties pecunias habuerunt:et cibos eme/
runt. Jo.iiij. Et Judas loculos dominicos portabat. Jo.
xij.xxiij.q.iiij.quid ergo.xij.q.j.habebat. quod tamē decla/
rat eccleſia ꝙ habuit dn̄s loculos in perſonam infirmorū
de eccleſia.quā declarationē etiā habuit ab Augu.et alijs
doctoribus eccleſie qui hoc dicunt: et hoc bene colligitur
preal.c.habebat.et clarius in preall.c.exijt.lib.vj.latiſſime
iſtam materiam pertractaui.j.in.§.porro.in.lv.ar.et in ar.
lvj.per totum. Et eccleſia primitiua in cōmuni propriū ha
bebat.xij.q.j.c.ij.et.c.q: tua. Et omnes antiqui et pbatiſſi/
mi anachorite de laboribus ſuis precia recipiebant: ꝛ pro
prium habebāt/licet permodicū: et pauperrimi eſſent: et
multas eleemoſynas de ſuis laboribus pauperibꝰ eroga
bant:quia pecunie eoꝝ erant: ꝛ propriū habebant.ad hoc
xix.q.vlti.§.ecōtra paulus.et quod no.xxvij.q.ij.§.ecce. in
gloſ.j.tantū. Sed et chriſtꝰ et apoſtoli nō in plateis come
debant:nec petendi eleemoſynam conſcientiā habebant:
immo frequēter in Bethania in domo Lazari/Marthe/
et Marie/comedebāt. Luc.x. Jo.xij.ꝛ in domo Simonis
leproſi. Luc.vij.et in domo principis phariſeoꝝ. Luc.xiiij.
et in domo leui. Mat.ix.et Luc.v.ꝛ i domo Zachei. Luc.
xix. et in nuptijs in chana galilee celebratis. Jo.ij. Sꝫ iſti
pſeudo apoſtoli ꝛ Begardi iſtius temporis perfectiores
apparere deſiderāt ꝙ̄ veri apoſtoli et veri anachorite qui
et viri apoſtolici extiterunt. Sed mērita eſt iniquitas eis:
quia ipſi profeſſionem apoſtolicā non ſeruant:nec vitam.
Apoſtoli enim in ſe perfectiſſimi.xxiiij.q.ij.ꝛ vlti. legatur.
et pauperrimi in ſalutem gentium per orbem a dn̄o miſſi
ſunt ad baptizandum/ad predicandum. Mar.vlti.de cō
ſe.diſt.iiij.proprie.ad ligandum et ſoluendum per claues
eis a domino datas. Jo.xx.de peni.di.j.quem penitet. ſed
iſti pſeudo boues ſunt ad preſepe euacuandū: non tritu/
randū et predicādum.xiij.q.j.§.his ita.q: miſſi ab eccleſia
nō ſunt: ſed a ſpiritu maligno ad illos de eccleſia decipiē/
dum.ex̄ de hereti.cum ex iniuncto.nō catechizant:neqꝫ ba
ptizant:neqꝫ predicant:niſi de facto.xvj.q.j.adijcimus. q:
nec preſbyteri ſunt:ꝛ ſi aliqui ſint nō curati:nec abſoluūt:
nec ligant:quia claues non habēt.xvj.q.j.§.ecce.j.ꝛ.ij. Ve
re poltrones et ribaldi et ab hominibus deteſtandi ſunt:
quia nec eccleſie ſeruiunt:nec proximo:nec ſibi in chriſto:
nec dn̄o ieſu chriſto:in nullo ordine permanentes:de pau
pertate plenis ventribus quoꝝ ipſi ſunt deus. Phil.iij.et
vita apoſtolica gloriantes:contra em̄ dei eccleſiā ꝛ ſua ſa
cra concilia ſuperius in prin.iſtius.§.allega. ſibi ordinem
in oculis hominum inuenerūt. ¶ M: autem ſe dicūt vel/
le orare continue:falſis geſtis et verbis ſe et mundū deci/
piunt: q: nec chriſtus qui viator et cōprehenſor erat ſemp
in actu exterioris orationis erat: nec Apoſtoli: immo pre/
dicabant et docebant. Mat.v. Mar.vlti. et quidam eoꝝ
manibus proprijs laborabāt.ij. Theſſa.vlti.et Jo.vlti.de
apoſtolis et diſcipulis piſcātibus et ſic laborantibus pro/
prijs manibꝰ.j.q.ij.ſacerdos.de cō.di.v.nūꝙ̄. ¶ M Nā
qđ dicit apl's.j.ad Theſſa.vlti. Sine intermiſſiōe orate.nō
ad literam.ij.Coꝛ.iij.que occidit debet intelligi:ſed horis
cōpetentibus.vt no.in preal.c.nūꝙ̄. in gloſ.j.et colligitur
xxxi.di.ſi laicus. Nam idē apl's Paulus dicit.j.ad Coꝛ.vij.
ꝙ vacandum eſt vſui matrimonij:niſi ex conſenſu ad tem
pus vt expeditius vacēt cōiuges orationi.xxxiij.q.iiij. chri
ſtiano. quum dicit ad tempus ergo nō ſemper actualiter.
Et ſup verbo preall.apl'i/ſine intermiſſiōe orate.j.Theſſa.
vlti.gloſ. Si continuum eſt deſideriū:continua eſt oratio.
et Augu. Beatā vitam ſemper a dn̄o deſideremus:ꝛ ſem
per oramus. Et ſm Aug. Omne bonū opus oratio eſt:q:
non deſinit orare qui nō deſinit benefacere. Et omnis ſan
cta affectio et cogitatio et intētio et memoria dei vera ora
tio eſt. Et ideo quum Jo.anachorita illuſus a demone di/
xiſſet germano ſuo cum quo erat in cella: ꝙ nolebat labo/
rare:ſed continue orare ſicut angelus: et magis ad deſer/
tum ire:tandem dimiſſus eſt a germano:et ſtans per octo
dies in interiori deſerto abſqꝫ cibo maceratus fame/reuer
ſus eſt ad cellam fratris. ꝛ quū pulſaret oſtium:ꝛ ſe Joā/
nem diceret:et frater alius obaudiret:et diceret ei. Joan/
nes factus eſt angelus: ꝛ non eſt ſuper terram:tandē ape
ruit oſtium:et quum Joānes ab eo veniam peteret:ait ei
germanus. Si homo es:labora et comede et viue: q: ſcri/
ptum eſt in pſ.cxxvij. Labores manuū tuarum quia man
ducabis. Quum etiam alij anachorite veniſſent ad quē/
dam patrem qui manebat cum diſcipulis ſuis: ꝛ eos labo
rantes inueniſſent:et dixiſſent eis. Cur laboratis cibū qui
perit? Jo.vj. Nos enim continue oramus. dixit eis ſenior.
Nūquid non dormitis et comeditis:ergo non verum dici
tis. Sed ego oſtendo vobis quomodo oro continue:inte/
xo palmas:et dico. Miſerere mei deus. Numquid eſt ora
re? Deinde per laborem meū duodecim denarios lucror:
quoꝝ duos do pauperibus:vt pro me orēt quum comedo
et dormio. ¶ Alius frater peregrinus veniens ad Sylua
num abbatem laborantem/dixit. Cur laboratis? Maria
optimam partem elegit. Luc.x. Syluanus ait diſcipulis.
Date ei codicem ad legēdum: et ponite eum in vna cella.
Tranſacta hora nona poſtꝙ̄ fratres comederant:exiuit il
le de cella dicens/ Numquid fratres non comederunt? et
audiuit ꝙ ſic: et dixit. Quare me non vocaſtis? Et dixit ei
Syluanus. Tu homo ſpiritualis es: et non indiges hac
eſca.nos autem tamꝙ̄ carnales opus habemus mādaca/
re:et ideo laboramus. Et quum ille frater verecundatus
inciperet penitere:et dicere/ Indulge mihi abba.tunc re/
ſpondit ei Syluanus. Neceſſe eſt Martha Marie. pro/
pter Martham enim miniſtrātem laudatur Maria. hec
in vitis patrum. Sine intermiſſione etiā orare eſt. ſm Jo.
caſſi.in lib.collationū.in.j.collatione.de oratione.ſ.cuſto/
dia cordis a vitijs et curis ſecularibus: vt tales ante ora/
tionem ſimus quales in orationibus volumus inuenire.
Et ſm Jo.caſſi.ibi:orō eſt voti adimpletio. Item ſi actus

liter ſemper orandū eſſet: fruſtra eccleſia cum dauid ſepti
es in die ⁊ nocte orare preciperet. xci. diſt. preſbyter. ⁊ ex de
cele. miſ. c. i. Sed q2 ſm Damaſce. Oratio eſt pius affectus
in deū directus: hāc ſemꝑ conari habere debem⁹ / comedē-
do / bibēdo / ambulādo / laborando / loquēdo / ⁊ q̊dāmodo
dormiēdo: ſicut de beato Frāciſco legit: q2 etſi corpus dor
miat: cor cū deo ambulat: cū eo vigilat: ⁊ de eo ſomniat.
Cañ. v. Sed vere oratio iſtorū pſeudo aploꝝ ⁊ begar-
dorum in peccatum fit ſm pſ. cviij. ⁊ de pe. diſt. iij. nihil in-
de. q2 non orationi vere: ſed vagationi ⁊ dormitioni ⁊ in-
gurgitationi operā dāt more hypocritarū in angulis pla
tearū / ⁊ palam in cōſpectu hominum in eccl'ijs / actum ora
tionis exterioris oſtendētes: ſed in cubiculis de nocte ſcri
bentes. ⁊ ſi orant tēpus quodāmodo perdentes: q2 corde
vagātes: vt populus iſte labijs aliquoties deum honoret
cor autē longe ſit ab eo. Eſa. xxix. ⁊ Mat. xv. facit de cō. di.
v. non mediocriter. et Mat. vj. in prin. Cum oratis nō eri-
tis ſicut hypocrite triſtes: qui amant in ſynagogis ⁊ in an
gulis platearū ſtantes orare: vt videant ab hominibus.
Chryſo. ſuper Mat. Eſt aūt oratio quaſi quoddā ſpūale
tributum: qđ aīa offert deo de viſceribus ſuis. quāto ergo
glorioſior eſt: tanto cautius eſt ſeruāda: ne propter homi-
nes facta vileſcat. Item idem in homil. Hypocritas vo-
cat qui deū ſe fingentes orare: homines circūſpiciunt. et
ideo ſubdit: Qui amant in ſynagogis orare. Idem ſuper
Mat. Puto aūt ꝙ hoc non ad locum refert dominus: ſꝫ
ad propoſitū orātis. In cōuētu em̄ fidelium orare lauda-
bile eſt ſicut dictū eſt. in. pſ. lxvij. In eccl'ijs bn̄dicite deū.
qui ergo ſic orat vt ab hominibus videat: non deū aſpicit
ſed homines. ⁊ ideo quantū ad ꝓpoſitum ſuū in ſynago
ga orat: vn̄ dicit dn̄s: qui amāt quaſi cupiant videri. Cui⁹
autē orantis mens ſolum aſpicit deum: quāuis in ſynago
ga oret: tamē apud ſe in ſecreto videat orare. Et in angu-
lis platearū. vt videant abſcōſe orare: ⁊ ſic dupliciter lau-
dētur: ⁊ q2 orant: ⁊ quia abſconſe orant. ſed nullus angu-
lus platee multū occultus eſt. Itē ibi gloſ. vel anguli pla-
tearū ſunt vbi via ꝑ trāſuerſum vie ducit: ⁊ in quadriuiū
redit. Chryſo. ſuper Mat. Eo ergo ꝓpoſito in cōuētu ve-
tat orare vt a conuentu videatur. vnde ſubditur: vt videā
tur ab hoībus. Orans ergo nihil nouū faciat / quod aſpi-
ciant homines: vel clamando: vel pectus percutiēdo: vel
manus expandendo. Augu. de ſermone dn̄i. Non autem
videri ab hominibus / nefas eſt: ſed ideo hoc agere vt ab
hominibus videaris. Chryſ. in homil. A vana em̄ gloria
vbiq3 erui bonum eſt: maxime autē in oratione. ſi em̄ ſine
hoc cogitationibus circūferimur: ſi ad orādū ingreſſi fue-
rimus / hanc haberes egritudinem qualiter intelligemus
ea que a nobis dicunt: adde hic que no. j. in. §. aliud vitiū
peculiare. ver. Item Mat. vj. in ar. lxxviij. ¶ Habere aūt
gratiam orationis mētalis paucoꝝ eſt: rariſſimoꝝ aūt ſta-
tum extaticum et contēplationem aſcēdere. Et ideo eccle-
ſia non precipit nec indicit orationē mentalem: ſed atten
tam vocalem pro loco ⁊ tēpore opportuno. ex de cele. miſ.
dolentes. de quo vide qđ no. Jo. an. in de. de rel. ⁊ venera.
ſanctoꝝ. ſi dn̄m. ¶ N Utinam hi tales pſeudo apoſtoli
et ficti religioſi nō ſic orarent: ſed foderēt et ararēt. Gen̄.
iij. Et panem in ſudore vultus ſui manducarent: et oratio
ne vocali dn̄ica / pater noſter / cōtēti eſſent: ſicut alij ſimpli
ces huius mundi: vt non cum ſua ſimulata et imaginaria
oratione perirēt. Sed quidā ex eis in mūdo porcarij: qui-
dam pecorarij: quidam armētarij: quidam cemētarij: qui-
dā carbonarij: quidā fabriferrarij: aut alijs diuerſis operi
bus mancipati / de labore manuum iuſte ſibi victū queren
tes: ⁊ ſue familie / talem ſanctum laborē et a dn̄o indictum
refugientes. Gen̄. iij. quia homo naſcitur ad laborādum.
Job. v. muta habitu quē ſibi adinuenerūt: ſꝫ nō corde de
labore et erūna / vilitate et paupertate ad otium ⁊ requiē
corporis / vbertatem et libertatem notiam / tranſierunt: ⁊
de vera penitentia quā in mūdo faciet de iuſtis ſuis labo
ribus ſe et ſuam familiam ſuſtentātes: et chriſtum in ſuis

pauperibus honorantes. Prouer. iiij. i. q. i. non eſt putan-
da. ad fictam penitētiam tranſierūt: ⁊ de eis ad literā ver
bum dn̄i poteſt dici Act. xx. in fi. et ex de cele. miſ. cum mar-
the. §. verum. beatius erat illis dare pauperibus eleemo-
ſynas etſi paucas: ꝙ nunc ſub habitu pauperum recipere
aliena: ſicut inferi⁹ declarabo. ¶ Porro nullus quaſi ſu-
pradictoꝝ ſarrabaitarū gyrouagoꝝ et pſeudo apoſtolorū
begardoꝝ et fraticelloꝝ / ⁊ illorū de paupere vita labora-
re vult manibus ſuis: ſed de eleemoſynis viuunt. Or aūt
mendicare nō poſſint et de eleemoſyna viuere ſic dare ꝓ-
batur. ¶ O Sancta dei eccleſia certos in cōcilio gene
rali / mendicantiū ordines approbauit: oēs alios reproba
uit. ex de reli. domi. religionū. lib. vj. Sed certū eſt ꝙ oēs
predicti aliquē modum ordinis ſibi cōſtituūt in habitu in
vita et in cōgregatione. quidā ex eis in ſua ſecta viuētes /
ſub cuius colore mendicant de nullo approbato ab eccle-
ſia ordine mendicātium exiſtentes cōtra eccleſiam viuūt.
immo iſtis temporibus dn̄s papa Joānes. xxij. cōtra oēs
ſic viuentes et eis fauentes excōmunicationis ſentētiam
promulgauit in quadam extrauagāti edita cōtra eos que
incipit / Sancta romana. et nihilominus clemēs in ſua cō-
ſtitutione iſtos begardos tāꝙ ſuſpectos de hereſi repro-
bauit. ex de hereti. ad noſtrū. in clemē. quorum errores in-
ferius annotantur. Itē ſm Augu. de operibus monacho
rum. Nō poſſunt de eleemoſyna viuere niſi predicatores
ab eccleſia approbati. xlij. diſt. quieſcamus. ſacramentorū
miniſtratores. miniſtri etiam altaris: qui tantū etiam reli-
querunt ⁊ pauperibus erogarunt: ꝙ in ſeculo poterāt vi-
uere. Et intelligo ꝙ aliquē ſtatū approbatū ab eccleſia re
ceperunt / ſaltem verum eremiticum. xvj. q. i. qui vere. quia
non ſufficit relinquere ſua ⁊ dare pauperibus: niſi ⁊ xp̄m
in aliquo ſtatu licito q̊s ſequatur. vnde Matth. xix. Ecce
nos reliquimus om̄ia ⁊ ſecuti ſumus te. Ubi Greg. Quia
ergo non ſufficit tantū relinquere: iungit qđ perfectum eſt:
⁊ ſecuti ſum⁹ te. nō dixit qui reliquiſtis om̄ia. hoc em̄ ⁊ So
crates phūs fecit ⁊ multi alij diuitias contēpſerūt: ſed qui
ſecuti eſtis me qđ ꝓprie aploꝝ eſt atq3 credētium. ad hec
xij. q. ij. gloria. ℣. Socrates. Sed ſupradicti pſeudo nullū
ſtatū ab eccleſia approbatum ſeruāt: nec aliquā de predi-
ctis cōditionibus quas Augu. ponit prout cōmuniter ha
bent. ¶ Item habens in bonis vnde victum ⁊ vite neceſ-
ſaria ſibi ꝑcipiat: mēdicare non pōt. i. q. ij. paſtor. ⁊. c. cleri-
cos. ⁊ ibi no. ⁊. lxxxvj. di. nō ſatis. ℣. ſed hec. ⁊ alias habēs
etiam facultatem laborādi operādi ⁊ artificijs vel mani-
bus proprijs victum querendi / mendicare nō poteſt. xxj.
q. i. clericus. in fi. ⁊. xci. di. clericus victum. ⁊ ibi no. ⁊. lxxxi.
di. c. i. C. de mendi. val. l. vna. v. q. v. non omnis. xxiij. q. iiij.
nimium. in aūt. de queſtore. §. ſi vero vite. ℣. ſi vero huiuſ-
modi. vſq3 ad. §. ſi vero aliqui. xxxi. q. i. quomodo. no. xxiij.
q. iiij. §. ex his. gloſ. dum inde. ¶ Unde ⁊ dicti fraticelli ⁊
begardi ⁊ pſeudo apoſtoli quū propriū habere poſſint:
nullam approbatā regulā promittentes: ⁊ ſi aliqui ex eis
vitam eremiticam tenere videantur: qui propriū habent:
vt. xix. q. vlt. §. econtra. quū laborare poſſint: ⁊ ſi neſciunt
diſcant: petēdo eleemoſynam peccant mortaliter contra
iura ⁊ canones faciendo. xxv. q. i. violatores. ⁊. c. generali.
iiij. q. i. qđ precipit. ¶ Itē ɔtra charitatē faciūt: q2 eleemo
ſynā pauperis infirmi / vel ſenis / vel nō potentis laborare
ſibi vſurpant contra id. xlvij. di. ſicut hi. ⁊ pre. c. non ſatis.
Et quia negligunt tales iuſtitiam operandi de cibo men-
dicato ſecuri: ideo eis etiam eſurientibus non tamen ad
mortē cibus tollendus eſt ſm Augu. v. q. v. non omnis. et
no. xlij. diſtin. quieſcam⁹. Et ſi monachi ab eccleſia appro-
bati manibus laborare tenētur. xvj. q. i. de preſentium. et
probatur late inferius. Et fratres minores ſm regulam
eoꝝ / vt declarat ex de ℣. ſigni. exijt. li. vj. multo potius hi
tales: qui nec tamen veri eremite ſunt eremum incolen-
tes. de quibus in autent. de monachis. §. cogitandum. ha
bentes nomen ſine re. contra id. xlij. diſtin. oratorium.
xvj. queſti. i. ſi cupis. ¶ Itē ſi ſtatum anachoriticum aut

eremiticum ſeruare ſe dicunt qui eſt/vt.ſ. dixi/ab eccleſia
approbatus.ex̄ de exceſ.pꝛela. cum ex eo.§.fi.lib.vi. vbi de
hoc. adhuc eos i tali ſtatu laboꝛare opoꝛtet:vt dictū eſt in
additione.et de ſudoꝛe ſuo ſibi cibum querere:⁊ non men
dicare: nec alienam agapen recipere: niſi in vltima eſſent
moꝛtis neceſſitate ineuitabili cōſtituti. ad hoc.lxxxi.diſt.c.
ſi.et.lxxxii.diſt.§.i.⁊.c.i.vbi de hoc.a ſenſu contrario. et ibi
no.⁊ expꝛeſſum.xxxi.q.i.quomodo.ibi.Et idcirco etas pꝛe
ſcribitur:vt illi tm̄ accipiant pauperum cibos: qui iam la/
boꝛare non poſſunt.et de cōſe.diſt.v.nūq̄. Et fratres etiā
minoꝛes ex regula laboꝛare tenētur: ſed clerici pꝛopter oc
cupationē laboꝛis ſpiritualis/officij diuini/lectionis/ſtu/
dij/pꝛedicationum/cōfeſſionum/et funſlium/excuſantur:
ſed eoꝝ laici pꝛofeſſi obligantur ad laboꝛandum:niſi quū
ſunt in fratrum clericoꝛum ſeruitijs occupati.ex̄ de verbo.
ſigni.exijt.lib.vi.facit etiam ad hec.i.q.ij.ſacerdos.xci.diſt.
in palea.pꝛeſbyter.et.c.clericus.i.et.ij.v.q.v.nō omnis.Et
dicit lex ꝙ pauper qui laboꝛare poteſt/ſi ſe immiſcet elee/
moſyne imperatoꝛis redigitur in ſeruitutem.C.de mendi
can.vali.l.i.lib.xi.et notatur in pꝛeal.c.i.lxxxi.diſt. Sic vixe
runt omnes anachoꝛite et eremite ⁊ cenobite in Egypto/
et in Libya/et in Paleſtina/⁊ in omnibus alijs Grecie lo
cis: ⁊ vbilibet antiquitus cōſtituti.ſ.de laboꝛibus manuū
ſuarum/ſicut in vitis patrum/et in libꝛis Jo.caſſi. ⁊ in lib.
qui dicitur paradiſus:et in regula beati Benedicti mani/
feſtum eſt. et patet.xvi.q.i.de pꝛeſentiū.ibi. laboꝛ manuū.
Et hanc foꝛmā laboꝛādi pꝛimo dedit angelus ſancto An/
tonio magno ſecundo eremite poſt Paulum in foꝛma hu
mana ſibi apparens/inſtruens per actum quomodo oꝛa/
ret et operaretur:et poſtmodum poſt eum oēs ſancti ana
choꝛite et cenobite egyptij maxime de laboꝛibus pꝛopꝛijs
vixerunt. ſicut in vitis patrum habetur. adeo enim intēti
erant illi veri religioſi operi manuali:ꝙ non ſolum vitam
ſuam ex ſuis operibus tranſigebant:ſed per Egyptum et
Libyam per carceres et hoſpitalia et alia pia loca que ſu/
pererant eleemoſynas tranſmittebāt:et de ſuis ſanctis et
iuſtis laboꝛibus alios pauperes inualidos ſuſtentabāt:
adeo vt vix pauperes ſufficerent ad tantas eleemoſynas
receptandas. Jmmo quidam ex patribus in vltimis ere/
mis remotis ab hominibus exiſtentes/et operas ſuas vē
dere nō valentes/et de fructibus et herbis eremi ⁊ de ali/
qua agricultura viuētes/nihilominus laboꝛabāt:⁊ poſtq̄
cellas ſuis operibus implerāt: ignē eis apponebant:aſſe
rentes monachum nō poſſe in ſolitudine ſine laboꝛe ma/
nuum permanere. vt narrat Jo.caſſi.in.xij.libel.in lib. de
acidia. de abbate Paulo pꝛobatiſſimo patrum. Quanto
autem(quod eſt mirabile et notabile)magis contempla/
tiui quidam ex eis amplius manibus laboꝛabāt: vt patet
in Machario et Arſennio. Laboꝛabāt autem de palmis
funiculos faciendo et plectas/vaſcula lignea aut iuncea/
aut cingula.quidam eoꝛum erant fabꝛi. nā et Joſeph pa/
ter chꝛiſti putatiuus faber lignariꝰ fuit. Mat. xiij. Mar.
vi.Luc.iiij.⁊ ſimile Jo.vi.ibi.Nōne hic eſt filius fabꝛi?Au
gu.in ſermone natiuitatis. Eſt autē pater chꝛiſti faber deꝰ
qui totius mūdi opera fabꝛicatus eſt:arcā Noe diſpoſuit:
Moyſi tabernaculū oꝛdinauit: arcam teſtamēti inſtituit.
Fabꝛum dixerim qui mentē rigidā explanat: ac cogitatio/
nes ſuperbas excidit. Quidam ſcriptoꝛes/quidā agricul/
toꝛes/ quantum eis ſufficere poterat: quidam hoꝛtulani/
quidam eoꝛum tempoꝛe meſſis meſſoꝛes/de quo mercedē
recipiebant:nunc pecuniam/nunc alicuius ſpeciei granū:
quidam eoꝝ fabꝛicabant cellas:⁊ puteos fodiebant: qui/
dam clibanarij.Tradit Jo.caſſi.in.ij.lib.inſtitutoꝝ mona/
choꝛum Egypti ſic dicens. Operis autem ac ſudoꝛis aſſi/
duitatem quiſq; monachoꝛum ſubire compellitur: vt pꝛo
pꝛijs manibus iuxta apoſtolū.ij. Theſſa.iij.quotidianum
victum vel ſuis vſibus vel aduenientiū neceſſitatibus pa
rans/et faſtus vite pꝛeterite poſſit et delicias obliuiſci: et
humilitatem coꝛdis contritione laboꝛis acquirere. Et in
alio.c.eiuſdem libꝛi ſic dicit. Nam pariter exercētes coꝛpo
ris animeq; virtutes/exterioꝛis hominis ſtipēdia cū emo
lumentis interioꝛis exequantur: lubꝛicis motibus coꝛdis
et fluctuationi/et cogitationi inſtabili operum pondera
velut quādam tenacem atq; immobilem anchoꝛam pꝛefi/
gētes: cui volubilitas atq; peruagatio coꝛdis innexa/in/
tra clauſtra celle velut in poꝛtu tutiſſimo valeat contine/
ri: atq; ita meditationi ſpirituali tantum et cuſtodie cogi/
tatio intenta non modo ad conſenſum:non pꝛaue cuiuſq̄
ſuggeſtionis peruigilem mentem coꝛruere non ſinat : ve/
rum etiam ab omni ſuperflua otioſaq; cogitatione cuſto/
diat:ita vt quod ex equo pōderat aut facile poſſit a quoq̄
diſcerni.i.vtꝝ pꝛopter meditationem ſpiritualē inceſſabile
manuum opus exerceant:aut pꝛopter vigilitatem operis
tam pꝛeclarum ſpiritus pꝛofectum ſciētieq; lumen acqui/
rant. ¶ Jn quarto autem libꝛo ſic dicit. Et quum tantum
vnuſquiſq; eoꝛum quotidie de opere pꝛopꝛio reditum cō
ferat monaſterio: vt ex hoc nō ſolum ſuſtentare ſuam va/
leat parcitatem: verū etiam vſibus poſſit exuberare mul/
toꝛum: in nullo tamen inflatur: nec ſibi de tāto operis ſui
queſtu ac ſudoꝛe blāditur : ſed pꝛeter duo paxematia que
tribus vix denarijs ibidem diſtrahūtur:nihil ſibimet am/
plius vnuſquiſq; pꝛeſumat. ¶ Jtē in.v.lib.ſic dicit. Quū
quidam ſenioꝛum videret Symeonem italicum non ope/
rantem: conijciēs eum tam otij vagatione q̄ rerum penu
riā diutius in cella durare nō poſſe:certus neminem poſſe
impugnationes ſolitudinis tolerare:niſi quum quis pꝛo/
pꝛijs manibus ſibimet victum fuerit parare cōtentus : vt
daret Symeoni materiam laboꝛandi : quaſi indigeret ſe/
nioꝛ pꝛo quodam fratre ſuo libꝛo apoſtoli latine conſcri/
ptoꝛ:dedit illi membꝛanas et vtenſilia ad ſcribendū: et ne
ceſſitates quaſi pꝛo totius anni mercede:⁊ recepit codicē
ſcriptum illic nullis vſibus pꝛofuturum: quippe in illa re/
gione vniuerſis notitie lingue latine penitus ignaris : et
hac ſubtilitate charitatiua egit ille ſenioꝛ vt ille Symeon
ſine confeſſionis verecundia merito laboꝛis et operis ſui
neceſſaria victus alimenta perciperet: ⁊ ipſe ſue munificē
tie pietatem tamq̄ debiti neceſſitate compleret. ¶ Jtem
in eodem.v. lib. dicit ꝙ Archebius cenobita qui matrem
in quinquaginta annis non viderat : quamq̄ caſtrum de
quo fuerat amplius quatuoꝛ milibꝰ a ſuo monaſterio non
diſtaret : ſciens eam grauari a creditoꝛibus poſt moꝛtem
mariti debito cētum ſolidoꝛum/inter monaſterij clauſtra
perdurās ſolitum operis penſum ſibi triplicari popoſcit:
et per totum anni ſpatium diebus pariter et noctibus de/
ſudans debiti nodū operis ſudoꝛe creditoꝛibus ſoluens/
matrem omni inquietudinis iniuria liberam dereliquit.
¶ Jtem ſuper illud Mat.i. Erant enim piſcatoꝛes/dixit
Theophilus. Vide autē ex laboꝛibus pꝛopꝛijs enutritos:
tales enim digni/erant chꝛiſti pꝛimi diſcipuli fieri. Jtem
idem in.x.lib. de ſpiritu acidie apoſtolum commemoꝛans
exponit.ij.ad Theſſa.iiij.c. Rogamus autem vos fratres
vt abundetis magis:et operam detis vt quieti ſitis:et ve/
ſtra negotia agatis:et operemini manibus veſtris: vt ho/
neſte ambuletis ad eos qui foꝛis ſunt:⁊ nullius aliq̄d de/
ſideretis. Repete. Quieti ſitis.i.in veſtris cellulis cōmo/
rātes : ne diuerſis rumoꝛibus qui ſolent otioſoꝛum votis
vel fabulis generari/inquieti effecti: alijs quoq; inquietu
dinē inferatis. Veſtra negotia agatis:non curioſitate ve/
ſtra actus mundi velitis inquirere: ac diuerſoꝛum conuer
ſationem exploꝛantes operam veſtram nō erga coꝛrectio
nem veſtram ſeu virtutum ſtudia/ſed ad detractionē fra/
trum velitis impēdere. de qua detractione de peni. diſt.i.
homicidioꝛum.et.xc.diſt.alienus.Et operemini manibus
veſtris. Nullus enim poteſt vel inquietus non eſſe: vel
aliena nō curare negotia: niſi qui operi manuum ſuarum
non acquieſcit inſiſtere.Et honeſte ambuletis ad eos qui
foꝛis ſunt. Nunq̄ poteſt nec apud homines ſeculi ho/
neſte incedere : qui nequaq̄ clauſtris celle et operi ma/
nuum ſuarum inherere contentus eſt. Sed neceſſe eſt
eum inhoneſtum eſſe: dum neceſſaria victus requirit:adu

lationi quoqꝫ operam dare: nouitates etiam: rumorum ſectari: cauſarum fabularumqꝫ occaſiones acquirere: per quas ſibimetipſi aditum paret/ ac facultatem qua diuerſorum domos valeat penetrare. Et nullius aliquid deſideretis. Nō poteſt nō alienis donis et muneribus inhiare: qui nō delectatur pio quietoqꝫ labore operis ſui quotidiani victus parare ſubſtātiā. Et in .ij. epiſtola ad Theſſa. c. vlti. Denūtiamus autē vobis fratres in nomine dn̄i noſtri ieſu chriſti: vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulāte inordinate. Itaqꝫ ab iis qui vacare operi nolunt/ iubet ſubtrahi: et velut membra otij corrupta putredine deſecari: ne inertie morbus velut letale contagiū etiam ſanas membrorum partes tabe ſerpente corrūpat. ad hoc .xlv. diſ. ſed illud. xxiiij. q. iij. reſecande. ex̄ de ſta. mo. ea que. j. rn̄. Qm̄ non inquieti fuimus inter vos: neqꝫ gratis panē māducauimus. qui tamē poterat de euāgelio qd̄ predicabat/ viuere. q: dignus eſt operarius mercede ſua. Luc. x. j. ad Timo. v. Dign⁹ eſt operarius cibo ſuo. Mat. x. xij. q. ij. quicūqꝫ. j. ad Cor. ix. j. q. ij. ſacerdos. xiij. q. j. §. his ita. ex̄ de cenſib⁹. cum ex officij.

¶ P Quid nos faciemus: quibus nō ſolum nulla predicatio verbi cōmiſſa eſt: ſed nec vlla quidē/ niſi aīe noſtre ſolius cura mācipatur? Qua fiducia otioſis manibus gratis panē comedere audebimus: quē vas electionis euangelica predicatione cōſtrictus/ ſine opere manuū comedere nō preſumit: ſed in labore (inquit) et in fatigatione nocte et die operātes: ne quē veſtrū grauaremus? Si eīm ille qui euangeliū predicabat: ſignis illud virtutibuſqꝫ cōmēdans: ne grauaret quēpiam/ gratis manducare panē auſus nō fuit: quomodo illi nō exiſtimāt ſe grauare: qui quotidie eum otioſi preſumūt? Nō quaſi nos nō habuerimus poteſtatē: ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandū nos. Et quidē quum haberemus poteſtatem: ⁊ paterēt nobis facultates omniū veſtrū atqꝫ ſubſtantie: ⁊ vtēdi eis dn̄i noſtri noſſem me habere permiſſum: nō ſum tn̄ vſus hac poteſtate: ne qd̄ a me bene ⁊ licite fieret: aliis otij noxij preberet exēplum. Et idcirco euangelium predicans meis manibus volui ſuſtētari: vt vobis quoqꝫ volētibus iter virtutis incedere/ viam perfectionis aperirem: et conuerſationis formam meo labore preberē. Nā ⁊ quū eſſemus apud vos: hoc denuntiabamus vobis: vt ſi quis non vult laborare: non manducet. Audiuimus eīm quoſdam inter vos ambulare inquiete: nihil operātes: ſed curioſe agentes. His aūt qui eiuſmodi ſunt/ denūtiamus et obſecramus in dn̄o ieſu chriſto: vt cū ſilētio ſuū panē operantes māducent: nō gladio carnali eos addicēs: ſed authoritate ſpūſſancti vite eis interdicens ſubſtātiam: vt ſi forte penā future mortis minime cogitātes/ adhuc velint amore otij exiſtere contumaces: ſaltē naturali neceſſitate cōſtricti ⁊ metu preſentis interitus/ ſaluatoris precepta ſuſcipere cogantur. Qr ſi quis nō obedierit verbo noſtro: per epiſtolā hunc notate: et nō cōmiſceamini cum illo: vt confundatur. Ecce qui laborare recuſat et apoſtolo obedire: quaſi excōicatus debet ab oib⁹ euitari: vt publica oim ſegregatione cōfuſus/ ad tramitē ſalutis incipiat aliquādo reuocari. ¶ Item ad Ephes. iiij. Qui furabatur iam non furetur: magis aūt laboret manibus ſuis: quod bonū eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patientibus. ⁊ Act. xx. in fi. Ad omnia que mihi opus erāt: et iis qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſte oia. Oſtendi vobis q: ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos: ac meminiſſe verbi dn̄i ieſu. Beatius eſt magis dare q̄ accipere. xvj. q. j. predicator. ⁊ ex̄ de cele. miſ. cum marthe. §. verum. Hec eſt autem impertientis beatior largitas: q̄ accipiētis penuria: que non de pecunia pro infidelitate reſeruata/ nec de reconditis theſauris impēditur: ſed que de fructu operis proprij et pio ſudore profertur. Et idcirco beatum magis eſt dare q̄ accipere: quia quum illius qui accipit hic qui tribuit habeat paupertatem: nihilominus labore proprio non ſolū ſue neceſſitatis ſufficientiam/ verum etiam quod tribuat indigenti pia ſolicitudine parare feſtinat: duplici gratia decoratus: q̄ ⁊ perfectam nuditatem chriſti vniuerſarum ſuarum abiectione poſſideat facultatum: ſed et munificētiam diuitis labore ſuo exhibeat et affectu. Hic quidē honorās deum de ſuis iuſtis laboribus. Prouerb. iij. j. q. j. nō eſt putanda. Ille vero otij torpore ⁊ inertia ſolutus/ indignum ſe etiam cibo panis apoſtoli probat ſententia: quū contra interdictum eius panem edere otioſus preſumit. hucuſqꝫ Io. caſſi. Adde hic quod ſcripſi. j. in. §. ad partem contrariā. ver. xj. cū duobus ver. ſeq. et in additione ibi impoſita. et. j. §. hoc autem preceptū. ver. ſuper illud actu. in ar. lxv. Et idem in eodem lib. x. Solent autem ij qui ſunt hac ſegnitie diſſoluti/ nolentes opere manuum ſuſtentari: quibuſdam vti teſtimoniis ſcripturarū: quibus quoddam inertie velamen imponunt: dicentes/ Operamini cibum qui nō perit: ſed permanet in vitam eternam. Io. vj. et Io. iiij. Meus cibus eſt vt faciam volūtatem eius qui miſit me. ibi Orige. Idoneus cibus filio dei: quum actor paterne voluntatis efficitur: hoc velle in ſemetipſo preteſtans/ quod erat in patre. Solus autē filius perfecti operis paterne volūtatis eſt capax. Ceteri vero ſancti nil preter diuinam peragunt volūtatem. Plenam autem ⁊ integram dei facit voluntatem: qui dixit meus cibus ⁊c̄. Proprius enim cibus eius oſtenditur/ volūtatem patris facere. Sed ſm Io. caſſi. hec teſtimonia panni quidā ſunt: qui contegunt potius ignominiam otioſitatis et verecundie noſtre: q̄ calefaciant nos illa veſte virtutum. de qua Prouerb. vlti. Fortitudo et decor indumētum eius. et ſm Salomonem. Qui ſectatur otium ſtultiſſimus eſt. Prouerb. xij. Et ibidem. Manus fortium dominabitur: que autem remiſſa eſt: tributis ſeruiet. et Prouerb. xxj. Deſideria occidunt pigrum: noluerūt enim quicq̄ manus eius operari. Tota die concupiſcit et deſiderat. qui autem iuſtus eſt tribuet et non ceſſabit. et Prouer. xxviij. Qui operatur terrā ſuā: ſaturabitur panib⁹. qui ſectatur otiū: replebitur egeſtate. et Eccle. x. In pigritiis humiliabitur contignatio: et in infirmitate manuum perſtillabit domus. Et ſm eūdē Salo. non reperi in noſtra tranſlatione. ſed eſt ſententia hec. Prouerb. xxiiij. ibi. Per agrum hominis pigri tranſiui: et per vineam viri ſtulti: et ecce totum repleuerant vrtice: et operuerant ſuperficiem eius ſpine. Vie nihil operātium ſtrate ſunt ſpinis: id eſt vitiis. Et iterū Prouerb. xxj. quantum ad ſententiā. In deſideriis eſt omnis otioſus. de conſecra. diſt. v. numq̄. Et iterum Prouerb. xxj. Deſideria occidunt pigrum. His itaqꝫ exemplis per Egyptum patres eruditi nullo modo otioſos eſſe monachos/ ac precipue iuuenes patiuntur: actum cordis et profectum patientie et humilitatis vtilitate operis metientes. Et non ſolum a nullo quicq̄ ad vſum victus ſui accipere ſinunt: ſed etiam de laboribus ſuis non tantum ſuperuenientes et peregrinos reficiunt fratres: verum etiam per loca Libye que ſterilitate laborant: necnō etiam per ciuitates iis qui ſqualore carcerum contabeſcūt: immanem dirigunt alimonie ſubſtātiam: de fructu manuum ſuarum rationabile ac verum ſacrificium dn̄o tali oblatione ſe offerre credentes. Hec eſt autem apud Egyptum ab antiquis patribus ſancita ſententia/ demone vno monachum operantem pulſari: otioſum vero innumeris ſpiritibus deuaſtari. hucuſqꝫ Io. caſſi. in prealleg. lib. x. Item in vltima collatione patrum que eſt. xxiiij. verba Abrae anachorite. Preferēdus eſt manuū labor otioſe in hac parte meditationi ſcripturarum: infructuoſe lectionis inſtantie: ſm apoſtolicam authoritatem et ſeniorum inſtituta: quia qui ſani corporis eſt ac robuſti: ſtipe aliena ſuſtentari nō debet: que iuſte ſolis eſt debilibus attributa. Nam vtiqꝫ agape: id eſt charitate vel ſtipe aliena certum eſt omne genus hominum ſuſtentari: etiam ipſos reges: quod propriis manibus non laborat. nam maiorum habet definitio: quicquid ad neceſſitatem quotidiani victus inſumitur: quod opere manuum noſtrarum effectum partūqꝫ nō fuerit: ad agapen referri debere ſanxerūt. ſm Apoſtolū qui otioſis penitus

interdicēs opē largitatis aliene/qui (inquit) nō operat: non manducet.ij.ad Theſſa.vlti. Itē in vitis patrum. Abbas ſyſoy ait. Corporalis labor dux eſt humilitatis. Item dixit Abbas Achillas Abbati Amon. Ego hac nocte.xxij. vlnas funiculi operatus ſum: ⁊ in veritate nō indigeo: ſed propterea laboro ex omni virtute mea: vt ab opere ad orationē tāq̄ ad requiē veniā. Itē dixit alter ſenex. Labor et humilitas ⁊ oratio ſine ceſſatione poſſidēt chriſtū. nam requies ⁊ iuſtificatio propria et volūtas impedimēta ſunt. oēs em̄ pene per ea perierunt. Item dixit quidā frater abbati Syſoy. Si habeo aliūde ſufficiētiā: videtur tibi vt cogitem de labore manuum? Rn̄dit. Quātūuis habeas: nō negligas operari: et quantū potes/fac: nō tamē cū turbulento animo. Itē Serapion preſbyter pater erat quaſi.x. miliū monachoꝝ: qui oēs ex laboribus ꝓpriis et mercede manuū viuebāt: quā tēpore meſſis acquirebāt: ⁊ partē plurimā ad supradictū ſenem ꝑ pauperibus deferebāt. Omnibus em̄ pene Egyptiis monachis moris erat/tempore meſſis locare operas ſuas ad partē frumenti habendam: de quo magnā partem pauperū vſibus offerebāt: ſed nec intra Egyptum ſufficiebāt pauperes qui poſſent mie eoꝝ fructus ⁊ largitatem abſumere: ſed in Alexandriā naues onuſte frumēto huiuſmodi dirigebātur: vel in carcere concluſis vel reliquis peregrinis ⁊ pauperib⁹ erogādo. Docuit etiā magnus Antonius Paulū ſimplicē quō digitis corporis opus carnale: cogitatione vero mētis ⁊ intentione operaret̄ que dei ſunt. Itē interrogatus abbas ſyſoy quomodo oportet monachū ſedere in cella. Rn̄dit. Quātum ad id qđ in manifeſto eſt: hoc eſt vt opus manuum faciat: et ſemel comedat: ⁊ taceat: ⁊ meditetur. Occulte aūt in cella ꝓficere eſt: hoc eſt vt redarguat ſeipm̄ vnuſquiſq; de propriis exceſſibus in omni loco ad quē perrexerit: ⁊ vt miniſterij horas cuſtodiat: ⁊ de occultis non negligat. Si autē tēpus contigerit q̄ vacet ab opere manuū: intret ad miniſteriū operis dei: et id ſine aliqua perturbatione conſummet. Finis autem hoꝝ eſt vt cogitatū bonū ſimul teneat: et reuocet a ſe maloꝝ cogitatū. Itē de Hilarione legitur q̄ fiſcellas iunco texens emulabatur monachorum Egypti diſciplinā. et Apl̄m dicentē/qui nō laborat nō mā ducet.ij.ad Theſſa.vlti.ad Ephe.iiij. de cōſe.diſt.v.nūq̄. Item de eo legitur q̄ quum vadēs per mūdū ad inſulam perueniſſet: in deſerto agello manēs/lignoꝝ quotidie faſcem colligēs/imponebat dorſo: quo venūdato ſibi alimoniam et iis qui forte veniebāt ad eū/ pauxillū panis emebat: q: nec fragmē panis a quoq̄ accepit. Itē quum Macharius maior veniſſet ad Antoniū: et loquerētur ſero de humilitate animarū: et operarētur: vidēs Antonius magnū opus plectarum qđ fecerat Macharius/admiratus eſt: et oſculatus eſt manus eius dicens/Multa virtus de manibus iſtis egredit̄. In monaſterio Euticij narrat Grego.in dialo. erāt antiquarij libros ſcribentes: ⁊ ipe abbas Euticius in valle fenum ſecabat: ⁊ falcem fenariā in collo deferēs veniebat. Omnes etiā monachi de vita manibus cōficiebant linteamina: ex cuius operis emolumēto nulli eorū quicq̄ deficiebat ad vitā. Regula data Pachamio ab āgelo dicit. Permittas vnicuiq; vt tātū quātū poſſit ⁊ cibi ſumat et potus: et iuxta manducantiū et bibentiū vires paribus quoq; eos operib⁹ ſubiugabis. Et neq; queq̄ ieiunare vel manducare ꝓhibeas: ita tamē vt fortioribus et magis edentibus ſemper onus grauius iniungas. Infirmiores autem et vere monachi ad operandū leuius vrgeantur. Philothonius monachus ex quo gratiam baptiſmi ſuſcepit: ſine cauſa ſe alterius vſum pane neſciuit: et ex laboribus propriis elephantioſis. cc. ſolidos dedit.

Liconius preſbyter nūq̄ de ſolitudinibus egreſſus eſt ꝑ xl. annos fungens officio ſacerdotis: nec niſi ꝓprio opere et ſudore queſitum attigit panē. Venerūt quidā patres ad quēdam leproſum vt darēt ei eleemoſynam: ille nō acquieuit accipere/dicens. Ecce modicas palmulas habeo quas operoꝝ: et facio plectas ex eis: et māduco panē. Et iterum venerūt ad domū cuiuſdā vidue que habebat filios: ⁊ quum pulſarent oſtiū: cucurrit filia nuda ad oſtiū: mater vero iuerat ad opus: erat em̄ candidatrix: et dabāt filie eius veſtimētum et nūmos: ipſa autē nolebat accipere dicens veniſſe matrē ſuā et dixiſſe ſibi/cōfide filia: quia noluit deus: et inuenio opus qđ facio hodie vnde habeamus victū noſtrū. Et quum veniſſet mater eius: rogabāt eam vt eleemoſynā acciperet: ⁊ noluit dicens. Ego habeo curatorē deum meū: ⁊ vos vultis eum tollere a me hodie. Illi autem agnoſcentes fidem eius glorificauerunt deū. Iſta etiam duo exēpla proxima poſui.ſ.in.§.nūc vero.ver. quidam.cū ſeq.in ar.liiij. Iterū dixit ſenex. Surgens mane dic ad teipſum. Labora corpus vt paſcaris. ſobria eſto aīa vt apprehendas hereditatē. hoc de vitis patrū et collationib⁹ intuli. Et recuſantes hodie manib⁹ laborare cōfundantur: et timeant mortem panem comedētes otioſi: q: ſcribitur Prouerb.vlti. Et panem otioſa non comedit: et date ei de fructu manuum ſuarum. Et Hiero.in canone de cōſe.diſt.v.nūq̄.dicit. Semper aliquid facito: vt te diabolus inueniat occupatū. ⁊ ſequitur ibi. Si apoſtoli habētes poteſtatē de euāgelio viuere/laborabāt manib⁹ ſuis ne quē grauarēt: et aliis tribuebāt refrigeria quoꝝ pro ſpiritualibus debebant metere carnalia.ſ. Coꝝ.ix. ex̄ de preſcrip.cum officij.de cenſi.cū apoſtolus.cur tu in vſus tuos ſucceſſura non prepares? vel fiſcellam texe iunco: vel caniſtrum lētis plecte viminibus: ſeratur humus: areole equo limite diuidātur: in quibus quum olerum iactata fuerint ſemina: vel plante per ordinem poſite: aque ducantur irrigue. Inſerātur fructuoſe arbores vel gēmis vel ſurculis: vt paruo poſt tēpore laboris tui dulcia poma decerpas. Apū fabrica aluearia ad quas te mittūt Salomonis prouerbia.texantur quantū ad ſententiā. Prouerb.xxiiij.ibi. Comede fili mi mel: quia bonum eſt. quātum ad literā in eccleſiaſtico dicitur Eccliaſti.xi. Breuis in volatilibus eſt apis ⁊c. lina capiendis piſcibus. ſcribantur libri vt et manus operetur cibos: et anima lectione ſaturetur. In deſideriis autem eſt omnis otioſus. Prouerb.xxi. Egyptiorū monaſteria hunc morem tenent: vt nullum abſq; opere ⁊ labore ſuſcipiāt: nō tam propter victus neceſſarie/q̄ propter anime ſalutē: ne vagentur peruerſis cogitationibus et ad inſtar fornicantis iſrael omni tranſeunti diuaricent pedes ſuos.xxxij.q.v. paulus. in fine. huc uſq; Hiero. ſcribens ad Ruſticum monachū ⁊ per eum alios monachos inſtruens.vt dicit in fine.c.predicti. Item ibi Hierony.in canone.xxi.q.ſ.quomodo.exponēs verbum Apoſtoli.ſ.ad Timo.v. Vidua/inquit/eligatur non minus.lx.annorum que fuerit vnius viri vxor: hoc eſt preceptū de eis viduis que eccleſie paſcuntur eleemoſynis: et idcirco etas preſcribitur: vt ille tantum accipiant cibos: que iam laborare nō poſſunt.et.ſ. poſitum eſt. Itē Proſper in canone preall. ſ.q.ij. ſacerdos. Quid eſt de euangelio viuere: niſi laborātem inde vbi laborat neceſſaria vite percipere? Qui ergo in euangelio nō laborat: quomodo poteſt eleemoſynam recipere: quam tamē Paulus non recipit viuens de ſuis laboribus: vt ibi dicitur. vt gyrouagis ⁊ pſeudo religioſis tolleret materiam mendicandi: et daret materiam laborādi. vt ſuperius eſt probatum. Preterea canon preallega. lxxxij.diſt.c.epiſcopus.dicitur. Epiſcopus pauperibus vel infirmis qui debilitate faciēte ſuis manibus laborare nō poſſunt: veſtitum et victum inquantum ſibi fuerit poſſibile/largiatur. ergo a ſenſu cōtrario/ſi laborare poſſunt: nō debent eleemoſynam recipere. Item vere ſm̄ Augu. in canone.v.q.v.non omnis. xxiij.q.iiij.nimium. vtilius eſurienti panis tollitur: ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat: quia iuſtum eſt ſm̄ Apl̄m.ij. Theſſa.vlti. Qui nō laborat non manducet: q̄ panis ei frāgitur: vt iniuſtitie ſeductus acquieſcat.i.ignauie ⁊ acidie: q: homo naſcitur ad laborē. Iob.v. ergo iuſtum eſt vt laboret. vbi Bernar. Homo ad laborē natus/ſi laborem refugit: nec facit ad qđ natus eſt: ad qđ venit in mūdum: quid reſpondebit ei qui miſit eū?

qui inſtituit vt laboꝛaret? Itẽ ſuper illud Mat. vj. Ideo
dico vobis ne ſoliciti ſitis aĩe veſtre q̃d mãducetis: nec coꝛ
poꝛi veſtro q̃d induamini. Aug. de hereſibus. dicunt autẽ
Eutichide quidã heretici opinãtes monachis nõ licere ſu
ſtẽtande vite ſue cauſa aliquid operari: atq̃ ita ſeipſos ꝓ
fiteri vt oĩno ab operibus vacẽt. Itẽ Aug. de operib⁹ mo
nachoꝝ. Inquiũt enim. nõ de hoc opere coꝛpoꝛali in quo
vel agricole vel opifices laboꝛant/ pꝛecepit apl's quũ dice
ret. ij. Theſſa. vlti. Qui nõ vult operari nõ mãducet. Neq̃
euãgelio poſſet eẽ cõtrarius vbi ait dñs. Ideo dico vobis
ne ſoliciti ſitis aĩe vr̃e ⁊c. In verbo ergo apl'i pꝛedicto ſpi/
ritualia opera debemus accipere: de quib⁹ alibi dicitur. j.
Coꝛ. iij. xix. di. ſcd'm. ex de deci. cũ nõ ſit. Ego plantaui: apol
lo rigauit. Et ita ſe arbitrãtur apl'ice ⁊ euãgelice obtẽpera
re ſentẽtie: quum euangeliũ credũt de non curãda coꝛpoꝛ
rali huius vite indigẽtia pꝛecepiſſe: et Apl'm de opere ⁊ ci
bo ſpũali intellexiſſe. Qui nõ vult operari nõ manducet.
Pꝛius ergo demonſtrare debemus Apl'm opera coꝛpoꝛa
lia ſeruos dei operari voluiſſe. pꝛemiſerat em̃ dicens. ij. ad
Timo. vlti. Ipſi em̃ ſcitis quomodo opoꝛteat imitari nos:
qm̃ nõ inquieti fuimus iter vos: neq̃ panẽ ab aliquo gra/
tis manducauimus: ſed in laboꝛe et fatigatione die ac no
cte laboꝛãtes: ne quẽ veſtrũ grauaremus. Nõ quaſi nõ ha
buerimus poteſtatẽ: ſed vt noſmetipſos foꝛmã daremus
vobis ꝙ nos imitaremini. Nã et quũ eſſemus apud vos:
hoc denũtiabamus vobis: qm̃ ſi quis nõ vult operari: nõ
manducet. Quid ad hoc dici poteſt: qñ exẽplo ſuo docuit
quod pꝛecepit. ſ. coꝛpoꝛaliter operãdo? Nã ꝙ coꝛpoꝛaliter
operaret̃ oſtẽditur in actibus vbi dicit̃ Act. xviij. ꝙ manſit
cũ Aquila et vxoꝛe eius Pꝛiſcilla opus faciẽs apud illos:
erant em̃ tabernaculoꝝ artifices. Noſtra tranſlatio ſic ha
alijs qui ſine obedientia viuunt:ſubtile eſt vitiū iſtã ſan/
ctam obedientiã enumerans.⁊ vocatur ſm grecos idiox
thimia.i.proprie voluntatis motus/ordo/regula/forma/
amor/⁊ cõplacẽtia ſub ſpecie ſpiritus q iſtos Begardos
decipit ⁊ alios fratricellos.Qui eñ iſtam idioxthimiam
ex toto penitus abnegauit:in ijs etiã que arbitrat bona
⁊ ſpiritualia et deo placentia ante tranſuadare peruenit
ſm Clima.in.iiij.gradu de obediẽtia.Dicebat eñ almus
Franciſcus ꝙ ſi ſubditus videat meliora anime ſue/ꝙ ea
que ſibi prelatus precipit:ſuã voluntatem deo ſacrificet.
que autẽ ſunt prelati ſtudeat adimplere:nã hec eſt chari/
tatiua obedientia.de qua Petrus in prima epiſtola.j.ca.
Animas veſtras caſtigãtes in obedientia charitatꝭ.que
deo ⁊ proximo ſatiſfacit.vnde pulchre Daniel in collatiõe
ſua de cõcupiſcentia carnis ⁊ ſpūs ait.Unū ſane atqꝫ idẽ
inobedientie genus eſt vel propter operationis inſtantiã
vel propter otij:deſiderium/ſenioris violare mandatum.
tamqꝫ diſpendiū eſt pro vigilia ꝙ pro ſomno ſtatuta mo/
naſterij cõuellere.Tm̃ deniqꝫ eſt abbatis trãſire preceptū
vt legas:quantū ſi contẽnas/vt dormias.nec alius ſuper
bie fomes eſt pro ieiunio fratrẽ ꝙ pro refectione neglige/
re:niſi ꝙ pernicioſiora ⁊ a remedijs longiora ſunt vitia q
ſub ſpecie virtutū ⁊ imagine ſpiritualiū rerum videntur
emergere:ꝙ illa q ex aperto pro carnali voluptate gignū
tur.Hec enim velut expoſiti ⁊ manifeſti lãguores ⁊ argu
unt cõminus ⁊ ſanantur:illa vero dum ſub ſpecie.xlj.diſt.
ſepe virtutum teguntur:incurata perdurant:⁊ deceptos
quoſqꝫ pericoloſius faciunt ac deſperatius egrotare.Tã
dem cõtra iſtum errorem dicebat frater Egidius ſocius
ſancti frãciſci:ꝙ qui poſuit caput ſub iugo obedientie:et
poſtea vt ſequatur viã perfectionis/extrahit caput de ſub
iugo obedientie:hoc eſt ſignū magne latentis ſuperbie.
Propter omnia bona predicta obedientie abbas Ioan/
nes anachorita dimiſſa eremo ⁊ profeſſione anachoreſe/
os/cõuolauit ad monaſterium:vt bono obedientie frue/
retur:⁊ ſe ſub obedientia humiliaret.vt narrat Io.caſſi.
in li.colla.in collatiõe eiuſdẽ Io.de fine cenobite ⁊ eremi/
te.Begardi vero ſuperbi non deo ſicut dicunt obediunt
ex quo nolunt propter ipſum prelatis mundi rectoribus
obedire.Et hic eſt iungendū quod dixi latius de obediẽ/
tia.j.in materia in qua de omnibus religioſis tracto in.§.
⁊ ſecundū.lxviij.ar.¶ Quod vero dicunt dicti Begardi
ꝙ poſtꝙ perfectꝰ eſt quis:ad nulla precepta eccleſie obli/
gatur:certum eſt eſſe erroneum manifeſte:ſicut apparet
xxiiij.q.j quod precipitur. Item canones ab eccleſia editi
ſpirituſancto dictante editi ſunt.l.di.ſiquis diaconꝰ.xxv.
q.j.violatores.ij.ad Timo.iij.ibi.Omnis ſcriptura diuini
tus inſpirata ⁊c.⁊.ij.Pe.j.c.in ſi.ibi.ſꝫ ſpirituſancto inſpi/
rati locuti ſunt ſancti dei homines.ergo quilibet eſt obli/
gatus ad eos ſeruandos ſicut precepta dei.ad hoc.xxv.q.
j.nulli fas.⁊.c.prĩa ſalꝰ.⁊.c.gñali decreto.c.oĩa decretalia.
⁊.c.hec cõſona.xix.di.ſi romanorū.Qḋ eñ eccl'ia mãdat:ſi
expſſe ɔtra deū nõ mãdat:chriſtꝰ ⁊ Petrꝰ mãdat.xix.di.ſic
omnes.xxiiij.q.j.manet.c.quodcumqꝫ.Mat.xvj.xix.diſt.
enimuero.xxv.q.ij.inſtitutionis.xj.di.hoc veſtre.xij.di.nõ
decet.⁊.c.preceptis.Unde tranſgrediens precepta eccle/
ſie infamis eſt.iij.q.iiij.ſiquis vero.⁊ deponi meretur.iiij.
diſtin.§.hoc etiam ſi legibus.ad hec.xx.di.ſi decreta.lxxxj.
di.ſiqui ſunt preſbyteri.xij.di.illud.xix.di.nulli fas.xvj.diſ.
quod dicitis. Item ſicut ꝑcepta diuina principaliter or/
dinant hominẽ ad amorem dei:ita precepta eccleſie ⁊ ſta/
tuta ordinant ad amorem proximi conſeruandum.vtrūqꝫ
autem amor dei ⁊ proximi imperatur Matth.xxij.Mar.
xij.⁊ Luce.x.Diliges dñm deum tuum et proximum ſicut

Obediẽtie hoīꝑſtite cõmẽdatio

Sacris canonibus eſt obſequẽdum.

teipſum.de peni.di.ij.charitas.ij. Pꝛeterea qđ pꝛecipit ec
cleſia:aut eſt cōtra deū:⁊ tunc non tenemur obedire.vt.ſ.
ver.pꝛeterea.pꝛobatū eſt:aut eſt ſm deum:⁊ tunc deus pꝛe
cipit:q: de⁹ per eccleſiam nobis loquitur.ſm illud Mat.
x. Non eñ vos eſtis qui loquimini:ſed ſpiritus patris ve
ſtri q̄ loq̄tur in vobis.Et Hiere.j.Ego ero in oꝛe tuo:⁊ ſi
ſeparaueris pꝛecioſum a vili:q̄ſi os meū eris.Hier.xv.

# Urſus quod dicunt

Begardi ⁊ allegāt pꝛo ſe verbum Pauli.ij.
ad Coꝛ.iij.Ubi ſpiritus dñi:ibi libertas.Et
Gala.v.ibi. Si ſpiritu dei ducimini:non
eſtis ſub lege.⁊.xix.q.ij.due ſunt.⁊ ex̄ de regula.licet.ſed cō
tra eos eſt.Sed ipſi ceci ⁊ carnales equiuocant libertatē
Iſti eñ carnales totaliter qui ſunt pꝛopꝛie de illis hereti
cis:de ſpū libertatis de peccato ſibi conſcientiā non faciūt
dicunt enim/modo eſt temp⁹ tertiū ſpirituſſancti. Diſtin
guunt enim totū tempus a creatione mundi vſq; ad con
ſummationē ſeculi in tria tēpoꝛa.⁊ dicunt ꝙ pꝛimū tēpus
creationis vſq; ad chꝛiſtū/fuit tempus patris. Secundū
tempus ab incarnatione chꝛiſti vſq; ad aduentū ſpiritus
ſancti/fuit tempus filij.⁊ tempus redemptionis a miſſio
ne ſpirituſſancti/vſq; ad finem mundi / eſt tempus ſpiri
tuſſancti/⁊ tempus libertatis ad faciendū quicquid ho
mini libet.nec reputant hic aliquid malū eſſe. Sed iſte er
roꝛ eoꝛum eſt periculoſioꝛ omniū:q: otium erroꝛem inclu
dit.ab antiquis hereticis oꝛiginē traxit:⁊ in iſtis tempoꝛi
bus nouiſſimis pꝛopinquis perditionis filio antichꝛiſto
multū inualuit ⁊ inualeſcit ⁊ inualeſcet. Unus eñ ex eis
dixit:nō eſt diu qui erat ex epiſcopatu tudertino:ſicut fuit
pꝛobatum per teſtes me ibi exiſtente:ꝙ nihil aliud erat in
fernus:niſi non facere pꝛopꝛiam voluntatē.⁊ paradiſus
non erat aliud:niſi facere in omnibus pꝛopꝛiā voluntatē
⁊ vti in omnibus pꝛopꝛia libertate.De peccato ergo aliq̄
conſcientiā aliquam ſibi non faciunt/maxime de peccato
carnis:ſicut patet.ex̄ de hereti.ad noſtruȝ.in.vij.erroꝛe.⁊
dicam.j.in.§.ſeptimo.pꝛopter qđ omnes ſunt immūdi:ſic
ut manifeſtū eſt per eoꝛū pꝛopꝛias confeſſiones/⁊ fideles
atteſtationes habitas in diebus meis/maxime in partib⁹
lombardie:⁊ in pꝛouincia ducatana que eſt pꝛouincia bti
Frāciſci.Caput autē iſtius ſecte/ſpiritus libertatis iſtis
tempoꝛibus fuit Dulchinus lombardus:qui fuit cōbuſt⁹
cum quadā ſua meretrice in lombardia pꝛope vercelleñ.
ciuitatem.Iſti ſunt quos litera ſacre ſcripture occidit.ij.
Coꝛ.iij.male ⁊ carnaliter per eos intellecta.⁊ ſpiritus cu
ius libertatem allegant:non viuificat:quia ad literam in
telligere volunt verba ſcripture de libertate loquētia ad
ſuas feditates nefarias confouendas. Contra hos igit̄:
pꝛimo petrus apoſtoloꝛum pꝛim⁹ pꝛedixit ⁊ ſcripſit.j.Pe.
ij.ibi/Quaſi liberi:⁊ nō quaſi habentes malitie libertatē
ſed ſicut ſerui dei.q.d.nulla vera libertas ſimpliciter ſine
ſeruitute ſancta iuſtitie vt inferius declarabitur.Item.ij.
Pe.ij.de iſtis pꝛedixit ibi.Hi vero velut irrationabilia pe
coꝛa.⁊.j.ibi.Superbia enim vanitatis loquentes/pellici
unt in deſiderijs carnis luxurie eos qui paululū effugiūt
qui in erroꝛe cōuerſati libertatem illis pꝛomittentes quū
ipſi ſint ſerui coꝛruptionis.A quo eñ quis ſuperatus eſt:
eius ⁊ ſeruus effectus eſt.facit ad hec.ij.q.vij.ſecuti ſunt.
⁊ de pe.di.ij.ſi enim.vltra quatuoꝛ colū.℣.petrus.¶ Iteȝ
vera libertas eſt vbi peccatum non eſt.vnde Io.viij.Ois
qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.⁊.j.ibi.Si ergo fili⁹
vos liberauerit:vere liberi eritis.Item paulus ad Rom.
vj.Liberati auteȝ a peccato/ſerui facti eſtis iuſtitie.⁊.j.in
eodem.c.Nunc vero liberati a peccato/ſerui autem facti
deo/habetis fructum veſtrū ⁊c.De libertate a peccato lo
quitur apoſtolus.j.ad Coꝛin.ix.in pꝛin.Non ſum liber.nō
ſum apoſtolus.ad Gala.v.Uos enim in libertatē vocati
eſtis fratres:tātū ne libertatē detis in occaſionem carnis
ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicē.Hic paul⁹ iſtū
erroꝛem deſtruit:quē longe ante pꝛeuidit. Contra iſtum
erroꝛem lōge diſputat Aug.ſuper Io.in homi.ſupꝛa euā
gelium.Dicebat ieſus ad eos.Io.viij.¶ M Circa iſtū
erroꝛem ſciendum eſt.ꝙ duplex ſeruitus in ſcriptura inue
nitur.Una eſt ſeruit⁹ legis que ex timoꝛe pene operatur.
de qua Gala.iiij.in ſi.Itaq; fratres iam nō ſumus filij an
cille:ſed libere.Eſt alia ſeruitus peccati de qua in pꝛe.ca.
Io.viij.dicit domin⁹.Qui facit peccatū.ſeruus eſt pecca
ti.⁊ Matth.vj.Non poteſtis ſeruire deo ⁊ māmone.Qui
cumq; enim paſſioni obedit: ſeruus eſt paſſionis: q: cum
gratia pꝛecedente poteſt homo paſſionibus dominari et
ſubijcere obedientie rationis.vnde Geñ.iiij.Sub te erit
appetitus:⁊ tu dominaberis illius.⁊ Actu.xx.Non facio
animā meā.i.animalitatem.i.ſenſualitatē:de qua ex̄ de he
reticis ad noſtrū.in Clemē.pꝛecioſioꝛem ꝙ̄ me.ſcilicet ra
tionem ⁊ intellectum.q.d.poſſum per rationē ſenſualitati
dominari.Uera ergo ⁊ pꝛima libertas eſt ſm Aug.carere
criminibus.verus liber quē dei fili⁹ liberauit.pſ.lxxxvij.
quia inter moꝛtuos ſcilicet peccato/liber chꝛiſt⁹ a pecca
to liberos facit:quod peccatum ipſe poꝛtauit ſuper lignū
crucis.j.Pe.ij.vt peccatis moꝛtui iuſtitie viuamus:⁊ libe
rando nos a peccato/ſeruos fecit iuſtitie ⁊ virtutis.ſerui
eram⁹ cupiditatis:liberati ſerui efficimur charitatis. Nō
ergo:vt dicit Aug.in dicta homili. dicat chꝛiſtianus liber
ſum.in libertatem vocatus ſum.ſeruus eram: ſed redem
ptus ſum:⁊ in ipſa redemptione liber factus ſum.faciam
quod volo.nemo me pꝛohibeat a voluntate mea. ſi liber
ſum:ſed ſi iſta voluntate ⁊ libertate peccatum facis:ſeru⁹
es peccati.noli ergo libertate vti ad peccandū libere: ſed
vtere ad non peccandum. Erit eñ voluntas tua libera:
ſi fuerit pia:eris liber:ſi fueris ſeruus.liber peccati/ ſeru⁹
iuſtitie/dicente Apoſtolo.ad Ro.vj.Quū ſerui eſſetis ⁊c.
vt.ſ.℣.Item vera.hucuſq; Aug.In iſta ergo vita vera li
bertas incipit:q: incipimus carere peccatis: et deteſtari
crimen:quod moꝛtale ſonat.xxv.di.§.criminis. quia nul
lus liber ab omni peccato veniali:vt.ſ.§.⁊ vnus.in pꝛinci
pio iſtius articuli pꝛobatum eſt:niſi chꝛiſtus ſolus cū ma
tre.libertas iſta ibi ꝯpleta erit.ver.peccatum non erit.Et
ideo dicit apoſtol⁹ Gala.iiij.Que autē deſurſum eſt hie
ruſalem que eſt mater noſtra:libera eſt.In hac autē vita
partim ſumus liberi/inquantum ſumus virtuoſi ⁊ in gra
tia.Partim ſerui/inquantum peccato ſaltē veniali/obno
xij.dei enim electi delectantur in hac vita legi dei ſm inte
rioꝛem hominē.i.ſpiritum.Ro.viij.Iſta eſt libertas appe
tens deo ſine offenſione ſeruire.vident autem aliā legem
in membꝛis eoꝛū repugnantem legi mentis eoꝛū:⁊ capti
uos eos ducentem in lege peccati que eſt in membꝛis eo
rum.Ro.vij.de con.di.iiij.c.ij.Si captiui:ergo ſerui.vbi er
go delectamur legi dei:nō ſumus captiui: ſed legis amici
⁊ ideo liberi:q: amici vbi aūt trahimur a lege peccati:qđ
eſt in carne:ibi ſerui.per peccatum ergo pꝛimus adā ma
ledictus.Geñ.iij.Maledicta terra in opere tuo.⁊.j.Spi
nas ⁊ tribulos germinabit tibi.terra coꝛpoꝛis germinat
tentationes ⁊ punctiones carnales ante peccatum liberi
vnde ⁊ chanaan fili⁹ Cham pꝛo peccato patris a noe auo
maledicitur:⁊ in ſeruituteȝ redigitur.Geñ.ix.j.q.iiij.§.ijs
ita.℣.Item Cham.Secūdus adam chꝛiſtus a peccato li
ber dignitatem nobis tribuit:⁊ reſtituit libertati:vt pec
catis moꝛtui ⁊ liberi iuſtitie viuamus in gratia ⁊ tādem
in gloꝛia paſſione peccati liberi.Et ideo Io.viij.dicit dñs
Si filius liberauerit vos:vere liberi eritis.Totū hoc fuit
figuratum in filijs Sare libere.Ex Sara eñ libera q̄ in
terpꝛetatur dña:natus eſt Iſaac:qui interpꝛetatur riſus.
Geñ.xxj.xxxij.q.iiij.recurrat.Ex hoc naſcuntur filij liberi:
qui ex letitia ⁊ libere ex charitate abſq; timoꝛe bonū ope
rantur.xxiij.q.vj.§.ex ijs.et cauent a malo amoꝛe iuſtitie.
Ex Agar ſerua ancilla de egypto naſcitur hiſmael homo
ferus.manus eius cōtra omnes:⁊ manus omniū contra
eum.Geñ.xvj.Ex iſto naſcuntur ſerui peccati:qui etſi ali
quando bonum agunt:agunt ex timoꝛe potius ꝙ̄ amoꝛe
ex̄ de regu.iuris.qui ex timoꝛe.⁊ tales ſe vēdunt diabolo

Seruit⁹ duplex.

peccatorũ ere.xv.q.i.non eſt. Iſti non manẽt in domo dei
in eternum. Ioã.viij.ſed in iſta vita habet munera.de dit
Iſaac filio legitimo hereditatẽ.Geñ. xxv.q: liberi a pec⸗
cato ⁊ ex amore filiali:non timore ſeruili bonũ operantes
habent hereditatẽ immarceſſibibẽ conſeruatam in celis
cuſtoditi per fidem.ij.Pe.i.c.heredes dei:coheredes aũt
chriſti.Ro.viij.tales vocati filij ⁊ nõ ſerui qualiter here⸗
des.ad Gala.iiij.hiſmahel aũt et ab eo deſcendentes/et
ipſum imitantes/non erũt heredes cũ filijs Sare:ſed eij⸗
ciuntur cum ancilla.Geñ.xx.matre.i.carne ſerua in tene⸗
bras exteriores.Matth.viij.xxv.⁊.xxij.libertatem ſeruã⸗
tes:quã chriſtus filius dei liber dedit eis.i.peccatũ odien
tes et amore patrie ⁊ cauentes.cum chriſto libero regna⸗
bunt in libertate perpetua: in illa celeſti hieruſalẽ matre
libera.Gala.iiij.libera inquã a neceſſitate rerum huius
mundi.ab impugnatione demonum et vitiorũ.a miſeria
corporum ⁊ ſeruitute que corrumpuntur quotidie. vnde
precatur.pſ.cxlj.Educ de cuſtodia animã meam.alia lite
ra habet carcere.Iob.xiij.Poſuiſti in neruo pedem meũ
⁊Eſa.xiiij.In die illa quũ requiem dederit tibi deus a la⸗
bore tuo/⁊ a concuſſione tua/⁊ a ſeruitute dura qua ante
ſeruiuiſti:ſumes parabolã iſtam: ⁊ dices:Quomodo ceſ⸗
ſauit exactor.i.diabolus tyrannus errorum. quieuit tribu
Seruitu tum vitiorum:Tria autẽ ſunt que captiuitatem ⁊ ſeruitu
teʒ indu tem inducunt.ſcilicet voluntas/quum quis voluntarie
centia. hoſti ſubijcitur:ſicut iudei Antiocho.i.Macha.i.⁊ hic vi⸗
de quod legitur ⁊ no.xxix.q.ſi.c.perlatũ.Hoſtilitas:quũ
quis ab hoſte in iuſto bello capitur.ſ.di. iuſgentiũ. vbi de
hoc.Natiuitas:quum quis in ſeruitute naſcitur.ex de ſer⸗
uis non or.c.ſi.Huic triplici ſeruituti ⁊ captiuitati ſubia⸗
cebat humana natura ante ꝙ eam dei filiꝰ liberaret.Adã
namqʒ propria voluntate hoſti ſe ſubdidit.vt pre.c.nõ eſt
xv.q.i.ar.Unde Anſelmus ait in libro cur deus homo. In
paradiſo ſine peccato factus quaſi poſitus eſt pro deo in⸗
ter deum ⁊ diabolum:vt vinceret diabolum nõ conſentiẽ
do ſuadenti peccatum ad excuſationem ⁊ honorem dei ⁊
ad confuſionem diaboli quũ ille infirmior non peccaret
in terra eodem diabolo ſuadente qui fortior peccauit in
celo nullo ſuadente. Et quũ hoc facile poſſet efficere:nul
la vi coactus ſola ſuaſione ſe vinci ſponte permiſit ad vo
luntatem diaboli cõtra voluntatem ⁊ honorem dei. Pro⸗
pter hoc congrue illi traditus eſt puniẽdus:cui ſpõte cõ⸗
ſenſit vt peccaret. Filij vero ſunt peccato illius addicti:q:
in captiuitate nati.vnde Ephe.ij.⁊ de cõ.di.iiij.firmiſſime
Eramus enim natura filij ire:ſcilicet captiuitatis ⁊ miſe⸗
rie:Nam ſicut ſi Adã vixiſſet in illa libertate iuſtitie qua
erat creatus:fuiſſet cum tota ſua propagine cõfirmatus
ita victus ſeipſum ⁊ poſteros cupiditati ⁊ miſerie obliga
uit. Propter hoc ſeuiebat tyrãnus cui nemo poterat reſi⸗
ſtere:vt ſeruitutis iugũ excuteret a ceruice.q: nõ eſt pote
ſtas ſuper terrã/que cõparetur ei:qui factus eſt vt nullũ
timeat. Iob.xlj.De his tribus modis captiuitatis huma
ne dñs ait Eſa.lij.In egyptum deſcendit populus meus
a principio.i.in carcerem tenebroſum.i.in Adam qui ſpõ⸗
te in merorem captiuitatis deuenit. ecce captiuitas vo⸗
luntatis.vt colonus eſſet ibi.qd ſecutum eſt quoad poſte
ros eius.ecce captiuitas natiuitatis.⁊ Aſſur .i. diabolus
qui interpretatur tollens robuſtum.ſcʒ Adam.abſqʒ cau⸗
ſa calumniatus eſt eũ.q: non habebat cauſam quare ho⸗
minẽ punire deberet:ꝗuis homo merito puniretur.ecce
captiuitas hoſtilitatis.Sed q: nõ congruebat diuine bo⸗
nitati/vt digniſſima creaturarũ ſcilicet hõ propter quem
omnia fecerat:totaliter deperiret:q: deceptus fuerat ⁊ in
citatorẽ habuerat.vide qd no.de peni.diſ.i.§.ex his.ꝟ. de⸗
niqʒ.in gloſ.q: irremediabile.⁊ de tali vili materia condi⸗
tus fuerat.ideo dei filius eũ propoſuit liberare: q: ad eiꝰ
qui eſt imago patris.ad Coloſ.i.⁊ de peni.di.i.§.quod au⸗
tem.c.deus quis ſimilis.imaginẽ creatus fuerat .de pe.di⸗
ſtin.ij.§.romanos .c.illa anima. q: dei filius patris ima⸗
go eſt.homo ad imaginem creatus.⁊ ſe ſeruum fecit:quũ
eſſet filius:vt ſeruum ingratuʒ reduceret/⁊ liberaret fo⸗
mam ſerui accipiens.Phi.ij.Erat filiꝰ:⁊ factus eſt tanqȝ
ſeruus.vnde Eſa.lix.Hec dicit dñs:ſcilicet deus pater ad
ſeruum dominorũ ſcilicet chriſtum:qui ante Pilatum et
Cayphanm tanqȝ ſeruus iudicatus eſt.nec ſolũ formã ſer⸗
ui accepit/vt ſubeſſet:ſed etiam mali ſerui/vt vapularet.
⁊ ſerui peccati/vt penã ſolueret quũ culpam nõ haberet
vnde.pſ.lxviij.in eius perſona.Que non rapui tunc exol
uebam.⁊ hoc eſt ergo qd dicit apl's ꝙ filius nos liberauit
a ſeruitute diaboli ⁊ peccati. Nõ ergo redeamus in ſerui⸗
tutem iterum per peccatum:ſed liberati a corpore mortis
huius per gratiã dei ſicut dicit apoſtolus ad Roma. viij.
ſeruiamꝰ chriſto liberatori noſtro:contra corpus peccati
pugnando: et diabolum qui tanqȝ faber ſufflat prunas
ardentes cõtra ipſum incẽdij. vnde Eſa.liiij.Ego creaui
fabrum ſufflantem in igne prunas. habentes aũt ſpiritũ
dei liberi erimus.q: vbi ſpiritus dei.ij.Cor.iij.ibi libertas
vera a peccato. Fructus aũt ſpiritꝰ vt dicit apl's ad Gala.
v.duodecim ſunt:charitas/gaudiũ ⁊c.aduerſus hec non
eſt lex.q: qui ſpiritu dei aguntur:nõ ſunt ſub lege. Gala.
v.xix.q.ij.due.q: ſupra legẽ operantur.que ſunt perfectio
nis euangelice.cõtra enim impios ⁊ ſceleſtos ⁊ alios cri⸗
minoſos poſita eſt lex ad eos puniẽdos.di.iiij.facte. xxiij.
q.v.non fruſtra.Quia ergo ſpirituales quantũ eſt poſſi⸗
bile peccata cauent:non ſunt ſub lege puniẽte ſcelera:ſed
ſub gratia eos vt virtuoſos coronãte. Adde ad iſtum.ꝟ.
quod ſcripſi.i.in.§.offendunt.ꝟ. Itẽ cum priuilegia. cum
ꝟ.ſe.in ar.lxvij.Sic etiã intelligit̃ illud apoſtoli.i.Timo.
i.Iuſto non eſt lex poſita.⁊ Gala.v.Q: ſi ſpiritu dei duci⸗
mini:non eſtis ſub lege.i.ſub timore legis.q: ſicut dicitur
Gala.iij.Lex poſita eſt cõtra tranſgreſſionẽ prohibẽdam
⁊ etiam puniendã. Iuſtus vero potius ſeruit amore iuſti
tie ꝙ timore pene.¶ N Unde ſuper pred.verbo. Iuſto
non eſt lex poſita.dicit Berñ.Alia eſt lex ꝓmulgata a ſpũ
ſeruitutis in timore:alia a ſpũ libertatis data in ſuauita⸗
te.nec ſub illa coguntur filij:nec ſine iſta viuere patiunt̃.
Uis audire q: iuſtis nõ eſt lex poſita? Non accepiſtis ait
ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore. Ro.viij. Uis audire
ꝙ ſine charitatis lege non ſunt :ſed accepiſtis inquit ſpiri
tum adoptionis filiorũ dei.xxiij.q.iiij.§.ex ijs.Apte nõ di⸗
citur/iuſti nõ habent legẽ:aut iuſti ſunt ſine lege:ſʒ iuſtis
non eſt poſita lex. hoc eſt non tanqȝ inuitis poſita/ſed vo
luntarijs eo liberaliter data quo ſuauiter inſpirata.quia
ipſi habentes legem naturalem ⁊ euangelicam in cordi⸗
bus eorum ſcriptam. Roma.ij.precepta domini et cõſilia
obſeruant. et de hoc tangitur in collatione.ij. Sereni de
principatibus in libro collationũ. Io.caſſi. Ubi ergo chri⸗
ſti ſeruitꝰ: ibi ꝟa libertas.vñ dicebat ſancta Agatha. Sũ⸗
ma ingenuitas hec eſt in qua chriſti ſeruitus cõprobatur.
⁊ imperator Conſtantinus ait. Qui conatur perpetrare
quod malum eſt:captiuare ſtudet vtiqʒ bonitatẽ. omniũ
enim ſe verum dominum comprobat:qui ſe verum ſeruũ
oſtendit. Lex autem euangelica vocatur ab apoſtolo lex
perfecte libertatis. Iaco.i.quia nedum peccata ſed etiam
ſeminaria interimit peccatorum.et gratia euangelij non
ramos tñ malitie amputat.ſed ipas penitus radices no
xie voluntatis euellit:Et hoc eſt quod dicit apoſtolus ad
Ro.vi.¶ O Peccatũ enim vobis nõ dominabitur: nõ
eñ ſub lege eſtis:ſʒ ſub gr̃a.Lex eñ veꝰ ad plenũ occaſio⸗
nes ⁊ ſeminaria pctõꝝ nõ euellebat:q: ſterili maledicebat
Deut̃.vij.Bona ꝓpa retinebat.Talionẽ ꝯcedebat. Inimi
cũ odiebat.Leui.xxiij.⁊.xxiiij.xix.q.iij.ſex diẽ.⁊.q.iiij cũ in
lege.⁊.§.p.ex ijs.Lex euãgelica caſtitatẽ ſuadet:⁊ ꝟginita
tẽ exaltat dicẽs Gala.iiij.Btẽ ſteriles q̃ nõ lactauerunt.
Mat.xix.xxxiij.q.v.tũc ſaluabit̃.⁊.c.q̃ ſicut.al's ẽ ſub.c.tũc
ſaluabit̃.Paupertatẽ ꝯſulit Mat.v.vñ Mat.xix.Luc.xviij
Mar.x.Si vis pfectꝰ eẽ ⁊c.xiiij.q.i.§.i.Inimicos eẽ diligẽ
dos decernit.Mat.v.⁊ Luc.vj.⁊ p.c.ſex diẽ.⁊.c.cũ i lege.
⁊.§.ex ijs.Et talionẽ ꝓhibet dicẽs.Qui pcuſſerit te i vna
maxilla: pbe ei ⁊c.Lu.vj.mat.v.xxiij.q.i.§.i.xiiij.q.i.qd de⸗
bet.Porro etſi mrimoniũ bonũ ſit ⁊ a dño iſtitutũ.Geñ.
ij.Eph.v.ſtratam in pᷓadiſo.ex de diuor.gaudemꝰ.xxxi.diſt.

in cena. raro tñ totus immaculatus eſt: etſi in lege omīs fornicatio ſit prohibita nomine mechie. Exo. xxij. Deuteronomio. v. xxxij. q. iiij. meretrices. difficile tñ eſt vt ignis cui in matrimonio etiam ſtudioſe pabula ſuggeruntur: ita pſis terminis includatur: vt non etiā extra euagatus aduratquicquid attigerit. ⁊ ipa voluptas culpabilis eſt: ⁊ ad velociſſimos adulteriorū ⁊ immūditiarum multarum capiatur exceſſus. ad hec. xxxiij q. iij. vir cuz propria. xxxij. q. ij. connubia. ⁊. q. iiij dixit Sara. ⁊. c. origo. di. vj. in palea. ſꝫ pēſandū. Secus eſt in diſcipulis euāgelij ſancto incorruptionis ⁊ caſtitatis amore inflāmatis. Legis ergo famuli ex occaſione liciti vſus ad illicita ꝓlabuntur. vnde j. ad Cor. vj. Omnia mihi licent: ſꝫ ego ſub nullius redigar poteſtate. xiiij. q. j. §. j. vbi de hoc. Gratie pricipes dū licita contemnunt: illicita nō nouerunt. vnde Grego. Sācti viri vt illicita non perpetrent: a licitis abſtinent. Sic etiā eſt in retinentibus bona ſua: qui etſi decimas ſoluāt: et elemoſynas faciant: tñ in retentione bonorum ⁊ deſiderio hñdi ⁊ tarde ⁊ negligenter ⁊ diminute dādo philargyrie laqueos nō euadunt. ar. ad hec de peni. di. v. qualitas. ⁊. c. ſe. ⁊. c. negotium. vnde Matth. xix. Mar. x. Luc. xviij. Difficile diues intrabit in regnum celorum. vbi Hilari⁹. Periculoſa enī cura eſt velle diteſcere: ⁊ graue onus innocentia ſubit incrementis opum occupata. Rem enī ſeculi famulatus dei non ſine ſeculi vitijs aſſequit. Hinc difficile eſt diuitem regnum celoꝝ adire. Sed euangelij filius q: amore dei omnia dedit: auaritiam abijcit certus exiſtens ſe multomagis a deo, ꝙ volucrē celi eſſe paſcendum. Matth. vj. Pari modo non pōt ſeruus legis odiū ⁊ furorem repellere quum talione vtitur. ſꝫ gratie filius in pace ⁊ charitate quieſcit liber ab omni furore ⁊ indignatiōe parat⁹ repcuti. xxiij. q. j. paratus. ⁊ ſemp diligēs inimicos. Qui ergo nec ſub gratia eſt: q: nequaꝙ ad dominice doctrine culmen aſcendit: nec ſub lege: q: etiā ipa paruula legis mādata non ſuſcipit: maxime a peccato nō cauendo, qđ etiā lex ꝓhibet: hic duplici peccatoꝝ oppreſſus imperio, ad hoc ſolūmō gratiā chriſti percepiſſe ſe credit: vt ꝑ noxiā libertatem ab eo alienus exiſtat. in illud incidit qđ Petrus ne incurramus enunti : t. Quaſi liberi ⁊c. vt ſupra dictū eſt. ℞. contra hos. ❡ P Hec vero ſancta libertas ꝙ nuſꝙ ſit: niſi ibi tm̄ vbi dominus cōmorat: Paulus docet Dominus inquiens. ij. Cor. iij. ſpiritus eſt vbi autem ſpiritus domini: ibi libertas. vt ſuperius declaraui. de hoc etiam latius tangitur in collatione Theone de remiſſione quinquageſime. in. ij parte eius in libro colla. Jo. caſſi. Begardi ergo iſti cōtra quos ſuperius diſputaui: redeant ad ſpiritum dñi ⁊ non carnis: ſi veram habere deſiderant libertatem. ſed ſpiritu fornicatiōis decepti ſunt ipſi ⁊ eoꝝ conſimiles: ſicut expreſſe dicitur Oſee. vj. Spiritus fornicationis in medio eorum: ⁊ dñm non cognouerunt. quia ſicut experti ſumus, his temporibus, finis talis ſpirit⁹ libertatis qui hodie currit: caro eſt: ⁊ nō ſpiritus. Tempore meo in ꝓuincia beati Franciſci multi ſeculares ⁊ fratres minores pro iſto carnali ſpiritu libertatis ꝑ inquiſitores heretice prauitatis incarcerati fuerūt. inter quos fuit quidam frater noſter: qui ꝓpter perfectionē quā oſtētabat, Apl'a dicebat: q ibi caput fuit iſtius erroris. qui quum eſſem nouitius: ⁊ cōſulerem eum, credens eum virum perfectum, ſuper quadam mea tribulatione: ſubridens dixit mihi ꝙ ipſe tribulari non poterat. qđ verbū non intelligens, ipſum mirabilē hominē reputaui. ſꝫ quū capt⁹ eſſet pro iſto ſpū libertatis intellexi verbū ſuū occultū: ꝙ ideo non poterat tribulari, q: faciebat q̇cquid ſibi caro ⁊ ſenſualitas ſuggerebat ſeruus carnis libera iuſtitia. Iſte in carcere fratrum mortuus fuit Florentie: ſi vere penitens neſcio. tales valde ſpūales videbātur in lucis angelum trāſformati. ij Cor. xi. xxvj. q. v. epi. ⁊. c. nec miruꝫ. vltra. ij. colū. ℞. porro xxix. q. j. §. j. ex̄ de reg. licet. §. ſi vero cognoſcuntur per opa carnis. Gala. v. Vnde ſecure aſſero, ꝙ ſi etiam interrogarētur in eorum conſciētiis etiam cauteriatis. lxxij. di. in nomine. qñ talia ꝑpetrant: an eorū cōſcientie ſint libere pacifice ⁊ ſecure: ſi verū dicerent, reſpōderent, ꝙ nō, quia omē peccatum ſecum tormētū ⁊ penalitatem ⁊ pauorem trahit ⁊ nō libertatem. Funiculis namꝙ peccatorum ſuorum vnuſquiſꝙ cōſtringit. vt dicit Salo. Prouer. v. ⁊ Eſa. l. Ecce vos omnes accendētes ignem accincti flāmis ambulate in igne luminis veſtri: ⁊ in flāmis quas ſuccendiſtis. Ipſe enī nobis tormento ſunt quibus vtimur voluptates. ⁊ oblectamenta huius carnis atꝙ delicie carnificū vice in ſuum retorquentur authorē. vt dicit Abraā in vltima colla. li. colla. Jo. caſſi. ⁊ Seneca Maximum ſupplicium ſcelerū eſt que ſtatim puniunt dū facta ſunt: immo dū fiūt. ⁊ Poeta.

Ex tēplo qđcumꝙ mali cōmittitur: ipſi
Diſplicet authori. prima hec eſt vltio: ꝙ ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur.

Nā punctio cōſcientie ſemp cōtradicit pctō etiā in diabolo: ⁊ punit hominē. nā ſenſualitas impellit hominem ad pctm̄, ꝓponēdo carnalem delectationē ſeu tēporalem vtilitatem: ſed ratio retrahit a pecato, ꝓponendo diuinā offenſionem ⁊ eternā damnationem. Sapientie. xvij. Quū ſit timida conſcientia: dat teſtimoniū cōdēnationis. ſemp enī preſumit ſeua turbata cōſcientia. i. anticipat futura ſupplicia. Prouer. x. Pauor his qui operantur malum. ❡ Q

**Quartus error iſtorū Begardorum eſt ꝙ homo poteſt finaleꝫ beatitudinē ſm omnē gradū perfectionis in preſenti vita conſequi: ſicut eā in vita obtinebit beata.** Error iſte nullum colorem habēs a ſcriptura diuina deſtruitur expreſſe a dño. quuꝫ dicit Matth. xj. Amen dico vobis. nō ſurrexit inter natus mulierū maior Joanne baptiſta. qui aūt minor eſt in regno celorum: maior eſt illo. vbi Augu. Regnum celoruꝫ appellauit hic qđ nondū accepimus. de quo in fine dictur⁹ eſt Matth. xxv. Venite benedicti patris mei: percipite regnuꝫ q: ibi ſunt āgeli quorū minor maior eſt q̄libet iuſto portāte corpus: qđ corrūpit ⁊ aggrauat aīam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitātē. Sapiētie. ix. Itē ibi hieronymus. Nos aūt ſimpliciter intelligam⁹ ꝙ ois ſctūs q iā eſt cū dño: maior ſit illo q adhuc cōſiſtit in ꝑlio. aliud eſt enī coronā victorie poſſidere: aliud adhuc in acie dimicare. Nō pōt ḡ clari⁹ ꝙ ꝑ hec ℞ba text⁹ ⁊ Aug. ⁊ Hierony. tolli iſte error. q: quū Joānes ꝑfectiſſim⁹ eſſet: etiam ab vtero ſpū ſctō replet⁹. Luc. j. nō tm̄ btitudinē minimi beati in patria potuit attigere. ❡ R Tota aūt ꝑfectio hois i hac vita in charitate ē q eſt vinculū ꝑfectiōis. ſm Aplm Coloſ. iij. vt tāto quis dicatur maior quantoplus deum ⁊ proximū diligit. vnde Bern. Quantitas anime ex amore extimanda eſt. vt qui magnam habet charitatem, magnus eſt qui modicam, paruus. qui non charitatem, nihil. ſm Aplm. j ad Cor. xiij. Charitatē aūt nō habuero: nihil ſuꝫ ſed ſic ſupius ꝓbaui in primo errore iſtorū in. §. ⁊ vnus. in iſto ar. ſm Hieronymuꝫ. In iſta vita perfectiſſima charitas nō pōt haberi ſicut in patria. de pe. di. ij. §. hinc etiā c. item Hieronymus. Charitas in quibuſdā. ergo manifeſte falſum dicunt. q: ignis in ſion. i. in eccl'ia militāti: in q̄ chriſtū ſpeculamur ꝑ cōtēplationē in q̄ modicus reſpectiue eſt ignis charitatis. ⁊ anim⁹. i. magn⁹ ignis charitatis in Hierl'm. i. in patria btā ⁊ pacifica. ſic enī interpretat Hierl'm. Eſa. xxxj. Preterea ſm Aplꝫ. j. ad Cor. xiij. Videm⁹ nūc ꝑ ſpeculū ⁊ in enigmate. i. in obſcuritate. enigma eſt veſtigiū trinitatꝭ i creaturis. Ro. j. Inuiſibilia enī ipſi⁹ a creatura mūdi ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta conſpiciunt. alia gloſ. i. in hac vita: nunc ſcꝫ in patria facie ad faciē. ſed ſm Greg. etiā ipſa dei cognitio amor eſt. qui aūt clari⁹ videt: purius diligit quem purius cognoſcit. ❡ S Merces autē ſm Augu. tota viſio eſt. Jo. xvij. Hec eſt autē vita eterna: vt cognoſcant te verum deū: ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtum. Nunꝙ ergo tali beatitudine pōt perfrui ⁊ tāta

An poſſit quis hac in vita beat⁹ effici.

qui in enigmate deum videt: ſicut qui facie ad faciem. vnde dñs ad Moyſen. Exo.xxxiij. Poſteriora mea videbis. ſcȝ in hac vita. i. in enigmate me cognoſces. q: qui retro ſtat: nõ plene hominẽ cognoſcit. ſȝ faciem meã non videbis: per quã cognoſcitur quiſq; clare. q: nõ clare me cõtẽplaberis ſicut in patria. ſicut dixit ei. xxxiij. c. Exo. Ego oſtendam tibi omne bonũ. i. me in quo eſt omne bonũ tibi oñdam. Nõ em̃ videbit me homo ⁊ viuet. homo/ in hac carne mortali: vt clare me videat: carnis pariete ꝑpediente. Videamus igitur eum hic ꝑ cancellos vt dicit̃ in Cant. ij. i. per obſcurã contemplationẽ. ſȝ qui dilexerit chriſtũ diliget̃ a patre ⁊ filio: ⁊ manifeſtabit ſeipſum ſibi: vt ipſe dicit in Joã. Jo.xiiij. ⁊ de con. di. ij. ſpecies. i. clare eum in patria videbit. de qua manifeſta viſione Jo.iij. Similes ei erimus: q: videbimus eũ ſicut eſt. Hanc viſionẽ optabat Moyſes. ꝑ. c. Exo.xxxiij. Si inueni grãm in cõſpectu tuo: oñde mihi faciem tuam. Cui dixit dñs qđ predictum eſt. Non videbit me homo ⁊ viuet. Unde tenent doctores ꝙ Paulus raptus vſq; ad tertium celũ empyreũ. ij. Cor. xij. nõ ita clare vidit deũ ſicut angeli: ꝓpter impedimẽtũ carnis corruptibilis. Tenet tñ Augu.xij. ſup Gen̄. ad literam. ⁊ in libro de vidẽdo deũ ad Paulinã dicens ꝙ Moyſes ex dei priuilegio ſpeciali adhuc mortalem vitaȝ agẽs deum ꝑ eſſentiam vidit. tamꝙ̃ futur⁹ iudeorũ doctor. vñ Numeri. xij. Non per enigmata/ ſȝ facie ad faciem allocutus eſt deũ. Exo.xxxiij. viij. q. j. moyſes. vbi de hoc. ⁊ Paulus idem priuilegium habuit: tamꝙ̃ futurus doctor gentium. vnde dic̃. ij. ad Cor. xij. ſe raptum vſq; ad tertium celum. Tertium celum vocat empyreũ: vbi angeli ⁊ anime ſancte fruuntur dei viſione manifeſta. ibi intellectuali viſione vident deum facie ad faciem: eo modo quo videtur ab angelis q̃ ſunt de ſuperiori tertia Hierarchia ſm̃ Dionyſium: in qua ſunt Cherubin ⁊ Seraphin ⁊ throni: q̃ ꝓxime ⁊ immediate deo fruuntur: ad quoꝝ ſimilitudinem vidit deum Apl̃s. ⁊ iſtam tertiam Hierarchiam vocat et tertium celum. Ad hanc viſionis manifeſtationẽ nõ aſcẽſorijs gradibus/ ſȝ inopinatis exceſſib⁹ aduolauit Apl̃s. non em̃ aſcendiſſe ſȝ raptũ fuiſſe ſe perhibet. ſic̃ ⁊ Adam rapt⁹ legit̃ de pe. di. ij. §. Romanos. ꝟ. Adã. ⁊ Gen̄. ij. Immiſit dñs ſoporẽ in Adam. i. contẽplationẽ. ſm̃ Bern̄. vt in ſenſibus obdormiret: ⁊ anima in viſione dicta vigilaret. qđ apparet: q: rediens ꝓphetans dixit. Hoc nunc os ⁊c̃. ex̃ de biga. debitũ. de viſione dei vide qđ no. xiij. q. ſi. q̃ diuina. gloſ ij. Item Bern̄. contra iſtos. Nõ enim nos ad hoc de paradiſo voluptatis animi aduerſio diuina eiecit vt hic alterũ paradiſum humana adinuentio ꝑpararet. Si enim ad tantã beatitudinem quis in hac vita poſſet ꝑuenire/ quãta eſt in patria: fruſtra deſideraret quis aliũ paradiſum: ⁊ ꝓ nihilo eſſet ei. qđ vere hereticum eſt ſentire. ⁊ fruſtra cõcupiſceret Apl̃s diſſolui: ⁊ eſſe cũ chriſto q̃ cũ chriſto erat ꝑ grãȝ. ad Phi. j. c. ⁊ ex̃ de renũ. niſi cũ ꝓdẽ §. porro. Fruſtra etiam idem lamentaret̃ ⁊ diceret vt ſuperius eſt ꝓbatum/ infelix ego homo ⁊c̃. Ro. vij. videns ſe ꝓpter carnis impedimentum ⁊ mentis varios motus extra ſuum conſenſum nõ poſſe ſicut optabat dñm contẽplari. Fruſtra etiam diceret Dauid. ps̃. xlj. ⁊ deſideraret Quando veniam ⁊ apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus. ps̃. xlj. Et iterum. Quẽadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te de⁹. Et iterũ. ps̃. lxxxiij. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſup milia. ſcȝ in hac vita. Et Paulus. Potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. ij. ad Timo. iiij. ⁊ j. c. Fruſtra etiam iſta eccl̃ia militans cõgauderet letitie ⁊ paci ⁊ libertati eccl̃ie triumphantis/ dicens Letare Hieruſalem ⁊c̃. Eſa. vltimo. ſi tantam letitiã ipſa poſſet conſeq̃ in hac vita. vnde Bern̄. Quouſq; adoramus ⁊ non guſtamus ꝓſpicientes patriam: ⁊ non appꝛehendentes. ſuſpirantes ⁊ de lõge ſalutãtes? O vera exulum pr̃ia: exilij finis. video te: ſȝ nõ ſino: intrare/ carne retentus/ nec adhuc dign⁹. Hec deſiderabilis pr̃ia celeſtis/ nõ terreſtris/ nec manufacta/ figurata eſt. iij. Re. x. vbi dicitur ꝙ Regina hauſtri ſcȝ habitatrix ⁊ dña calide regionis. i. amore inflammata venit audire ſapientiam Salomonis. Hec eſt quelibet anima fidelis deſiderio videndi verũ Salomonẽ chriſtum qui eſt plus ꝙ̃ Salomõ. Matth. xij. ſuccenſa: que videns omnem ſapientiã Salomõis ſcȝ magnitudinem/ pulchritudinem/ ⁊ diſpoſitionẽ creaturarum/ ⁊ domum quã edificauerat/ ſcȝ patriam celeſtẽ de qua Baruch. iij. O iſrael: ꝙ̃ magna eſt domus dei ⁊c̃. ⁊ cibos menſe eius: q̃ ſunt viſio/ delectatio/ ⁊ fruitio/ quibus paſcit bonos in regno: ⁊ habitacula ſuoꝝ. i. diuerſitates celeſtium manſionũ: de quib⁹ Jo. xiiij. In domo patris mei mãſiones multe ſunt. de pe. di. iiij. in domo. ⁊ veſtes eorũ/ ſcȝ dotes corporis/ agilitatẽ/ ſubtilitatem/ claritatem/ impaſſibilitatem/ que ſunt proprietates ſolis: ad cuius cõparationẽ fulgebunt iuſti. Matth. xiij. ⁊c̃. Eſa. xxx. Erit claritas ſolis ſeptempliciter ſicut lux ſeptẽ dierũ. nõ habuit vltra ſpiritum. vnde Bern̄. Quãtus putatis tunc ſplendor erit animarum: qñ ſplendorem ſolis habebunt corpora. Matth. xiij. Fulgebunt iuſti ⁊c̃. Nõ inquam habuit vltra ſpiritum: ſcȝ pre nimia admiratiõe ad ſpũs ſui defectum deuenerat. q: ſicut ait Greg. Niſi quis a ſemetipſo defecerit: ad deum qui ſupra ipſum eſt/ nõ appropinquat. Preterea ſicut dicũt doctores duplex eſt beatitudo vna ꝑ gratiã/ altera ꝑ gloriam. vna in via: alia in patria. De beatitudine patrie dic̃ ps̃. lxxxiij. Beati qui habitãt in domo tua in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Et hec beatitudo cõſiſtit in duplici ſtola: ſcȝ anime ⁊ corporis. Apoca. vj. Date ſunt illis ſingule ſtole albe: ſcȝ glorificatio aïe q̃ eſt in viſione dei in celo: ⁊ dictum eſt eis vt requieſcerent tempus adhuc modicũ. q: tunc alia ſtola dabitur eis ſcȝ glorificatio corꝑis. qđ eſt contra quoſdã grecorum qui dicũt animas ſanctoꝝ non eſſe adhuc in celo: nec dãnatorum in inferno. ar. xiij. q. ij. tempus. in prin. ſȝ ibi ſoluitur in prima ⁊. ij. gloſ. ⁊ hoc aſſerere hereticum eſt. ſm̃ Tho. ⁊ alios doctores. vnde Paulus ad Phi. j. Cupio diſſolui: ⁊ eſſe cum chriſto. ex̃ de renũ. niſi. §. porro. ⁊ Grego. iiij. dialogorum poſt. c. in ꝓuincia. ꝟ. noſſe velim. hoc clare determinat. dicens. Qui chriſtum in celo eſſe nõ dubitat: nec Pauli animam in celo eſſe negat. ibi vide. Nõ ergo tanta poteſt eſſe beatitudo ſimpla in anima: quanta eſt dupla in anima et in corpore. ¶ V Sed certum eſt contra iſtos ꝙ in hac vita corpora etiam ꝑfectorum hominum non hñt dotes ſuas. ergo non pñt tñ eſſe beati in anima: eſto pro impoſſibili ꝙ̃tãtũ eſſent beati perfecti in hac vita/ quãtũ in illa: quantum ſunt beati in anima ⁊ in corpore. Preterea ſcđꝫ Augu. laus diuina incipit in hac vita. ſed ꝑficietur in eterna gloria. Quum ergo in patria hoc ſit totum negotium ſanctoꝝ: ſcilȝ laudare deum. vt dic̃ gloſ. ſuper illum. ꝟ. ps̃. lxxxiij. Beati qui habitant ⁊c̃. ergo vbi nõ eſt tanta laus: non eſt tanta beatitudo. quia qui plus laudabit: plus honorabitur. iux̃ illud Sacrificiũ laudis honorificabit me. De beatitudine autem vie dicitur ps̃. lxxxiij. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Iſte aſcenſiones ſunt octo beatitudines huius vie: de quibus Matth. v. Beati pauperes ſpiritu ⁊c̃. Et iſtis octo gradibus aſcendebatur in templum. Eze. vltimo. Iſta autem beatitudo vie ⁊ gratie eſt via ad beatitudinem patrie ⁊ glorie. ſicut dicit ps̃. lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutem vſq; quo videatur deus deorum in ſion. i. in eccleſia triumphanti ⁊ deum ſpeculanti. ⁊ vtraq; ſurgit a viſione dei. illa a viſione per ſpeciem: iſta a viſione per fidem ſicut dicitur Luc. x. Beati oculi qui vident que vos videtis. De viſione vtraq; ſatis ſupra prime. Eſt ergo iſte error cõiunctus cũ primo errore iſtorum Begardorũ contra quẽ. ſ̃. latius diſputaui. ⁊ q̇cq̇d cõtra illũ errorẽ dictũ eſt ibi: põt etiam dici cõtra iſtum. q: cõnexi ſunt. Iſti ergo miſerabiles nec in vita ſua habẽt beatitudineȝ grẽ: nec in illa beatitudinẽ glorie: niſi reuocent hos errores ⁊c̃. X

Solus deus v… rebon…

# Quintus error iſtorū

Begardorū eſt ꝙ quelibet intellectualis natura ſeipſa naturaliter eſt beata.ꝙꝗ anima non indiget lumine glorie ipſam eleuante ad deum videndū:⁊ eo beate fruenduꝫ.Error aūt iſte cōnexus eſt illi alteri errori Pelagianorum de quo.xxiiij.q.iij.quidam.℣.pelagiani.dicentium ſufficere voluntatem hominis ſine aliqua gratia ad adimplenda iuſſa diuina. cōtra illud Jo.xv.Sine me nihil poteſtis facere. et illud Jaco.j.Omne datum optimū ⁊c̄.i.q.ij.ꝙ pio.⁊.j.ad Cor.xiij.Gratia dei ſum id qḋ ſum.⁊ illud.ij.ad Cor.iij.Nō ꝙ ſufficientes ſimꝰ ex nobis ⁊c̄.⁊ illud ad Ro.ix.Nō eſt currētis neqꝫ volētis.de pe.di.ij.ſi em̄.⁊ illud Eſa.xxvj.Oīa opera noſtra operatus es in nobis domine.Si autem iſti
Solus deus vere bonꝰ. Begardi intelligunt de natura intellectuali angelica: ꝙ ſeipſa naturaliter eſt beata:falſum eſt.q: nullus naturaliter eſt bonus eſſentialiter ⁊ beatus niſi ſolus deus:qui eſſentialiter ⁊ originaliter ⁊ perfecte ⁊ effectiue ⁊ naturaliter eſt beatus. Jo.x.Ego ſum paſtor bonus.⁊ Matth.xix.illḋ Mar.x.Luc.xviij. Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus deus.vbi Orig.Qn̄ em̄ declinamꝰ a malo ⁊ facimus bonū:quātum ad cōparationem ceterorum hominum dicitur bonum qḋ facimus.quātum autem ad veritatem ſm ꝙ hic dicitur vnus eſt bonus: bonū noſtrū non eſt bonuꝫ.Beatus aūt quiſqꝫ eſſe nō poteſt niſi ſit bonus.vnde Boetius.Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione pfectus.¶ Y Eſt autem deus ſolus eſſentialiter bonus:q: bonitas ſua eſt ſua eſſentia.Originaliter:q: bonitatē ſuā nō habet ab alio:ſꝫ a ſeipſo. q: ipſe non eſt ab alio ſꝫ a ſe.vn̄ pſ̄.cj.Tu aūt idē ipſe es. Perfecte:q: nil mali vel defectus aut diminutionis conſiſtit in illo.Effectiue:q: omne bonum deriuatur ab eo:quum ſit ipſe fons indeficiēs omnis boni.de pe.di.j.§.hoc idē.verſi. Itē ioānes.omnis qui nō diligit ⁊c̄.ex̄ de regu. licet. in ſi. Jaco.j.omne datū ⁊c̄. Naturaliter: q: natura eiꝰ ſumme ⁊ plus q̄ poteſt intelligi/bona incōmutabiliter ⁊ incorrupta.Nulla aūt creatura poteſt habere nec habꝫ quinqꝫ predictas bonitatis cōditiones:etiam angelica creatura nedum humana:nō eſt eſſentialiter bona ſicut natura diuina:licet inquantum ſit creatura dei ſicut ⁊ cetere/ſit bona:q: creata a bono ſm illud Gen̄.j. Uidit cuncta que fecerat:⁊ erant valde bona.xxiiij.q.iij. quidam.℣. floriani. Eſt ergo bona creatura ſuo modo:ſꝫ non perfecto modo q: ſi eſſentialiter eſſet bona vt dei natura:nunq̄ illud ſuū bonum eſſe poſſet pdere:nec peccare ſicut angeli reprobi ceciderunt.de pe.di.ij.pcipuū.⁊.c.ſi em̄.xvj.q.ij.viſis.Eſa.xiiij. Item nec bona eſt natura quelibet creatura nec originaliter.q: non a ſe ſed a deo creatore.vn̄.pſ̄.lxxix.Om̄ ipſe fecit nos. Itē nec pfecte.q: omnis creatura defectuoſa:⁊ ex ſe in nihilum tēdēs:q: de nihilo creata. Luc̄.xj. Si ergo vos quum ſitis mali ⁊c̄. Itē nec effectiue q: creatura de ſe nō dat aliqd boni:nec facit:ſꝫ deꝰ i ipa opans:⁊ ipa cooperans. Itē nec naturaliter:q: tūc peccare nō poſſet. ſed peccauit primꝰ angelus ⁊ ſui ſequaces.Eſa.xiiij. Eze.xxviij.⁊ de peni.di.ij.§.de his ita ſcribit.⁊.c.principium.ex̄ de ſum.tri.c.j.§.diabolus.xxiij.di.q̄ epſ.xvj.q.ij.viſis.xxvij q.ij.§.ex his oībus.℣.ſic ⁊ diabolus.Si aūt iſti Begardi intelligūt de natura intellectuali hominis:ſcꝫ aīa:ꝙ ſeipſa naturaliter eſt beata:multo āplius falſum eſt.q: ſi creatꝰ beatus fuiſſet Adam a deo ⁊ naturaliter:eſſet beatus ſicut deus: vt ſupra dixi:⁊ nunq̄ peccare poſſet:nec mori. q: beatitudo pfecta nō eſt ſubiecta morti nec pctō.⁊ ideo ꝓprie ſolus deꝰ vocaꝛ beatꝰ.j.ad Timo.j.⁊ ideo illi qui querunt beatitudinē in rebus creatis decepti ſunt.q: qḋ a ſe beatū nō eſt beatitudinem dare non pōt.ar.j.q.vij.daiber ſi.Et ideo abuſiue dicūtur beati/hn̄tes multa ꝓmptuaria in hoc mūdo ⁊ boues craſſas.pſ̄.cxliij.beatū dixerunt ppl'm ⁊c̄.⁊ q̄rentes beatitudinē in delicijs/ſicut epicurei: vel in honoribus/ſicut ſupbi. Adā aūt creatus fuit potēs mori ⁊ non mori:⁊ potens peccare ⁊ nō peccare. q: arbitrij liberi creatus fuit.de con.di.iiij.placuit omnibus. Itē ſi naturaliter Adā fuiſſet beatus:quomodo illū a quo habebat beatitudineꝫ offendere potuiſſet ſicut offendit? de pe.di.ij.§.Romanos.Fuit ergo Adā creatus bonus ſuo modo ſicut angelus:ſꝫ nō cōfirmatus in bono virtutis: nec inſeparabiliter habens bonum.eſſentialia enim ⁊ naturalia inſepabilia ſunt:accidentalia vero ſecus.di.vj.§.his ita.¶ Z Ceterū qḋ dicunt ſecundario in iſto errore ꝙ anima nō indiget lumine glorie ipſam eleuāte ad deū videndū:⁊ eo beate fruendū falſum eſt:⁊ contra illud expreſſe.pſ̄.xxxv.Et in lumine tuo ſcꝫ filij.ergo nō noſtro.videbimus lumen ſcꝫ pr̄is. Preterea eſto ꝙ anima habeat lumen gratie:non tn̄ habet lumen glorie.q: tunc lumine glorie non egeret.ſꝫ lumen glorie chriſtus eſt: non anima cuiuſq̄ ſancti.Apo.xxj.Et ciuitas nō eget ſole neqꝫ luna vt luceant in ea:nam claritas dei illuminat eam: ⁊ lucerna eius eſt agnus:⁊ ambulabunt gentes ꝑ lumē eiꝰ.ergo non per lumen proprium. vnde ⁊ dicit dn̄s Jo.viij. Ego ſum lux mūdi.ſubaudi inuiſibilis.habitat em̄ lucem inacceſſibilem.j.ad Timo.vltimo.Sꝫ iſti miſeri ⁊ ceci Begardi dicunt.Quomodo em̄ fieri pōt ꝙ videaꝛ deus in ſua luce inacceſſibili per creaturā ſine deo luce: quum inter deum q̄ eſt lux increata/⁊ ſuaꝫ lucē non ſit differentia: q: illa lux qua deus videtur/deus eſt. non em̄ poteſt videri quin videatur ſua lux in qua videtur:⁊ ipſe chriſtꝰ illa lux de qua Jo.j.Erat lux vera que illuminat omnē hominē venientem in hunc mūdum.xxj.di.cleros.ad ſi. Non erat ille lux.ergo nec aliquis homo.vnde dicit Apl's Ephe.v. Eratis aliqn̄ tenebre:nunc autem lux in dn̄o.ergo nō a ſe Sꝫ ⁊ angelus qui eſt nobilior creatura homine:qui ſcḋm Dionyſium eſt manifeſtatio occulti luminis:ſpeculum purū clariſſimum:nō in ſuo lumine videt deum: ſꝫ videndo faciem eius in lumine eius qui eſt filiꝰ videt patrē. Matth.xviij.Angeli eorꝫ ſemꝑ vidēt faciem patris mei. qui eſt ipſe qui eſt ſplendor ⁊ imago ⁊ figura patris.ad Heb.j. de pe.di.j.deꝰ quis ſimilis. In lumine iſto filij ambulabūt ſancti in patria.vn̄ pſ̄.lxxxviij. Dn̄e in lumine vultus tui qui eſt filiꝰ ambulabūt.⁊ iſta erit dei fruitio. Quis enim deo fruitur plene.niſi qui ipſum videt? Quis auteꝫ cum/vt dixi/niſi in ſuo lumine videt? q: extra deū qui lux infinita eſt/nemo deum videt:nec aliquam creaturā.vnde in viſione extatica beatus Bn̄dictus videndo deum quaſi punctaliter mundum recollectum vidit.vt narrat Grego. in ij.libro dialogorꝫ.qui ⁊ ait. Qui intus claritatē dei viderit:nullo modo credendum eſt ꝙ ſit foris aliquid qḋ ignoret.no.xiij.q.ij.qui diuina. Iſte etiam error cōiunctus eſt cum precedenti.⁊ que ibi dixi contra illum: contra iſtum poſſunt hic dici.maxime illud ꝙ in hac vita non poteſt ita clara contemplatio haberi de deo:ſicut in patria : niſi ex priuilegio ſpeciali.vt in Moyſe ⁊ Paulo.ſicut ibi pleniter eſt probatum. Unde ⁊ in hac vita ⁊ in illa omnis anima indiget lumine diuino ipſam eleuāte ad deū vidēdū: quū de ſe ſit omnis creatura tenebroſa:⁊ obfuſcata ꝑ peccatū originale ⁊ alia que committit.que peccata Apl'us appellat tenebras Ro.xiij. Unde ⁊ ignorantia ⁊ obliuio pena eſt peccati originalis.xv.q.j.§.vt itaqꝫ.vnde Greg. in principio.iiij.libri dialogorꝫ ait. Poſtq̄ a paradiſi gaudijs expulſus humani generis parēs/in huius exilij atqꝫ cecitatis quā patimur erumnam venit peccādo:extra ſemetipſum fuſus iam illa celeſtis patrie gaudia que prius cōtēplabaꝛ/videre nō potuit. In paradiſo quippe homo aſſueuerat verbis dei pfrui:btōrū āgelorꝫ ſpiritibꝰ/cordis munditia/⁊ celſitudine viſiōis intereſſe:ſꝫ poſtq̄ huc cecidit:ab illo quo implebaꝛ mētis lumine receſſit.⁊ Tobie v.Qḋ mihi gaudiū qui in tenebris ſedeo:⁊ lumē celi nō video.Et beatus Grego.de illo ceco mendico qui ſtabat ſecus viam.Luc̄.xviij.loquens ad genus hūanū reducit.

¶ A a Adam em̄ anteꝗ̄ peccaret triplici radio lucis il luſtrabatur. habuit enim cognitionē omnium creaturarū q̄ facte ſunt per chriſtū. vnde ⁊ ſingulis nomina impoſuit Gen̄. ij. ad fi. Habuit etiā cognitionē creatoris: nō tamē plenam: inter enigmaticā ⁊ cōprehenſiuam: q: nō ita con templabatur clare ſicut in patria videtur ab angelo: nec ita obſcure ſicut in hac videt̃ a nobis. Item accepit cogni tionē ſui: ⁊ quid ſibi cauendum ⁊ agendum foret. Primā ſcientiā de creaturis non amiſit: ſ3 ſcd̃am ⁊ tertiam ꝑ pec catum. vnde ⁊ nos de eo ꝓpagati ceci naturaliter naſci mur. peccante homine primo ⁊ per peccatū occecato inno leuit vitium ꝓ natura. vnde Apoca. iij. Dicis q: diues ſu3: ⁊ nullius egeo: ⁊ neſcis q: tu es miſer ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus. Et hoc etiam deſtruit hunc errorem. Ad iſtu3 etiā errorem extirpandum addendum eſt qd̓ legitur ⁊ no. de con. di. iiij. gratia. ⁊ tribus. c. vltimis. ¶ B b

**Sextus error iſtorū** Begardorū eſt ꝙ ſe exercere in actibus vir tutum/ eſt hominis imperfecti. ⁊ perfecta anima licentiat a ſe virtutes. Iſtum errorē qui etiam ſurgit de ſpū libertatis: reprobat ⁊ cōfundit to ta vita chriſti ⁊ ſanctorū omnium ꝑfectorū/ qui ſe in acti bus virtuoſis cōtinue exercitarunt: ſicut ieiunando/ ge nuflectendo/ etiā vocaliter orando/ paupertatem corpo ralem ſeruando/ p̄dicando/ operibus miſericordie ⁊ diſci pline intendendo: ſicut apparet in ſylua euāgelica/ ⁊ acti bus Apl̃oꝝ/ vitis patrum/ ⁊ legendis/ ⁊ hiſtorijs eccl̃aſti ca ⁊ tripertita. Ite3 iſte error tollitur Matth. iiij. ſupra il lud. Venite poſt me: faciā vos fieri piſcatores hominum. dicit gloſ. Omnia que de vſu veniunt: non fatigant. vir tus exercitio perſeuerat. Item quomodo vir perfect⁹ cha ritatem habet: niſi pro tempore opus exerceat charitatis quum dicatur. j. Jo. iij. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi: ⁊ viderit fratrem ſuum neceſſitatē habere. ⁊ clau ſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet i eo? vnde ⁊ Greg. Sic mens per compaſſione3 doleat: vt etiā larga manus affectum doloris oſtendat. ¶ C c Item Gre. in homil. penteco. Si amor eſt: magna operatur. Si autem operari negligit: amor nō eſt. mathematica em̄ eſt virtus: niſi ſit practicata. Impoſſibile em̄ eſt virtutem ve ram non exerceri ꝓ tempore in operibus virtuoſis. vnde Greg. de charitate. Plerūꝗ̄ charitas quibuſdam occu pationibus ꝑpedita mouetur in corde: ⁊ tn̄ non monſtra tur in corpore: ſicut ſol nube tectus ardet in celo: ⁊ nō vi detur in terra. vnde propter hoc quoſdam excuſat Apo ſtolus Phi. iiij. Occupati eratis. Et in vitis patrum. Cui dam anachorite aduenienti ad cellam alterius indigna to q: ei nō occurrerat ille de cella q̇ tunc peccata ſua plan gebat ipſe reſpōdit. Non vacat plangenti charitas. Item Apl̃s. j. ad Timoth. iiij. hortatur Timoth. viru3 perfectū ad exercitium virtutis/ dicens. Exerce teipſum ad pieta tem ⁊c. xlij. di. §. j. ⁊. j. in. e. c. vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Nūquid paulus perfectus erat qui dicebat ad Phili. iiij. Quecūꝗ̄ ſunt vera: quecūꝗ̄ pudica: quecū ꝗ̄ iuſta: quecūꝗ̄ amabilia: quecūꝗ̄ bone fame. ſi q̄ virtus ſi qua ſalus diſcipline. hec cogitate que accepiſtis ⁊ audi ſtis ⁊ vidiſtis in me ⁊c. quis enim ſcit ſe eſſe perfectum vt licentiare poſſit virtutum actus: certe nullus. j. Cor. iiij. de pe. di. ij. ſi em̄ inquit. ℣. nos aūt iuxta. ⁊ di. iij. adhuc in ſtant. ad fi. ⁊ de pur. ca. c. ſi. Item quomō licentiari poteſt virtus: q: neceſſe eſt ſi virt⁹ eſt: ꝙ ſit in habitu aut in actu. nec quū eſt in actu habitus eius ꝑdit̃. vnde Augu. de bo no coniugali: Virtutes animi aliq̄n in opere manifeſtan tur: aliq̄n in habitu latent. ſi aūt nō eſt i habitu: nec i actu: virtus non eſt. nam virtus eſt habitus mentis bene cōſti tute: quū virt⁹ ſit in animo. xxij. v. de pudicitia. ⁊ ibi no. de pe. di. iij. ille rex. vbi aūt ℣r⁹ nō ē: mēs bñ ꝯſtituta nō ē: imo male: q: iter bonū ⁊ malū nō ē dare mediū. xxxij. q. j. cū re nuntiat̃. vbi de hoc. de pe. di. j. §. cū em̄. ℣. nulla em̄ vt ait. ⁊ c. omnis qui non diligit. Item Augu. tolle charitatem et odium tenet. de pe. di. ij. c. Romanos. ℣. tolle. nec in anima eſt dare vacuum: q: ſi eſſet illud vacuum malum eſſet. vn de diabolus ad domum vacantem virtute ⁊ bono tamꝗ̄ ad domum ſuam redit quamꝗ̄ ſcopata ⁊ mundata exte rius videatur. ¶ D d Mat. xij. ⁊ Luce. xj. ⁊. xxvj. Job. Qui extendit aquilonem. i. diabolum frigidum carente3 igne ſpiritusſancti ſuperuacuum. i. cor otioſum tanꝗ̄ ſup lectu3. vnde Bern̄. aut deſcēdas neceſſe eſt: aut aſcēdas. ſi attendas ſtare in pendulo huius vite/ ruas neceſſe eſt. Item paul⁹ qui perfectū ſe vocat ad Philip. iij. ibi. Qui cunꝗ̄ ergo perfecti ſumus. ipſe ſe imperfectū dicit in. e. c. dicens. Non ꝙ iam accepimus: aut iam perfecti ſum⁹. co gnoſcere em̄ ſe imperfectum ⁊ poſſe amplius credere eſt eſſe perfectum. vnde in. e. c. dicit. Sequor aūt ſi quo modo cōprehendam in quo ⁊ comprehenſus ſum a chriſto ieſu. fratres ego nō arbitror me cōprehendiſſe. Ecce quomo do paulus perfectiſſim⁹ creſcebat in virtutibus ⁊ profi ciebat. qui textus deſtruit expreſſe hunc errorem. Nam ille ſm̄ pſ̄. lxxxiij. dicitur beatus: qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. creſcendo de virtute in virtutem. de pe. di. ij. dum ſanctam. Item quomodo poteſt fieri ꝙ virtus poſſit licentiari q̄n deſinat eſſe virtus: q: aut virtus exercebitur interius per deſideria illius virtutis ⁊ cogitationes et meditationes ſanctas: aut exteri⁹ per opera bona. ſi neu tro iſtorum modoꝝ: virtutis nomen amittit: ⁊ ſine virtu te nuda remanet anima. virtutes em̄ ſunt velamina ani me. de pe. di. ij. ſapiens nunꝗ̄ inanis eſt. ſub. §. Romanos ⁊. c. ſe. ſed nec Adam. ⁊. c. vt cognouerunt. ⁊. c. illa anima. ⁊. c. ſimilem. quomodo ergo imago dei ⁊ ſimilitudo eſt in anima licentiante virtutes. non dei imago: ſ3 diaboli eſt virtute vacua: ⁊ vitio ſuccedente. Hinc eſt etiam ſm̄ Jo. caſſia. in collatione prima Moyſi/ in li. coll̃a. ꝙ qui vult ad charitatis faſtigium peruenire: neceſſe eſt vt ſe exerce at in operibus virtuoſis. impoſſibile eſt em̄ charitatē ha bere quemꝗ̄: niſi membra habeat charitatis ⁊ exercitiu3 eius: quia charitas patiens eſt. benigna eſt. non agit per peram ⁊c. j. Cor. xiij. Item inter alias cōditiones charita tis/ quas ponit proſper in libro de vita cōtemplatiua/ de pe. di. ij. charitas eſt. idē eſt quod effectiua operis eſt. ibi: operoſa in omnibus omnino fidelibus. ¶ E e

**Septimus error be**gardorum eſt/ ꝙ oſculum mulieris: quū ad hoc nō inclinet natura: eſt mortale peccatū. actus autem carnalis quum ad hoc natura inclinet: pctm̄ non eſt. maxime quum tentatur exercens.

mechie nomine quid intelligendum.

inutili dimiſſo ſimulatur triſtitia. Si moꝛs aduenerit: miſerabiliter relinquit pꝛeſentia. Migrat anima:⁊ oculus eius non abſcedit a terrenis negotijs.inuitus trahit̃: ſicut mancipium fugitiuũ.diuidit̃ a coꝛpoꝛe:⁊ a paſſionibus nequaq̃ diuidit̃.pꝛudẽs monachus coꝛpoꝛis neceſſitatem attẽdit:⁊ nõ adulabitur ꝓpter voluptatem vẽtris diuitibus. neq̃ in ſeruitutẽ rediget mentẽ liberã diuitijs multis.ſufficiunt quippe manus eius ſubminiſtrare coꝛpuſculo.de cõſe.diſ.v.nunq̃.maledictus qui facit ſimulacrũ.j.q.j.cũ omnis.⁊ collocat in occulto:ſimiliter ⁊ qui habet auaritie paſſionẽ.vtreq̃ adoꝛat qd̃ non pꝛodeſt ſimulacrũ.huc uſq̃ Nilus. Item Climacus inclytus archimãdrita mõtis ſynai. Pauper monachus mũdi dñs deo ſui curam credens ⁊ per fidẽ omnes poſſidẽs ſeruos. Pauꝑ vir in oꝛatione mũdus.Amans vero poſſidere imagines materie ⁊ delectationes cõcupiſcentie adoꝛat ⁊ veneraẗ. Qui contriti in obediẽtia ſedent:ab auaritia ſunt alieni. Ex quo eñ coꝛpus tradiderunt ⁊ pꝛopꝛiã volũtatem. xij. q.j.nolo.⁊.c.non dicatis.q̇d de reliquo pꝛopꝛiũ poſſident? Nõ appareamus infideliores volucribus o monachi. nõ enim ſolicite ſunt ille:neq̃ cõgregant.Matth.vj.non deficiũt fluctus mari:neq̃ auaro ira ⁊ triſtitia.Amatoꝛ poſſidendi/pꝛo acu vſq̃ ad moꝛtẽ pugnat. Non erat in Iob veſtigiũ auaritie. hinc omnibus pꝛiuatus/imperturbat⁹ manſit. Iob.j.Omniũ maloꝛũ radix auaritia dicit̃.j. Timo.vj.xlvij.di.bonoꝛum. Nam furta ⁊ odia ⁊ inuidias ⁊ diſſenſiones ⁊ inimicitias ⁊ cõturbationes ⁊ vltiones ⁊ memoꝛiã malitiarum ⁊ incompaſſiones ⁊ crudelitates ⁊ pꝛoditiones ⁊ homicidia ipſa facit.vna virtute oia pꝛedicta pꝛeterita ⁊ pꝛeſentia vitia effugantur.ipſaq̃ vocatur apꝛoſpachia.quod eſt nõ diligere aliquid vitioſe. eãdem vero parit guſtus dei/experientia/⁊ ſciẽtia/⁊ cura ſatiſfactionis exitus.Auarus euãgelij Matth.xix. ſubſannatoꝛ ⁊ voluntari⁹ pꝛeuaricatoꝛ.Qui poſſidet charitatẽ diſpergit pecuniã.j.Io.iiij.Cũ charitate ⁊ pecunia viuere/decipere ſe eſt.Vidi pauperes pecunijs ditatos in pauperum ſpiritu.Matth.v.⁊ cõuerſatione ⁊ alimento exhibitis.⁊ pꝛioꝛis quidẽ ipſoꝛũ penurie hi huiuſmodi ſunt obliti.vide ſupꝛa eo.ꝶ.iij.Amatoꝛ pecuniarũ monachus vt cõgreget nimis laboꝛat:⁊ vitando otiũ.i. laboꝛãdo auaritiam incurrit:quia ꝓpter hoc laboꝛat.Qui vicit auaritiam:aut charitatẽ poſſidet:aut ſolicitudines recidit. huc uſq̃ Climacus in gradu.xvj. de victoꝛia auaritie et celeſti curſu paupertatis. In vitis patrũ. Quidã diues renuntiare volens/ſed tentus a cogitationibus ſubito iactans oia veſtimẽta nudus cucurrit ad monaſteriũ.Et ait dñs vni ſeni. Surge ⁊ accipe athletam meũ.Et obuiauit ſenex illi nudo:⁊ dedit ei habitum monachalẽ:⁊ dicebat alijs fratribus veniẽtibus ad eũ pꝛo ſuis cogitationibus. De renuntiatione autẽ hunc fratrem requirite:quia ego ad menſuram renuntiationis eius necdũ perueni. Itẽ ibidẽ.Quũ quidã renuntiaſſet mundo:⁊ partim ſua dediſſet pauperibus:⁊ partim ſibi retinuiſſet:⁊ veniſſet ad beatũ Antoniũ:mandauit ei beatus Antonius q̃ poꝛtaret carnes cũ coꝛpoꝛe nudo.quo id agente aues ⁊ canes tam coꝛpus q̃ carnes vnguibus ⁊ dentibus lacerarunt.⁊ dixit ei Antonius.Quicũq̃ renuntiant ſeculo:⁊ volunt habere pecunias:ſic a demonibus lacerantur. Itẽ quũ parentes in teſtamẽto magnã hereditatem reliquiſſent ſancto Arſenio anachoꝛite Romanoꝛũ olim nobiliſſimo:⁊ teſtamentũ ei allatũ fuiſſet in Egyptũ de Roma: ille rũpere voluit niſi poꝛtans caput quidẽ perdere timuiſſet.Et ait Arſenius. Ego ante illum huic ſeculo ſum moꝛtuus.⁊ noluit videre q̇d eſſet in teſtamẽto:ſed reddidit poꝛtitoꝛi. Idem cuidã fratri volenti duos ſolidos retinere ꝓpter coꝛpoꝛis infirmitatem/ſenex vidẽs voluntatem eius dixit. Retine. Deinde ſenex ab eodẽ fratre ſtimulato in conſcientia de illis ſolidis reſpondit. Non eſt bonũ tenere plus q̃ neceſſe eſt coꝛpoꝛi.duo ergo ſolidi ſunt ſpes tua.⁊ ſi cõtigerit vt pereant:nunquid deus non cogitat de nobis? Pſ.liiij. Iacta ergo cogitationem tuam ſuper dominũ:qm̃ ipſi.Sap.vj. Matth.vj.cura eſt de nobis. Idem reſpõdit Machari⁹ Abbati Theodoꝛo tres habenti codices ꝓ ſuo iuuamine et ad pꝛeſtandũ alijs:Melius eſt nihil habere.vñ ⁊ dict⁹ Theodoꝛus vẽdidit eos:⁊ pꝛecium dedit pauperib⁹. Itẽ Serapion ſidonius ſolũ euangelium poſſidẽs/ vendidit illud:⁊ dedit pauperibus:dicens illud verbũ. Vendidi quod mihi ſemper dicebat.Matth.xix.Vende oĩa que habes:⁊ da pauperibus. Item quũ quidam rogaret quedam Abbatẽ recipere eleemoſynã noluit/dicens. Opera manuũ mearũ me paſcunt.pſ.cxxvij. Laboꝛes manuum tu.man.de cõſe.di.v.nunq̃. Quũ autem perſiſteret diſtribuens:vt ſaltẽ reciperet ⁊ pauperib⁹ erogaret:reſpondit. Dupliciter verecũdia eſt mihi:quia nõ indigens ſuſcipio: ⁊ alienũ ꝓbẽs vane gloꝛie ſubiacebo.Dixit ſenex. Tribulatio ⁊ paupertas ſunt monachi ferramenta.Dicebat Abbas Paulus. Si plus q̃ neceſſe habet monachus in cella habeat:frequẽter cogitur de cella egredi:⁊ a demone decipi.Dixit ſenex fratri volenti aliqua congregare ꝓ ſenecta.Aut habe chꝛiſtũ:⁊ cogitat de te:aut pecunias ne mẽdices. Ergo tuũ eſt eligere deũ vel mãmona. Matth.vj. xiiij.q.v.§.Sed hoc dicebat Agathon diſcipulo ſuo. Ne tale aliquid acquiras qd̃ fratri petenti dare te pigeat:⁊ per hoc/mandatũ dei tranſgrediaris.Macharius iuuit furẽ qui appoꝛtabat que in cella habebat ad carricãdum aial cũ multa patientia dicens. Nihil in hunc mũdum intulimus.j.Timo.vj. Dñs dedit dñs abſtulit. Iob.j.⁊.ij. Quũ quidã frater furaretur frequẽter cuidam magno ſeni id qd̃ in cella habebat:ſenex ſciens/non illud arguebat: putans q̃ neceſſe erat illi.habebat ergo ſenex magnã penuriam panis.quũ autem moꝛeretur:⁊ videret illũ fratrem furem:oſculatus eſt manus ei⁹/dicens. Gratias ago manibus iſtis: quia ꝓpter eas arbitroꝛ me iturũ in regnum celoꝛũ. Fur aũt cõpunctus in hoc ſtrenuus monachus factus eſt ex actib⁹ quos vidit in illo.Dicebat ſenex q̃ Lazarus ſolũ quia cũ gratiarũ actione paupertatẽ poꝛtauit:⁊ de diuite nõ murmurauit:in ſinu Abꝛae ſuſcept⁹ eſt. Luce xvj. Idem dicebat q̃ nihil opoꝛtebat cogitare niſi de timoꝛe dei:nec de coꝛpoꝛali neceſſitate ante tẽpus. Matth.vj. Quia Zacharias abſente abbate Syluano ſuo ſepe deiecit:⁊ fecit hoꝛtũ maioꝛem. Regreſſus Syluanus ⁊ vidẽs dilatatũ hoꝛtũ voluit recedere:niſi ſepes in loco ſuo pꝛioꝛi fuiſſet repoſita.Dixit ſenex fratri. Si pꝛeſtas alicui nummos ſemel tantũ repete ab eo:⁊ ſi nihil dat:nihil ei dicas. Et ſi cogitatio tua tibi fuerit inoppoꝛtuna ad repetendũ dimitte eã repetere: tantũmodo fratrem tuũ ne cõtriſtes: q2 monachus es.Abbas Theodoꝛus tria ſuꝑ multos ſeruauit:ſcȝ nihil poſſidere/abſtinere/⁊ homines fugere. Dixit Sincletica patriſſa. Perfectum bonũ eſt nihil habere. ſicut eñ foꝛtia veſtimẽta dũ calcantur:⁊ pedib⁹ ſepius reuerſantur:incãdidant̃:ita foꝛtis anima per voluntariam paupertatẽ amplius cõfirmatur. Rogatus pꝛeſbyter eremi a quodã/vt aurũ reciperet ꝓ fratribus:reſpondit. Nõ opus habẽt. Tunc ille poſuit ſpoꝛtam cũ pecunia in egreſſu eccleſie:quã nemo fratrum tetigit:ſed nec aliq̇ inſpexerunt. Senex veſtitus tantũ ſacco lineo/intrãs deſertũ vidit ſub quadã petra viridem herbã ⁊ hominẽ nudũ paſcẽtem:qui tentus fuit a ſene:ſed q2 nudus erat fugit ab eo. Quumq̃ ſenex clamãs curreret poſt eũ: dicens/Expecta me:q2 ꝓpter deum ſequoꝛ te.ille nudus reſpõdit. Et ego pꝛopter deũ fugio te. Senex aũt vt eum pertingeret/pꝛoiecit a ſe ſaccum quo erat indutus.qd̃ quũ vidiſſet ille:expectauit eũ:⁊ dixit ei. Quoniã pꝛoieciſti materiã mũdi a te: ⁊ ego te expectaui. Quidã obtulit cuidã ſeni pauperi pecuniã:dicẽs. Habe pecuniã:quia ſenuiſti:ꝓ expenſis. Cui ille rñdit. Tu poſt.lxx.annos auferre mihi nutritoꝛẽ meũ venis? Ecce multũ tẽpoꝛis habens in infirmitate mea nihil indigui:deo tribuẽte ⁊ paſcente me.⁊ nõ acquieuit accipere:dicẽs/Ecce modicas palmulas habeo quas opeꝛoꝛ:⁊ facio plectas ex eis:⁊ mãduco panem. Iterũ iuerũt

ad domū cuiuſdam vidue cum filijs ſuis: ⁊ quū pulſarēt oſtiū: cucurrit filia nuda ad oſtiū. mater vero/ q: erat candidatrix: iuerat ad opus. ⁊ dabant filie veſtimentū ⁊ nūmos: ⁊ noluit accipere: dicens veniſſe matrē ſuā: ⁊ dixiſſe ſibi. Cōfide filia: q: voluit deus: ⁊ inuenio opus qđ facio hodie vnde habeamus victum noſtrum. Et quū veniſſet mater eiꝰ. rogabāt eam vt acciperet aliqđ. ⁊ noluit dicēs. Ego habeo nutritorē deum meū: ⁊ vos vultis eū tollere a me? Illi autē cognoſcentes fidem eius glorificauerunt deū. Iſta etiam duo proxima exempla poſui ſupra in. §. ex quo ſponſa. in ar. li. ꝟ. venerunt. cū. ꝟ. ſeq. Serapion ſidonius dedit cuidā petenti amictum ſuū: ⁊ alteri frigeſcenti tunicā. ⁊ ſic remanſit nudus. ⁊ interrogante quodā abbate/ Quis te ſpoliauit? tenens euāgelij librū ⁊ oſtendēs ei reſpondit. iſte. Matth. xix. ibi. Vade ⁊ vende ⁊c. Quum pauperes veniſſent ad quādam ciuitatē ꝓ agape eleemoſyna cōmuni. xlij. di. c. j. dormiētibus alijs erat quidam habēs tantūmodo mattam. i. ſtoream de iuncis vel palmis cuius medietatē ſibi ſubſternebat: ⁊ medietate cooperiebatur: erat eñ tunc ibi frigus validū. Et quū exiſſet quidā frater ad vrinandū: audiuit ſubmurmurātem illum et gementē de frigore: ⁊ conſolabatur ſeipſum dicens. Gratias tibi ago dñe. quanti eñ ſunt modo diuites in cuſtodia: qui etiā in ferro ſedent: aut pedes habēt in ligno conſtrictos: quiq; vrinam ſuā libere nō faciunt. ego aūt velut imperator ſum extendens pedes meos: ⁊ vbi volo ambulo. Quod verbū audiens ille frater/ narrauit alijs. ⁊ edificati ſunt. Quidā frater de macria moriens. c. ſolidos dereliquit. Macharius Pambo Iſidorus ⁊ ceteri ſeniores patres ſancto loquēte in eis ſpiritu/ decreuerūt infodiendos eſſe cum dño ſuo: dicentes/ Pecunia tua tecū ſit in perditionē. Act. viij. j. q. j. qui ſtudet. c. eos. c. petrus. Ex quo tantus terror per totā Egyptum cūctos monachos inuaſit: vt vnū ſolidum dimiſiſſe grande apud eos ſit crimen. Idē fecit beatus Greg. de Iuſto monacho q̄ in morte tres aureos reliquit: quos ſecum ſepeliri fecit beatus Greg. vt narrat in lib. dialogoꝝ. ⁊ ex de ſta. mona. cum ad monaſteriū. Narrat etiā in. iiij. lib. dialogorū de Iſaac de Syria: qui dicebat. Monachus q̄ in terra poſſeſſionem querit: monachus nō eſt. ſic q̄ppe metuebat paupertatis ſue ſecuritatē perdere: ſicut diuites auari ſolēt perituras diuitias cuſtodire. Qꝛ aūt religioſi approbatā religionē profitētes propriū in ſpeciali aut peculiū habere non poſſunt: a primitiua eccleſia credentiū ortum traxit: ⁊ deinde ab vniuerſali eccl'ia inſtitutū eſt. ad hoc. xij. q. j. c. dilectiſſimis. c. quia tua. ⁊ c. ſcimus. ⁊ c. duo. c. nolo. c. non dicatis. xvij. q. j. ananias. xviij. q. j. c. j. ⁊ q. ij. abbates. liiij. di. abbati. ex de of. or. quanto. de teſta. q: ingredientibus. de regu. ex parte. de ſta. mo. c. ij. ⁊ c. ſup quodā. ⁊ c. cū ad monaſteriū. j. rñ. ⁊ §. ſi. vbi de hoc. de accuſa. ex pte. ⁊ c. olim. Et q: propriū habere nō poſſunt in ſpeciali: ideo nec cōtractus facere poſſunt ad veros dños pertinētes ſuo noie: ſicut vēdere/ emere/ donare/ permutare/ locare/ conducere/ teſtari/ tranſigere/ vel paciſci/ alienare ſine licētia aliqđ recipere. vt pre. c. abbati. ꝟ. de hoc. ex de reb. ec. alie. nulli. C. de epiſ. ⁊ cleri. aut ingreſſi. xix. q. vlti. q: ingrediētibus. ⁊ pre. c. nolo. ⁊ c. nō dicatis. Adde hic qđ ſcripſi de iſtis contractibꝰ. j. iu. §. offendunt. ꝟ. ⁊ quia vt ſepe. in ar. lxvj.

## Articulus. lv. A

Fratres minores nihil habent proprij.

**Porro omnis reli**gio poteſt habere propriū in cōmuni. vt pre. c. dilectiſſimis. ⁊ c. quia tua. cū ſi. Excepta regula ⁊ ſtatu fratrum minorum: qui nō poſſunt habere propriū: etiam in cōmuni. vnde in eorū regula cōtinetur. Fratres nihil ſibi appropriēt: nec domū/ nec locum/ nec aliquā rem ⁊c. Fratres dicit: nō frater. q. d. tota illa cōmunitas: nō frater ſpecialis. q: de hoc nō erat dubiū: ſicut nec de alijs religioſis qui nō habent propriū in ſpeciali. ſicut ſuperius eſt probatum. prime in. §. pre. in ſi. Qꝛ aūt talem ſtatū elegerit beatus Franciſcus crucis chriſti ſignaculo inſignitꝰ/ ⁊ ab eccleſia multipliciter approbatus: patet pmo per Greg. ix. qui fuit tēpore beati Franciſci ſibi familiaris/ ⁊ in condendo ac regulā confirmando ſibi ſpecialiter adſtitit. vt ipſe teſtatur in declaratione regule: in qua ſic determinat dicens. Preterea quū in ipſa regula cōtineatur expreſſe q̄ fratres nihil ſibi approprient: nec domū/ nec locum/ nec aliquā rem: ac ipſi proceſſu tēporis cōtaminari timeant ordinis paupertatē: preſertim quū iam dixerint aliqui ꝓprietatem mobiliū pertinere ad totū ordinem in cōmuni: nobis fuit humiliter ſupplicatū vt in hoc animarū dignoſceremur prouidere periculis ⁊ totius ordinis puritati. Dicimus itaq; q̄ nec in cōmuni nec in ſpeciali debēt proprietatem habere: ſed vtēſilium ⁊ librorum ⁊ eorū mobilium que licet habere/ ordo vſum habeat ⁊ fratres: ſcḋm q̄ generalis miniſter vel ꝓuinciales miniſtri diſponēdum duxerint. his vtantur ſaluo locorū ⁊ domorū dominio illis ad quos noſcit̄ pertinere. hec Greg. nonus. qui in eadem declaratione dicit ſe ex familiaritate ſpeciali quā habuit cū beato Franciſco noſſe eius intentionē. Itē Innocentius quartus ⁊ Alexander quartꝰ: vt dñs Io. papa. xxij. recitat in ſua cōſtitutione/ quia quorūdam. in ſuis declarationibus ſic diffinierūt. Dicimus inſuper q̄ quū in ipſa regula cōtineatur expreſſe q̄ fratres nihil ſibi approprient: nec domū/ nec locū/ nec aliquā rem: q̄ nec in cōmuni nec in ſpeciali debēt proprietatem habere. ſed locorū ⁊ domorū ac vtenſiliū librorum ⁊ eorū que licet habere: ordo vſum habeat ⁊ fratres: ſcḋm q̄ generalis miniſter ⁊ ꝓuinciales miniſtri ordinandū duxerint his vtantur. Itē Nicolaus tertius in ſua declaratione que ponitur ex de ver. ſig. exijt. §. verū. lib. vj. ſic diffinit dicens. Verū condecens fuit ei profeſſioni que ſpōte deuouit chriſtū pauperem in tanta paupertate ſectari: omniū abdicare dominiū: ⁊ rerum ſibi cōceſſarū neceſſario vſu eſſe contentā. nec per hoc q̄ ꝓprietatem vſus/ ⁊ rerū cuiuſcūq; dominiū a ſe abdicaſſe videtur: ſimplici vſui omnis rei renūtiaſſe cōuincitur. Et infra nihilominus dicit ſic ad hec. Quū fratres nihil ſibi in ſpeciali acq̄rere vel eorū ordini poſſint: etiā in cōmuni. Item Clemēs quintus in ſua declaratione in Viennēſi cōcilio edita/ ⁊ inter clementinas poſita. exiui de paradiſo. ex de ver. ſig. ſic dicit. Proinde quū vir ſanctus paupertatis ꝓmiſſe in regula modū exprimēs dixit in eadē. Fratres nihil ſibi approprient: nec domū/ nec locū/ nec aliquā rē: ſed tāq̄ aduene ⁊ peregrini in hoc ſeculo/ in paupertate ⁊ humilitate dño famulantes/ vadant pro eleemoſyna confidenter. ſicq; declaratū per nōnullos preceſſores noſtros Romanos pōtifices/ hanc expropriationē intelligi debere tā in ſpeciali q̄ in cōmuni. ꝓpter quod ⁊ rerū omnium cōceſſarū ⁊ oblatarū ⁊ donatarū fratribus/ quas ⁊ quarū vſum fratri ſcilꝫ ordini vel ipſis fratribus licet habere: proprietatē ⁊ dominiū in ſe ⁊ Romanā eccleſiam receperunt: dimiſſo ipſis fratribꝰ in eis tātūmodo vſu facti ſimplici. Eccleſia etiā declarauit in decre. pre. exijt. §. Porro iſtū fuiſſe ſtatū chriſti viā perfectionis tradētis ⁊ ſuorum apoſtolorū. Hec eſt etiam illa altiſſima paupertas de qua beatus Frāciſcus loquitur in regula. Nihil eñ tam propriū veri ⁊ euāgelici pauperis: q̄ nihil ꝓpriū nec ſingulariter nec cōiter poſſidere. ⁊ huic portio/ ſicut dicit Ambroſius/ deꝰ eſt. xij. q. j. cui portio. ⁊ habēs talis victū ⁊ veſtitū ad ſuū vſum his cōtentus eſt nudā crucē nudus ſequens. xij. q. j. clericus. ⁊ c. duo. ⁊ q. ij. gl'ia. ⁊ q. ij. eps. ¶ B Apl'i eñ poſt apoſtolatū/ ⁊ precepto eis dato a dño de nō habēdo es in zonis ⁊ argentū ⁊ aurū/ ⁊ vt ederēt q̄ apud illos erāt vbi predicabāt: propriū nō habuerunt. vt probat̄ pre. c. dilectiſſimis. ⁊ no. xij. q. j. vidētes. ⁊ xvj. q. j. ex authoritate. ⁊ xvij. q. iiij. §. notādum. in gloſ. tito ⁊ eugenio. Et ſup illo ꝟbo/ Accepit eā diſcipulꝰ in ſuā. Io. xix. dicit magiſter in hiſtoria ſcho. ſup verbo ſuā. quaſi ſuā habēs matrē. vel in ſuā vel in cōmunione rerū ſuarum. tñ nihil creditur ha

buiſſe pꝛopꝛiū.ſed quū eſſet beata virgo cū Apl'is:iſte ſpe
ciale curā ei⁹ habebat.hucuſq; hiſtoꝛia ſcho.quū ipſa ma⸗
ter chꝛiſti nihil etiā penit⁹ haberet:ſicut ait Chꝛyſ.xxvij.
q.ij.ſi em̄.Itē ſuper illud Act.iij.Argentū ⁊ aurum nō eſt
mihi.magiſter in hiſtoꝛia ſcho.ſic ait.Non erat ſuū qđ re⸗
ſeruabat in vſus pauperū:qui reliquerāt patrimonia ſua
pꝛoijciētes oia ante pedes apoſtoloꝛū.Si em̄ clerici in re⸗
bus eccleſie vſuarijs ⁊ nō ꝓpꝛie vſufructuarijs cōparan⸗
tur.de hoc ſupꝛa in.§.vlti.hic quero.ar.xxix.vt legit̄ ⁊ no.
xij.q.j.res eccleſie.⁊.c.ep̄s eccleſiaſticarū.⁊ ex̄ de pecu.cle
ri.c.vlti.⁊ ex̄ de teſta.quia nos.gloſ.clerici.⁊ de pig.c.vlti.
in gloſ.vſufructus.multo potius religioſi vſu nudo vtun
tur abſq; ꝓpꝛietate ⁊ dominio.vt no.xij.q.j.dilectiſſimis.
in gloſ.ergo aliquis.⁊.c.non dicatis.in gloſ.nūquid.quo
vſu in veteri teſtamēto vtebantur ſacerdotes ⁊ leuite in
ſacrificijs ⁊ oblationibus.dn̄s enim ſpeciale dominiū re
tinuit ſacrificiū ⁊ oblationem rerū eccleſiaſticarū.j.q.iij.
ſaluatoꝛ.⁊ no.xij.q.j.expedit.⁊.hoc tenet Hug.⁊ Vinc.⁊
Archi.idem.Vn̄ Deut.xviij.ſcribitur.Non habebūt ſacer
dotes ⁊ leuite et qui de eadē ſunt tribu partē cū reliquo
populo:quia ſacrificia dn̄i ⁊ oblationes eius comedūt.⁊
Eccl'i.xlv.de ſacerdotibus dicit̄.Sacrificia dn̄i edent que
dedit illi ⁊ ſemini eius.Ex q̄bus patet ꝙ dominiū ſpecia⸗
le ⁊ ꝓpꝛietatis ſacrificioꝛū ⁊ oblationū fuit dn̄i:⁊ nō mi⸗
niſtroꝛū:licet vſus eſſet ipſoꝛū.Quia ſacrificia inquit dn̄i:
⁊ nō ſua.⁊ oblationes inquit ei⁹ non ſuas comedūt.Vn̄
⁊ ſoli mares ⁊ in ſanctuario ſolo poterāt comedere ea:et
nihil aliud de eis poterāt facere.vt ptꝫ Numeroꝝ.xviij.c.
⁊ Matth.xij.Et licet oia generaliter quoad generale do
miniū ſint dei:q: dn̄i eſt terra ⁊ plenitudo ei⁹.pſ.xxiij.di.
viij.quo iure.tn̄ ſacrificia ⁊ oblationes ſpecialiter quoad
ſpeciale dominiū ⁊ immediatū/fuerunt dei:inquantum
deus ipſa ſibi ſpecialiter retinuit ⁊ reſeruauit in ſignum
ꝓpꝛij ⁊ immediati dominij.ad hoc faciūt optime.xvj.q.j.
quoniā.ibi.In vſu trāſierint monachoꝛū.xij.q.j.q̄ abſtule
rit.ibi.chꝛiſti pecunias.⁊.c.nulli.ibi.ſanctūſanctoꝝ.gloſ.i.
ad vſum ſanctoꝝ ſacerdotum pertinet.⁊.xxiij.q.vij.quod
aūt.ibi.que habebant.gloſ.non intelligas iure dominij.⁊
ibi.ſed noſtra.gloſ.i.ad ſeruandum nobis data.xvj.q.vij.
omēs decime.ibi.dn̄i ſunt.ex̄ de deci.tua nobis.ibi.Quas
dn̄s in ſignū vniuerſalis dominij ſibi reddi pꝛecepit:ſuas
eſſe decimas ⁊ pꝛimitias aſſeuerās.ex̄ de pben.cū ſm̄.ibi.
de patrimonio Ieſu chꝛiſti.⁊ de ver.ſigni.cauſam carpen
ti.vbi de hoc tenet Ber.⁊ ex̄ de elec.cū ex eo.§.ꝓinde.ibi.
de chꝛiſti patrimonio ſublimatis.vbi hoc tenet Io.an.fa
cit etiā.xvj.q.j.in canonib⁹.⁊.c.reuertimini.ibi.q: frauda⸗
ſtis me parte mea.¶ Habuerūt etiā apoſtoli poſt apoſto
latū vſum cōceſſum abſq; ꝓpꝛietate ⁊ dominio:qualē ha
bent pauperes a dn̄is inuitati ſeu vocati ad ſuas mēſas.
diuites em̄ inuitantes nō concedūt cōmuniter oē dn̄ium
pꝛopꝛiū ⁊ immediatū quod habēt alimentoꝛū appoſitoꝝ
quoniā vt plurimū non cōcedunt eis poteſtatē nec domi
niū ipſa diſtrahēdi alienandi ⁊ aſpoꝛtādi:ſed tantū eden⸗
di ⁊ bibēdi.qđ tamē dominiū ipſi diuites immediate ha⸗
bēt in eis:⁊ pauperes inuitati ſolū vſum nudū conceſſum
quū comedunt ⁊ conſumūt.⁊ de iſto vſu nudo qđ pōt ſe⸗
parari a dn̄io loquitur pꝛeal.c.dilectiſſimis.ibi.cōmunis
vſus ⁊c.Act.iiij.ibi.Nec quiſq̄ eoꝛum aut noſtrū de his q̄
poſſidebāt aliquid ſuū eſſe dicebat.Sicut em̄ ſm̄ Aug.j.
de doctrina chꝛiſtiana.abuſus eſt illicit⁹ vſus:ita vſus ac⸗
ceptus cōiter erit licitus vſus:per locū a contrario ſenſu:
quo chꝛiſtus vſus eſt.Mat.v.de dilectione amici/⁊ odio
ſcđm.l.inimici.⁊ ex̄ de his que fi.a pꝛela.cū in apoſtolica.
vbi de hoc.Si em̄ licitus vſus nō eſt pꝛopꝛie vſus:illicit⁹
vſus non eſt ꝓpꝛie abuſus.per locū a cōtrario.q: cuilibet
ſpeciei pꝛopꝛie vſus/coꝛreſpōdet ex oppoſito aliqua ſpe⸗
cies ꝓpꝛia abuſus.vſus aūt illicitus in quacūq; materia
eſt ꝓpꝛie abuſus.ex̄ de elec.qđ ſicut.§.j.ibi.abuſiue.⁊ vſus
licitus in quacūq; materia eſt ꝓpꝛie vſus.ad qđ bene facit
qđ legit̄ ⁊ no.xij.q.j.duo ſunt.ibi.ſed nō niſi ad vſum.⁊ in
ſi.gloſ.que incipit/ꝓhibetur.ibi.⁊ dic nō niſi ad vſuꝫ.i.nō
abuſum.De quadruplici ſpecie vſus no.xxxij.q.j.nō enim.
gloſ.j.Et adde hic qđ ſcripſi.j.in.§.rurſus ad finē.⁊.Itē
de ſeparatione.in ar.lvj.Item ſicut religioſi habētes pꝛo⸗
pꝛiū in cōmuni/habēt vſum ſeparatū a ꝓpꝛietate:⁊ poſ⸗
ſunt cōſumere bona etiā vſu cōſumptibilia:non vt ꝓpꝛia
ſua/ſed vt ꝓpꝛia cōmunitatis illi⁹ vbi ſunt.vt pꝛe.c.dile⸗
ctiſſimis.⁊ vt fratres minoꝛes poſſunt habere vſum quē⸗
libet ſeparatū a pꝛopꝛietate:cuius ꝓpꝛietas Romane ec⸗
cleſie erat olim:⁊ nūc dantiū:ꝓpter extrauagantē quā fe
cit papa Io.xxij.cōtra fratres minoꝛes.q̄ incipit/ad con⸗
ditoꝛē.ex quo ſcđm eccleſiā non poſſunt habere etiā pꝛo⸗
pꝛiū in cōmuni.vt pꝛe.c.xxiij.⁊.c.xxiiij.ſic ⁊ apl'i habuerūt
vſum ſeparatū a ꝓpꝛietate que erat eccleſie pꝛimitiue.vt
pꝛe.c.dilectiſſimis.Sicut etiā filiuſfamilias habet vſum
ſeparatū a ꝓpꝛietate que eſt patris in peculio ꝓfectitio.
ff.de acqui.poſ.l.q̄cq̄d.⁊.l.j.§.Itē acquirimus.ff.de regu.
iur.filiuſfamilias.⁊ ſeruus a ꝓpꝛietate que eſt dn̄i:q: ve⸗
ſtis quā habet de peculio dn̄i eſt.ff.de peculio.illud veſti⸗
mentū.⁊ ſeruus nō poſſidet ea q̄ ſunt in peculio.ff.de ac⸗
qui.poſ.ſeruus.⁊ no.de hoc.xij.q.j.non dicatis.in gloſ.nū
quid.Sicut ergo paterfamilias eſt pſona cōmunis in do
mo:et dn̄s eſt perſona cōmunis in dn̄io.xxiij.q.iiij.duo.⁊
filiuſfamilias ⁊ ſeruus vtūtur rebus eoꝛū:ſic ⁊ apoſtoli ⁊
fratres minoꝛes(vt dictū eſt)vtūtur rebus eccleſie gene
ralis.⁊ tamen licet vtatur q̄libet apl's vel frater minoꝛ re
bus eccleſie generalis:vel ali⁹ religioſus rebus ſue cōmu
nitatis ſpecialis:non ꝓpterea in vſu rei illius ꝓpꝛietari⁹
eſt:nec in re illa quā potius detētat ꝙ poſſidet.vt no.pꝛe.
c.dilectiſſimis.quia qđ vniuerſitatis eſt vel cōmunitatis:
illud non eſt cuiuſlibet.xij.q.ij.q̄ manumittit̄.⁊ no.xij.q.j.
§.ſi.in gloſ.falſum dicit.⁊ in textu.ibi.cū de cōmuni null⁹
dicat hoc meū eſt.⁊ ar.ad hoc op.ꝙ magis dicitur meum
qđ per pꝛobitatem meā queſiui:ꝙ quod per anteceſſoꝛes
meos habui.legit̄ ⁊ no.ff.de capti.l.ſi q̄s in bello.Et dicit
lex.Cum dicimus ſuū vel ipſius:dn̄o damus actionem.⁊
cū dicimus in alterius locū:de dn̄o intelligendū eſt.ff.de
relig.l.ij.§.in locū.⁊ no.de poſtu.pꝛe.c.j.in gloſ.bona.Nō
obſtat.Act.xij.qđ dixit angelus ad Petrū.Calcia te cali⸗
gas tuas.⁊ quod dixit.Circūda tibi veſtimētum tuū ⁊c.
q: in ſcriptura ſepe dicit̄ aliq̄d alicuius/nō quoad dn̄ium
et pꝛopꝛietatē:ſed quoad officiū cōmoditatis ⁊ neceſſita
tis.ſicut eſt illud.j.Reg.xx.Apparuit vacuus loc⁹ Dauid.
qui locus nō dicebat̄ Dauid quantū ad dominiū ꝓpꝛieta
tis:q: quoad dominium erat Saulis:eo ꝙ in mēſa regis
Saulis haberet ſpecialē locū in ſedēdo ſibi deputatum.
Sic eſt illud Mat.xxvij.de cruce ſaluatoꝛis.Angariaue⸗
runt quēdam vt tolleret crucē eius/ſcꝫ chꝛiſti.q̄ crux non
dicebat̄ in ſpeciali chꝛiſti quantū ad dominiū ꝓpꝛietatis.
ſed quoad ſuppliciū paſſionis ⁊ officiū redēptionis.Sic
⁊ calige ⁊ veſtimentū Petri dicebant̄ eius ab angelo:nō
quoad dominiū pꝛopꝛietatis:ſed quoad officiū neceſſita
tis coꝛpoꝛalis ſeu vſum neceſſitatis.Itē facit ꝓ iſta ſepa⸗
ratione vſus a ꝓpꝛietate in cōſumptibilibus.Luc.xix.ibi.
Quare nō dediſti pecuniā meā ad menſam:⁊ ego cū vſu⸗
ris exegiſſem eā:ex quo videt̄ ꝙ ſeruus habuit vſum pe⸗
cunie:⁊ dn̄s dominiū:⁊ tamē pecunia cōputatur inter ea
que vſu cōſumūtur.legit̄ ⁊ no.ex̄ de pig.c.vlti.Item facit
ad hoc illud Aug.in lib.de queſtionib⁹ euangelij:⁊ ponit̄
in gloſ.oꝛ.ad Rom̄.viij.c.Omnia veſtra ſunt:nō dn̄io ſed
vſu.ſicut res dn̄i famuloꝝ ſunt:nō dominij poteſtate:ſed
vtendi facultate:qua vtunt̄ eis ad victū aut oꝛnamētum
aut aliud hmōi.hec.gloſ.accepta ab Aug.Itē ſuper illud
ad Phil'.vlti.c.Miſiſtis mihi in vſum.gloſ.oꝛ.pꝛeter quē
nihil in rebus querendū eſt.Item Hiero.ad Nepotianū
dicit ꝙ chꝛiſtus alieno cibo vtebat̄.Item Greg.in homi.
ſup euangelia/parte.ij.Ad ſe venientibus dn̄s pꝛecipit vt
renūtiemus noſtris:q: q̄ ad fidei agonē venimus/lucta⸗
men cōtra malignos ſpūs ſumimus.nihil aūt pꝛopꝛium
maligni ſpūs in hoc mundo poſſidēt.nudi ergo cū nudo

luctari debemus:quia ſi veſtitus q̃s cũ nudo luctetur: ci/
tius ad terrã deiicitur:q: habet vñ teneatur. quid eñ ſunt
terrena oĩa:niſi quedã corporis indumenta:qui ergo ad
certamen ꝓperat:veſtimenta abiiciat: ne ſuccumbat.hec
Greg. ¶ Nec poſſit obiici de c. Melchiadis pape.xii.q.i.
futurã.ꝙ apoſtoli non ſunt adepti predia in Judea:quia
futurã eccleſiam in gentibus preuidebãt:ergo ea habere
poterãt.non ſequit.q: Melchiades intelligit ꝙ apl'i non
ſunt adepti predia ꝑ eccleſia ipſa quã preuiderunt futurã
in gẽtibus:nõ pro ſeipſis.q: apl'i pro ſeipſis nõ plus ſunt
adepti predia in gẽtibus q̃ in Judea.ſed nec illa fuit cau
ſa principalis ⁊ vniuerſalis:ſed particularis ⁊ acceſſoria
Quia ratio principalis ⁊ literalis fuit:vt ſolis vite neceſ/
ſariis alimẽtis.ſ.⁊ tegumẽtis cõtenti.i.ad Tim̃.vi.xii.q.i.
ep̃s.deo liberius vacarent:euãgelio expeditius inſtarẽt:
mũdo exẽplarius coruſcarent:⁊ vniuerſorũ neceſſitatibꝰ
promptius miniſtrarent atq; prouiderent.que quadruplex
ratio tãgitur in textu. Ut deo liberiꝰ vacarẽt/⁊ perfectiꝰ:
et euãgelio expeditius inſtarẽt.ideo ſcribitur Act.ij.c. de
illa multitudine.Erant aũt pſeuerantes in doctrina apo
ſtolorũ ⁊ cõmunicatione fractiõis panis ⁊ orationibus.
Ut mũdo exẽplarius coruſcarent. ideo ſcribitur ibidem.
Fiebat autẽ omni anime timor:⁊ metus magnus erat in
vniuerſis. Iſta triplex ratio tangit ſimul in fine eiuſdẽ.c.
vbi ſcribit.Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in
tẽplo ⁊ frangẽtes panes circa domos ſumebãt cibum cũ
exultatione ⁊ ſimplicitate cordis/collaudantes deũ ⁊ ha
bentes gratiã ad omnẽ plebẽ. Quarta ratio: vt vniuer/
ſorũ neceſſitatibus promptius miniſtrarent. tangitur Act.
iiij.c.vbi ſcribit ꝙ nec quiſq̃ erat egẽs inter eos: ⁊ ꝙ vni/
cuiq; ꝓuidebatur prout opus erat. He fuerũt pncipales
cauſe quare apoſtoli ꝓ multitudine credentium in iudea
non fuerũt adepti predia . Nõ dicit ergo Melchiades ꝙ
apoſtoli ꝓ ſeipſis non ſunt adepti predia in iudea:q: pre
uidebãt ſeipſos trãſituros ad gẽtes:ſed ꝙ nõ ſunt adepti
predia in Judea q: preuidebãt eccleſiã futurã in gentibꝰ.
Non eſt ergo verũ ſalua reuerẽtia ꝙ apoſtoli in Judea li
cite potuerũt ꝓ ſeipſis recipere predia. quia vt ſcribitur
Matth.xix. Si vis perfectꝰ eſſe:vade ⁊ vende oĩa que ha
bes:⁊ da pauperibꝰ.quod de prediis inter alia neceſſe eſt
intelligi:vt pꝫ manifeſte ex textu vbi ſcribitur de illo iu/
uene ꝙ erat multas habẽs poſſeſſiones. Quinta ſtante
apice apoſtolice perfectionis/apoſtoli nõ poterãt pro ſe/
metipſis in ſpeciali nec in cõmuni quantũ ad ipſorꝫ com/
munitatẽ propriã/predia recipere nec retinere in Judea
nec in gẽtibus.q: ſi vis perfectꝰ eſſe:vade ⁊ vẽde oĩa que
habes: ⁊ da pauperibus.⁊ nõ retineas tibi/nec portes ad
me/inquit:ſed da pauperibꝰ.⁊ ita cauſa preciſa ſm̃ euan/
geliſtã quare apoſtoli nõ receperunt pro ſeipſis predia in
Judea:fuit q: poſſeſſio ⁊ ꝓprietas prediorũ nõ ſtabat cũ
apice apl'ice perfectionis. Itẽ apl's Paulus q̃ fuit princi
paliter ad gẽtes miſſus:⁊ nõ ad Judeos:vt ipſe teſtatur
ad Gal.i.ſcribens Timotheo.i.ad Timo.vi.ait.Habẽtes
alimenta ⁊ q̃bus tegamur/his contenti ſimus.xxiij.q.i.§.
his ita.v̉.ad hec callida.xii.q.i.ep̃s. Hec ergo ſufficientia
apoſtolica ⁊ limes apl'ice perfectionis ꝑ ſe ⁊ pro ſuis pfe/
cte ſectatoribus fuit eſſe contentũ victu ⁊ veſtitu:que vſu
cõſumuntur:⁊ nihil vltra querere.q: habentes inquit ali
mẽta ⁊ q̃bus tegamur his contenti ſumus.⁊ ita recipere
predia ⁊ ipſa tenere nõ ſtat cũ apoſtolica perfectione. Itẽ
quũ Petrus dixit in ſua ⁊ oĩm apoſtolorũ perſona . Ecce
nos reliquimus oĩa.Mat.xix.ſi poſt talem relictionẽ vni
uerſalẽ maxime rerũ immobilium/predia habuiſſent:ma
num ad aratrũ poſuiſſent primo:⁊ poſtmodũ retro aſpe/
xiſſent:⁊ regno dei apti nõ fuiſſent. Luc.ix. vñ ſup Ezech.
i.c. ſuper verbo illo Pennata aĩalia minime reuertuntur
quũ incedunt: Greg.dicit.q: predicatores ſancti ſic a ter
renis actibus ad ſpũalia tranſeunt:vt ad ea que relique/
rant vlterius nullatenus reuertãtur.de peni.di.ij.penna/
ta. Item q̃bus nõ licuit ex ſua ꝓfeſſione paſſim ⁊ indiffe/
renter pecuniã poſſidere ⁊ portare:eis nõ licuit predia re/
cipere ⁊ retinere.quia ꝓ quocũq; tempore licet alicui pre
dia recipere vel retinere:ꝓ eodem tẽpore licet eidẽ mul/
to magis pecuniã aliquã recipere vel poſſidere. ſed apo/
ſtolis non licuit ꝓ ſeipſis tẽpore predicationis pecuniã re
cipere vel portare quicq̃d ſit de alio tẽpore. ſicut pꝫ Luc.
ix. Mat.x.ibi. Nolite poſſidere aurũ/neq; argẽtum/neq;
pecuniã in zonis veſtris:nõ peram in via/neq; duas tuni
cas/neq; calciamẽta/neq; virgam.vbi Hiero. Si enim ſic
predicãt/vt preciũ non accipiãt:ſuperflua eſt auri ⁊ argẽ/
ti nummorũq; poſſeſſio.nã ſi habuiſſent:viderent nõ cau
ſa ſalutis hominũ/ſed cauſa lucri predicare. Itẽ Chryſo.
ibi. Per hoc ergo preceptũ primo q̃dẽ diſcipulos facit nõ
eſſe ſuſpectos:ſcdo ab omi eos liberat ſolicitudine:vt va/
cationẽ omnẽ tribuant verbo dei:tertio docet eos ſuã vir
tutem.hoc nẽpe eis ⁊ poſtea dicit Luc.xxij. Nũquid aliq̃d
defuit vobis:qñ miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera? Itẽ Hiero.
Qui aũt diuitias detrũcauerat: que per aurũ ⁊ argentũ
⁊ es ſignantur:propemodũ ⁊ vite neceſſaria amputat:vt
apoſtoli doctores vere religionis q̃ inſtituebãt oĩa dei
ꝓuidentia gubernari:ſeipſos oſtẽderẽt nihil cogitare de
craſtino. Matth.vi. Item ibi gloſ.nec pecu.in zo.⁊c̃. Duo
ſunt genera neceſſariorũ.vnũ quo emuntur neceſſaria:qđ
intelligit per pecuniam in zonis. Aliud ipa neceſſaria:qđ
intelligitur per peram. Sequit. Neq; duas tunicas. Hie/
ro. In duabus tunicis duplex mihi videtur innuere veſti
mentũ.non ꝙ in locis Scythie ⁊ glaciali niue rigẽtibus
vna q̃s tunica debeat eſſe contẽtus.ſed ꝙ in tunica veſti/
mentũ intelligamus:ne alio veſtiti aliud nobis futurorũ
timore reſeruemus. vñ ⁊ Aug. Curam ꝓhibuit:ne quiſq̃
eorũ preter eam quã eſſet indutus/aliã portandam puta/
ret:ſolicitus ne opus eſſet:quũ ex poteſtate illã poſſit ac/
cipere.ſic etiã intelligit de calciamentis. Neq; calciamẽta
Hiero. Et plato etiã precepit illas duas corporis ſummi/
tates eſſe velãdas.neq; aſſuefieri debere mollitie capitis
⁊ pedũ.quũ enim hec habuerint firmitatem:cetera robu
ſtiora ſunt. Sequit. Neq; virgam.q̃ eñ habemus auxiliũ
baculi:preſidiũ cur queramus.xi.q.iij.ira. Itẽ Remigiꝰ.
Oſtendit dñs in his verbis q: ſancti predicatores reuo/
cati ſunt ad primi hoĩs dignitatẽ:qui quãdiu celeſtes poſ
ſedit theſauros:iſta nõ concupiuit. ſed mox vt peccando
illa amiſit:iſta deſiderare cepit. Item Chryſ. Felix eſt au
tem iſta cõmutatio.nã pro auro ⁊ argento ⁊ hmõi accepe
runt poteſtatem curandi infirmos:ſuſcitãdi mortuos: et
alia huiuſmodi.vñ non a principio dixit eis. Nõ poſſidea
tis aurũ vel argentũ.ſed quãdo dixerat Matth.x. Lepro
ſos mundate:demones eiicite. ex quo pꝫ ꝙ angelos eos
ex hoibus(vt ita dicam)conſtituit:ab omni ſoluens vite
huius ſolicitudine:vt vna ſola detineantur cura/q̃ eſt do/
ctrine:a qua etiã eos ſoluit dicens Matth.x. Neq; ſolici/
ti ſitis q̃d aut qual'r loquamini , qđ videt valde etiã one/
roſum ⁊ graue:hoc maxime leue eis oſtẽdit ⁊ facile. Nihil
enim eſt ita iocundũ vt a cura ⁊ ſolicitudine exutum eſſe:
⁊ maxime quũ poſſibile fuerit ab hac exutos in nullo mi/
norari deo preſente ⁊ ꝓ omnibus nobis procuratore eſſe
cto. Hiero. Et quia quodãmodo nudos ⁊ expeditos ad
predicandũ apoſtolos miſerat:⁊ dura videbatur cõditio
magiſtrorũ:ſeueritatem precepti ſequẽti ſentẽtia tẽpera/
uit dicens. Dignus eſt eñ operarius cibo ſuo. Matth.x.
xij.q.ij.quicũq;.q.d. Tantũ accipite quantũ in victu ⁊ ve/
ſtitu vobis neceſſariũ eſt. vnde Apl's.i.ad Timo.vi. Habẽ
tes victum ⁊ veſtitũ his contẽti ſimus. x.q. ij. epiſcopus.
⁊ alibi. Cõmunicet. Gal'.vi.xiij.q.i.§.i.is qui catechizatur
ei qui catechizat in omnibꝰ bonis:vt quorũ diſcipuli me/
tunt ſpũalia/conſortes faciãt eos carnalium ſuorum.ex
de cenſi. cum apoſtolus.xiij.q.i.§.i. non in auaritiã: ſed in
neceſſitatẽ. Item Aug. Non eſt ergo venale euangelium
vt pro tẽporalibus predicetur. ſi eñ ſic vẽdunt: magnam
rem illi vendũt. Accipiant ergo predicatores ſuſtentatio
nem/neceſſitatẽ a populo:mercedẽ diſpenſationis a deo.

non em̄ a populo redditur quaſi merces illis q̄ ſibi in cha
ritate euangelij ſeruiūt:ſed tamq̄ ſtipendium datur quo vt
poſſint laborare paſcatur. Item Mar.vj. Et precepit eis
ne quid tollerēt in via:niſi virgam tantū:nō peram/neq̄
panē:nec etiā in zonis es:ſed calciatos ſandalijs:⁊ ne in-
duerētur duabus tunicis. vbi Beda. Tanta em̄ predica-
tori in deo debet eſſe fiducia:vt p̄ſentis vite ſumpt⁹ q̄uis
nō prouideat: tn̄ hos nō ſibi deeſſe certiſſimo ſciat.ne dū
mens eius occupatur ad tēporalia: minus alijs ꝓuideat
eterna. Item Chryſ. Hoc etiā eis dn̄s precepit:vt per ha
bitū oſtenderent quantū a diuitiarū deſiderio diſtabant.
Item Theophilus. Inſtituēs etiam eos per hoc non eſſe
amatores munerū:⁊ vt videntes eos predicare pauper-
tatē acquieſcant:quū apoſtoli nihil habēt. Quod vero dicit
Niſi virgam tantū/intelligit Aug.q: per poteſtatē a dn̄o
acceptam que virge noīe ſignata eſt:etiā que non portan
tur nō deerunt. Quod vero Mat.x.c. ⁊ Luc.ix.c. cōmemorat
dn̄m dixiſſe diſcipulis vt nec virgam ferrēt/intelligit idē
Aug.i.nec minimas quidē res. Item Amb. de ſancto Io
ſeph. ⁊ eſt.xj.q.iij.ira.ij.ibi. Dn̄s Ieſus mittens ad euāge-
lizandū diſcipulos/miſit eos ſine auro ⁊ argento/ſine pe
cunia/ſine virga:vt ⁊ incentiua litis ⁊ inſtrumenta eripe-
ret vltionis. Quod dicit Mar.vj c.de ſandalijs intelligit
Aug.i.ſoleis:vt pes neq̄ tectus ſit deſuper:nec nudus ad
terrā.i.nec occultetur euāgeliū:nec terrenis cōmodis in-
nitatur. Item Chryſ. Mat.x.c. ⁊ Luc.ix.c.non calciamen
ta neq̄ baculū portare permittit.qđ oſtendit ſanctiſſimū
eſſe. Marcus vero baculū iubet aſſumere:⁊ ſandalijs cal
ciari.quod dictum eſt permiſſiue. ¶ Sexto per ſuperiora
patet ꝙ nō licuit apoſtolis alicubi predia recipere nec re-
tinere aliquo tēpore.quia quū ſepe ⁊ frequenter predica-
rent ſi tēpore predicandi non licuit eis predia retinere: ⁊
alio tēpore licuiſſet:tūc oportuiſſet eos tota die ſicut mer
catores predia vendere ⁊ cōmutare.qđ de apoſtolis ſenti
re eſt incōueniens ⁊ euangelio contrariū: preſertim quia
quum eſſent de eccleſia primitiua:in qua nullus habebat
propriū ſingulariter.vt.xij.q.j.dilectiſſimus.⁊ illius eccle-
ſie capita propriū non potuerūt diſperſi per mundū vlla-
tenus poſſidere.vn̄ Aug.in homilia.c.xix. ſuper illud Io.
Accepit eam diſcipulus in ſuā. Quam ſuā:quū reliquiſſet
oia? Suſcepit Ioānes matrē domini in ſuam:qui nō pre-
dia.q̄ nulla ꝓpria poſſidebat:ſed officia que ꝓpria diſpē-
ſatione exequēda curabat. Propterea religiones mendi
cantiū predicatorum ⁊ minorū que poteſtatem recipiēdi
⁊ retinēdi predia a ſe abiecerūt:vt chriſto pauperi in pau
pertate altiſſima famularētur.vt ex̄ de excel. prela. nimis
iniqua.⁊.c. nimis praua. eſſent nulle et vacue: ſi apoſtoli
quos imitantur in paupertate altiſſima/potuiſſent licite
predia recipere ⁊ tenere.nō enim in paupertate altiſſima
chriſto cū apoſtolis famularent:ſi apoſtoli potuiſſent pre
dia recipere ⁊ tenere:que ipſi a ſe penitus abiecerunt.

¶ Articulus.lvj. A

ITem ꝙ ſimplex fa
cti vſus ſeu actus poſſit ſeparari a dn̄io:
⁊ participari ⁊ cōmunicari in rebus con
ſumptibilibus: dn̄io apud verū dominū
remanente:patʒ per beatū Clementem in
prima epiſtola ad beatū Iacobum de beato Petro ſic di-
centē. Frequēter inter voſmetipſos cōmunem cibum ve-
ſtrū menſamq̄ faciatis.⁊ inquantū vnuſquiſq̄ preualet:
crebro panes ac ſales ſuos cum ſuis fratribus ſumat. Et
parū poſt. Propter quod cōmunes facite cibos veſtros
cum ijs qui ſm̄ deū fratres ſunt.vt per hec tēporalia offi-
cia pacis ⁊ charitatis fructib⁹ gaudia eterna mereamini.
de hoc etiā Act.ij.c. Erant autē omnes perſeuerantes in
doctrina apoſtolorū ⁊ cōmunicatione fractionis panis.⁊
j.ad Cor.x. Unus panis ⁊ vnum corpus multi ſumus:nā
omnes de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Item
ꝙ apoſtoli oia reliquerint quantū ad proprietatē nedum
in ſpeciali ſed etiā in ſuo cōmuni/patet in pre.c.xix. Mat.
Ecce nos reliquimus omnia.quoniā apoſtoli nō minus
perfecte oia reliquerunt:q̄ iuuenis ille cui chriſtus dixit.
Uade ⁊ vende omnia que habes: ⁊ da pauperibus. eo.c.
Mat.habita reliquiſſet:ſi chriſti cōſilium ſeruaſſet.⁊ hoc
patet:tū quia Petrus dixit predicta verba. Ecce nos reli
quimus omnia.occaſione illius iuuenis: vt patet in eo.c.
Matth.tū quia apoſtoli non fuerūt minus expropriati a
mundo vniuerſaliter:q̄ ille iuuenis fuiſſet expropriatus
ab habitis:ſi chriſti conſiliū ſeruaſſet. Sed chriſt⁹ cōſuluit
illi iuueni ꝙ omnia que habebat relinqueret quantū ad
abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij:⁊ non ſolum quantū
ad affectionē ⁊ curam eorū.quia mandauit ſibi ꝙ omnia
habita venderet ⁊ daret pauperibus. vēdita autē ⁊ pau-
peribus erogata non remanent amplius quoad ꝓprieta
tem ⁊ dominiū:quia nemo poteſt retinere quod vēdidit.
j.q.j.qui ſtudet.ergo ſimiliter apoſtoli omnia reliquerunt
quoad proprietatē ⁊ dominium:⁊ non ſolū quantum ad
affectionē ⁊ curam eorum. Nec tamen ꝓpterea ſequitur
ꝙ apoſtoli omnia reliquerunt quoad vſum neceſſarium:
quoniam relinquere omnia quod vſum neceſſarium ſine
quo homo nō poteſt viuere:nō eſt perfectionis:ſed imper
fectionis/fatuitatis/⁊ impoſſibilitatis. ex̄ de verb.ſigni.
exiit.§.porro.lib.vj. Relinquere aūt omnia quoad ꝓprie
tatem ⁊ dominiū eſt perfectionis.vt patʒ.xiiij.q.j.§.j.⁊.j.q.
ij.ſi quis. Item ⁊ hoc patet ex circūſtantijs ſequentibus:
quoniā poſt illa verba Petri. Ecce nos ⁊c̄. chriſtus intu-
lit. Et omnis q̄ reliquerit domū/aut agros/aut fratres/
aut vxorem/aut ſorores/propter nomen meū: centies tā-
tum accipiet : in hoc tēpore domos agros fratres ⁊ ſoro-
res:⁊ in futuro vitam eternā. vt patet Mar.x. vbi Theo-
philus. Uide igitur hec i apoſtolis. Multe em̄ mulieres
erant ſolicite de eorum cibo ⁊ veſtimētis: ⁊ miniſtrabant
eis:ſimiliter ⁊ patres ⁊ matres plurimas habuerunt:ſcʒ
eos qui eos diligebāt. Sed ⁊ Petrus vnā relinquens do
mum/poſtmodū omniū diſcipulorū domos habebat. Ex
quib⁹ colligitur euidenter ꝙ verba Petri premiſſa. Ecce
nos reliquimus oīa.quoad proprietatem ⁊ dominium
ſunt intelligēda:quoniā apoſtoli non minus perfecte oīa
reliquerunt q̄ chriſtus cōſequenter intulerit dicendo. Et
omnis q̄ reliquerit domū fratres ⁊ ſorores aut agros ⁊c̄.
quod etiā patet:q: apoſtoli nō minus perfecte omnia re-
liquerūt:q̄ chriſtus eorū exemplo induceret alios ad re-
linquendū ſua ꝓpria.ſed verba chriſti predicta intelligū-
tur quantū ad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij:⁊ non
ſolū quantū ad affectionem ⁊ curā:quia dicere ꝙ oīs qui
reliquerit aut domos aut agros quantū ad affectionē ⁊
curā/retinendo ſibi ꝓprietatem aut dominiū/centies tā-
tum accipiet:domos ſcʒ ⁊ agros in hoc tēpore : nihil eſſet
penitus dominij.q: quoad qđ deberet centies tantū acci
pere in hoc tēpore:ex quo ſibi proprietatē ⁊ dominiū reti
neret? Aut quoad ꝓprietatē aut quoad vſum.non quoad
ꝓprietatē:quia illa ſibi retinuerūt. Non quoad vſum:q: ſi
nō reliquerūt proprietatē:multo minus reliquerūt vſum
neceſſariū.ergo verba chriſti ⁊ ꝑ conſequēs verba Petri
quoad abdicationē ꝓprietatis ⁊ dominij ſunt intelligen
da:⁊ non ſolū quantū ad affectionem ⁊ cauſam. vn̄ ſuper
dicta verba Petri. Ecce nos reliquimus oia. Matth.xix.
gloſ.interlinearis dicit.etiam voluntatē habendi.⁊ ſuper
illa verba Luc.xviij.c. Ecce nos dimiſimus oia.dicit gloſ.
interlinearis.etiā voluntatē habēdi.⁊ ita ſm̄ vtraq̄ gloſ.
authenticam/non ſolū reliquerunt ſeu dimiſerūt omnia
quoad ꝓprietatē ⁊ dominiū:ſed etiam dimiſerunt(quod
plus eſt)voluntatē habendi que nūq̄ habuerunt nec ha
buiſſent. Itē ex alijs circūſtantijs hoc apparet. q: eo mo-
do Petrus dixit Ecce nos reliquimus omnia.quo modo
per oppoſitū chriſtus dixit de mūdi poſſeſſoribus. Mat.
xix.⁊ Mar.x. Quā difficile qui pecunias habent regnū dei
introibunt.vbi Chryſ. Dixit autē dominus hoc diſcipulis
pauperib⁹ exiſtētibus ⁊ nihil poſſidētibus:inſtruens eos

inopiā non erubeſcere: ⁊ quaſi excuſando eis reſpondēs pro eo ꝙ nihil eos habere cōceſſerat: ſequitur in Marco. Diſcipuli aūt obſtupeſcebant in verbis eius. Manifeſtū eſt enī quoniā inopes exiſtentes ꝓ alioꝝ ſalute dolebant. Patet aūt hoc tū quia Petrus dixit predicta ṽba reſpondēdo ad verba chriſti. tū quia apoſtoli nō minus perfecte mundū reliquerūt: ꝙ chriſtus per verba predicta induceret homines ad mūdi contēptum. ſed verba chriſti predicta. Quā difficile q̄ pecunias habent ⁊c̄. intelligūtur quantū ad poſſeſſionem ꝓprietatis ⁊ dominij pecuniarū: ⁊ nō ſolū quātum ad affectū ⁊ curam ipſarum: quia affici ad pecunias ⁊ ſolicitari ad ipſas non eſt ipſas pecunias habere. q: multi afficiūtur ⁊ ſolicitantur indebite ad ipſas qui nunq̄ poſſunt attingere. chriſtus autē dixit in preal. c. Mar. Quā difficile qui pecunias habent regnū dei introibunt. cuius rationem ipſe chriſtus ſubiūgit immediate. Mar. x. dicens. Filioli ꝙ difficile in pecunijs confidentes regnū dei introibunt. q. d. difficile eſt pecunias habere et regnū dei introire. vnde gloſ. accepta ab Auguſtino ſup illud Luc. xviij. ꝙ difficile qui pecunias habēt ⁊c̄. dicit ſic. Non impoſſibile ſed difficile ait. quia diuitie difficulter cōtēnuntur. de omnib⁹ ergo tutius eſt nec habere nec amare. hec gloſ. ergo ſimiliter verba Petri predicta intelligēda ſunt quoad abdicationē poſſeſſionis ꝓprietarie ⁊ dominatiue. ad hoc facit qđ dicit Beda ſuper illud Mar. x. ꝙ difficile ⁊c̄. Aliud eſt pecunias habere ꝙ amare. multi habent: ſed nō amant. multi amant: ⁊ nō habent. Itē alij habent ⁊ amant. alij nec habere nec amare ſe gaudent. q̄ quidē tutiores cū apoſtolo dicere poſſunt. Gal. vj. Mihi mundus crucifixus eſt: ⁊ ego mundo. hec gloſ. Bede. Ex quib⁹ oībus patenter colligitur ꝙ tutius eſt ⁊ perfectius pecunias non habere nec amare: ꝙ habere quoad poſſeſſionē proprietatis ⁊ dominij ⁊ eas nō amare. Et ꝙ talem ſtatū apoſtoli poſt eoꝝ electionem ad apoſtolatū ⁊ deſtinationē ad predicandū elegerunt ⁊ ſeruauerunt. Itē ſup illud Luc. xiiij. Sic ex vobis omnis qui non renūtiauerit omnib⁹ que poſſidet: nō poteſt meus eſſe diſcipulus. gloſ. or. Hoc diſtat inter renūtiare omnibus, ⁊ relinquere oia: ꝙ renuntiare cōuenit omnibus qui ita licite vtūtur mundanis que poſſident: vt tamen mente tendant ad eterna. pſ. lxj. iuxta illud. Diuitie ſi affluant: nolite cor apponere. ⁊ xxxiij. q. v. ſm. Relinquere autē tantū perfectorum: qui omnia tēporalia poſtponunt: ⁊ ſolis eternis inhiant. hec gloſ. Et ita ſm gloſ. or. licet renūtiare ſit quoad affectionem ⁊ curā ſuperfluam, qđ eſt imperfectorū: tamen relinquere eſt quoad proprietatem ⁊ dominiū: quod eſt perfectorū. Item ad hoc eſt beat⁹ Greg. primo moral. libro de beato Job ſic dicēs. Conſideremus cuius ſanctitatis vir iſte fuerit: qui ad tam ſedula dei obſequia ſic occupat⁹ vacauit. Necdum precepti virtus emicuerat que oīa relinqui preceperat. Mat. xix. ſed tū beatus Job eiuſdē precepti vim in corde ſeruabat. quia nimirū ſubſtantiā ſuā mēte reliquerat: quā ſine dilectiōe poſſidebat. hec Greg.

Renuntiare ⁊ relinquere nōnihil differūt.

¶ Ex qua authoritate colligit̄ duplex mediū. Primū medium eſt quia virtus precepti omnia relinquendi quoad affectionē ⁊ curam ſuperfluā iam emicuerat. vñ ⁊ in pſ. xxx. Diuitie ſi affluāt: nolite cor apponere. ⁊ Prouer. vlti. c. Mēdicitatē ⁊ diuitias ne dederis mihi: ſed tantū victui meo tribue neceſſaria. ⁊ ita iam emicuerat virt⁹ precepti omnia relinquendi quoad affectionē ⁊ curam ſuperfluā: ⁊ tamen nōdum emicuerat virtus precepti omnia relinquendi in totum ſm beatū Greg. ergo intelligit de precepto relinquēdi quoad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij. ⁊ ita apoſtoli reliquerūt omnia quoad ꝓprietatem et dominiū. ¶ Secundū mediū quia ſi apoſtoli nō reliquerunt omnia niſi quoad affectionē ⁊ curam ſuperfluam: ⁊ iſto modo reliquit omnia beatus Job. quia vt dictū eſt, dicit Greg. Nimirū ſubſtantiā ſuā mente reliquerat quā ſine dilectione poſſidebat. Et in eo. c. de ipſo dicit. Nunq̄ quippe ſine dolore amittitur: niſi qđ ſine amore poſſidet̄. Itaq̄ dū ſubſtātia magna deſcribitur: ⁊ tamē paulo poſt patienter amiſſa perhibet̄: qđ ſine dolore perdidit, cōſtat ꝙ ſine amore poſſedit. Igitur paupertas apoſtolica ſeu euangelica non eſſet alia a paupertate Moyſaica ⁊ ſanctoꝝ patrum veteris teſtamēti. quod eſt erroneū. q: hoc eſſet conuertere euangeliū in legem: quod eſt cōtra illud Pauli ad Heb. vij. quia trāſlata eſt lex in euangeliū. vt legitur ⁊ no. ex̄ de cōſti. tranſlato. Item ad hoc Greg. ſuper euange. parte prima homil. v. de Petro ⁊ Andrea ſic dicens. Multū reliquit: qui nihil ſibi retinuit. Multum reliquit: qui quantūlibet paruum totū deſeruit. Multum dimiſit: qui cū re poſſeſſa etiam concupiſcētijs habendi renūtiauit. A ſequētibus ergo tanta dimiſſa ſunt: quanta a nō ſequētibus concupiſci potuerunt. hec Greg. Idē ſcripſi. §. eo. §. nunc vero. ṽ. ⁊ primo. liiij. arti. Et ꝙ intelligit Greg. quantū ad abdicationem proprietatis ⁊ dominij: ⁊ non ſolū quantū ad affectionē ⁊ curam: patet aperte ex eo maxime ꝙ dicit quia cū re poſſeſſa etiā concupiſcētijs habendi renuntiauit. ⁊ ita apoſtoli non ſolū reliquerunt affectionē ⁊ deſideria ſeu concupiſcentias habendi tēporalia: ſed etiam reliquerūt ſm Greg. rem poſſeſſam tam habitā ꝙ habendā. Item ad hoc eſt ratio. quoniā aut relinquere tēporalia quoad affectionem ⁊ ꝓprietatē ſimul. eſt perfectius ꝙ relinquere ipſa ſolū quoad affectionem: aut non. Si nō eſt perfectius: ergo religioſi ſine ꝓprio viuere profitētes qui figuram tenēt apoſtoloꝝ in renuntiatione proprioꝝ. vt legit̄ ⁊ no. in pre. c. xvj. q. j. ex authoritate. fruſtra ſuperflue ⁊ inutiliter reliquerūt in ſpeciali proprietatē omniū temporaliū: ex quo talis expropriatio ad perfectionē nō pertinet: nec perfectioni aliqđ addit. quia fruſtra ⁊ inutiliter quis obligat ſe ad gradū vel modum viuendi arctiorem ⁊ difficiliorem ſine maiori gradu perfectionis ⁊ meriti. quod eſt erroneū ⁊ abſonum: ⁊ contra omniū patrum inſtituta ⁊ religionū vota: ⁊ contra illud xiiij. q. j. §. j. ⁊ ex̄ de renū. niſi in pn. ibi. frugem melioris vite ⁊c̄. ⁊ de ſta. mona. quod dei timorē. in prin. de conuerſi. cōiu. gaudemus. de cleri. percu. c. vlti. de regu. licet. j. rñ. ⁊ §. fi. ⁊ exponitur frugē. i. fruitionem ſm Goſ. vel retributionem vel plenitudinē ⁊ libertatem ſm Egidiū. facit ad hoc etiā. xix. q. ij. due. Si autē relinquere rerū proprietatē cū affectione, eſt perfecti⁹ ꝙ relinquere res ſolū quātum ad affectionē: ⁊ pauꝑtas apoſtolica ꝑfectior eſt ex genere: ergo apoſtoli reliquerūt omnia temporalia non ſolum quantū ad affectū ⁊ curam: ſed etiam quoad proprietatē ⁊ dominiū. Item circa res tēporales: vt ſupra. ṽ. aliud eſt. tactū eſt: ſunt quatuor modi differētie: duo mali ⁊ duo boni. ⁊ bonus opponitur malo: ⁊ peiori melior. ¶ Primus modus circa res tēporales eſt ipas inordinate amare ſed nō habere. qui modus malus eſt. de tali dicit Jo. caſſi. in li. collationū in. iiij. coll. Danielis. ꝙ habet ſenſum pauperis, ⁊ diuitis voluntatē. ⁊ tali nō deeſt animus: ſed facultas. facit ad hoc a ſenſu cōtrario. j. q. ij. ſi q̄s. ibi. aut q̄ nihil habuit nec habere deſiderat. ¶ Scđs modus eſt ipas inordinate amare ⁊ habere. qui modus eſt peior primo. qm̄ delectatio potior eſt in bono ꝙ in malo: rei preſentis ⁊ in actu ꝙ rei abſentis in potētia. q: vnūquodq̄ magis mouet res ſm ꝙ eſt p̄ſens in actu: ꝙ ſm ꝙ eſt abſens in potentia. Ideo Prouer. xiij. Deſideriū ſi cōpleatur delectat animā. Et Aug. ix. de tri. Deſideriū inhiātis fit amor fruētis. Sed delectatio inordinata rei amare ⁊ habire eſt delectatio obiecti p̄ſentis ⁊ in actu. delectatio ṽo inordinate rei amate ſed nō habite eſt delectatio rei abſentis ⁊ in potētia. ergo amor inordinatus ſeu delectatio inordinata rerū temporaliū amatarum ⁊ habitarū, peior eſt moraliter ex genere ſuo, amore inordinato ſeu delectatione inordinata earū rerū amatarū ⁊ nō habitarū: ſicut finis malus eſt peior ijs q̄ ſunt ad finē. amare aūt intēdit̄ ꝓpter habere. ¶ Terti⁹ modus eſt ordinate hr̄e ipſas: ſed nō amare. qui bon⁹ eſt modus. xxxiij. q. v. ſm. ¶ Quart⁹ modus eſt ordinate nec habere nec amare. q̄ modus melior eſt. tū q:

Circa tēporalia duo ſunt differentie modi

in diſparatis et nō ſuboꝛdinatis/ Cuius modus oppoſi/
tus peioꝛ eſt:ipſe quoqꝫ melioꝛ.ſed ioꝛdinate amare ꝛ ha
bere peius eſt ꝙ̄ inoꝛdinate amare ꝛ non habere vt decla
ratum eſt.ergo oꝛdinate nō amare nec habere: quod op
ponitur directe ad inoꝛdinate amare et habere: melius
et perfectius eſt ꝙ̄ oꝛdinate habere ꝛ non amare:qđ op/
ponit̄ directe ad inoꝛdinate amare ꝛ non habere. Tū q:
finis bonus melioꝛ eſt iis que ſunt ad finem. non amare
autem tempoꝛalia eſt finaliter propter non habere. ad
hoc em̄ nō amant̄:vt non habeant̄.ſicut econuerſo ama/
re tēpoꝛalia eſt finaliter ꝑpter habere ipſa:q: ideo aman
tur vt qn̄qꝫ habeant̄:et non econuerſo. ergo nec habere
nec amare ipſa perfectius ꝛ melius eſt ex gn̄e ceteris pa
ribus ꝙ̄ habere et non amare. Sed apl'i elegerūt modū
perfectioꝛem et melioꝛē:non eſt dubiū.ergo ipſi relique
runt tēpoꝛalia nō ſolum quantū ad affectum et curā in/
oꝛdinatam: ſed etiā quantū ad poſſeſſionē ꝑpꝛietariā ꝛ
dn̄ium ꝑpꝛium. Unde Hieronym⁹ ad demetriadē. Apo/
ſtolici faſtigii perfecteqꝫ virtutis eſt oia vendere:et pau/
peribus diſtribuere:et ſic leuem atqꝫ expeditum cū chꝛi/
ſto ad celeſtia ſubleuari. Et licꝫ Petr⁹ non dixerit Mat.
xix. Ecce nos vendidimus omnia ꝛ dedimus pauperib⁹:
q: pꝛo maioꝛi parte pauperes fuerunt:ꝛ ea que habue/
runt/ſuis egenis neceſſariis neceſſe dimittere habuerūt
ar.bo.lxxxvi.di.nō ſatis.xii.q.i.expedit.tū non minus ꝑfe
cte oia quoad ꝑpꝛietatem reliquerūt: ꝙ̄ ſi vendita pau/
peribus erogaſſent. Item apl'i reliquerunt oia que chꝛi
ſtus conſuluit eſſe relinquenda:ſed chꝛiſt⁹ conſuluit cui/
dam pꝛincipi de ſua ſalute petenti vt oia relinqueret vni
uerſaliter:tam pꝛeter neceſſaria ꝙ̄ etiā neceſſaria vite.q:
vt Lucas refert.xviii.c.chꝛiſtus dixit illi. Omnia quecūqꝫ
habes/geminato termino vniuerſali/vende:ꝛ da paupe
ribus.ꝛ veni/ſequere me.ꝛ ita ille ſi ſeruaſſet chꝛiſti cōſi/
liū:fuiſſet vniuerſaliter oia relicturus:q: omnia illa erat
vniuerſaliter relicturus/que ſecū ad chꝛiſti et aploꝝ col/
legium ferre non poterat ſeu ferre nō debebat.ſed ad col
legiū chꝛiſti et aploꝝ nec in ſpeciali nec in cōmuni debe/
bat ſecum aliquid ferre ſm̄ foꝛmam conſilii ſibi dati:nec
pꝛeter neceſſaria nec etiam neceſſaria vite. q: dixit. Oia
quecūqꝫ habes vende:et da pauperibus:et veni/ſequere
me. Niſi foꝛte quis contendat de veſtimentis ꝙ ea relin/
quere nō debuerit:de q̇bus etiam non eſt dubium ꝙ ipa
relinquere debebat.q: ſicut oēs apoſtoli poſtꝙ̄ fuerunt
eterni in celis rex eſſet imperij:ad qḋ per contemptū mortis gloꝛiam reſurrectionis et triumphū aſcenſionis perueniret. vnde diſcipulis poſt reſurrectionē ait Mat.vltimo Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ ī terra.hec gloſ.⁊ Beda ſimul. Itē in eodem regno tēpoꝛali nō poſſunt nec debent eſſe ſimul plures reges pares et incōnexi . vt.vij.q.j. in apibus.⁊ ſupꝛa dixi.℣.ex quib⁹. Sed Ceſar imperatoꝛ Romanoꝛū fuit verus licet infidelis in tēpoꝛalibus : aliter enī chꝛiſtus verbo ⁊ exēplo ſibi dari tributū nō cōſuluiſſet. Mat.xxij.⁊.xxiij.q.viij.§.ecce.et.c.cōuenioꝛ. chꝛiſtus autē a ceſare regnū tēpoꝛale non recognouit:licet ſibi tributum nō in recognitionē regni:ſed pꝛo vitatione ſcādali ⁊ futuri ſignificatione myſterij dederit. Mat.xvij.xj.q.j.magnū quidē eſt.xxviij.q.j.iam nūc.ad fi. Nec Ceſar recognouit regnū tēpoꝛale a chꝛiſto inquantū homo:ſed potius eius miniſtri exigebāt tributū a chꝛiſto.vt Mat.xvij ergo chꝛiſtus inquantū homo pꝛo hac vita moꝛtali non fuit rex in rebus tēpoꝛalibus.aliter enī in eodē regno fuiſſent ſimul plures reges. Nec obſtat de titulo quem poſuit Pilatus: Ieſus nazarenus rex iudeoꝝ. Jo.xviij.q: nō loquitur de regno terreno ſed celeſti:quamꝙ̄ Pilat⁹ aliud foꝛſan ſentiret.vel dixit hoc deriſoꝛie:ſicut ⁊ illi/Aue rex iudeoꝛum. Jo.xviij.Et ꝙ ille titulus nō intelligit̄ de regno tēpoꝛali ſed ſpirituali/patet Eſa.ix. Multiplicabit̄ eius imperiū:⁊ pacis non erit finis.ſup ſoliū Dauid ⁊ ſuper regnum ei⁹ ſedebit:vt ꝯfirmet illud ⁊ coꝛroboꝛet in iudicio ⁊ iuſtitia amodo ⁊ vſqꝫ in ſempiternū.hec Eſa. Nulli aūt intelligenti dubiū eſt ꝙ chꝛiſtus dei filius non coꝛroboꝛauit nec cōfirmauit ſed potius diſſipauit regnū tempoꝛale ipſius Dauid.q: vt ipſe dixit Mat.xxj.ipſis iudeis. Auferetur a vobis regnū dei:⁊ dabit̄ genti facienti fructus ei⁹ xxiij.q.vij.c.ij.Unde ad ſenſum videmus illud regnū poſt chꝛiſti regnū tēpoꝛaliter eſſe diſſipatum : ſicut ſacerdotiū leuiticū tēpoꝛale fuit euacuandū per ſacerdotium chꝛiſti ſpirituale ⁊ eternale. Hebꝛe.vij.⁊ ex de cōſti.tranſlato. Jo Bꝛe.ait in homi.epiphanie.Celi rege nato/rex terre turbatus eſt.q: nimirū terrena altitudo cōfunditur:quū celſitudo celeſtis aperit̄. Item Hiere.xxviij.Ecce dies veniunt/dicit dn̄s:⁊ ſuſcitabo Dauid germē iuſtū:⁊ regnabit rex:⁊ ſapiens erit:⁊ faciet iudiciū ⁊ iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabit̄ iuda:⁊ iſrael habitabit confidenter. ⁊ hoc eſt nomen qḋ vocabunt eū/dn̄s iuſtus noſter . Hec verba nō poſſunt intelligi ad literā de regno iudaico tempoꝛali:ſed de regno ſpirituali:quoniā chꝛiſtus in iſta vita moꝛtali nō exercuit iudiciū ⁊ iuſtitiam de rebus tēpoꝛalibus:nec exercuit dn̄ium tempoꝛaliū.imo cuidam petenti Magiſter dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem/reſpōdit.Quis me cōſtituit iudicē ac diuiſoꝛē ſuper vos? Luc.xij.Similiter populus iudaic⁹ per chꝛiſti aduentum non eſt ſaluat⁹:ſed potius deſtitut⁹ tēpoꝛaliter.⁊ plebs iſraelitica ſub chꝛiſto non habitat cōfidenter tēpoꝛaliter: ſed cū timoꝛe ⁊ ruboꝛe diſperſi ⁊ ſubiecti ⁊ male tractati ⁊ oppꝛeſſi ⁊ tributarij ſunt vbilibet inter gentes.vnde Joſephus hiſtoꝛiographus iudeoꝛū ſup Geñ.⁊ Euſebi⁹ epiſcop⁹ ceſarieñ.in eccleſiaſtica hiſtoꝛia.li.iij.c.vij.dicit. Pꝛopter hoc enī iudaica gens ꝓ culpa perfidie de regno ſuo pulſa eſt ⁊ diſperſa ꝑ terras:vt eius fidei cui⁹ inimici ſunt vbiqꝫ teſtes fieri cogerent̄.perdito quippe templo ſacrificio ipſoqꝫ regno/in paucis veteribus ſacramētis nomen genuſqꝫ cuſtodiūt:vt pmiſti gentibus ſine diſcretione diſpereāt:⁊ inuiti teſtimoniū veritatis annūtient:velut Cain Geñ.iiij.de pe.di.j.§.ex ijs.a facie dei fugientes.Et Augu.in ſermonibus epiphanie. Ideo iudeos nō occidit:et de terris non penitus ꝑdidit:ne obliuiſcerent̄ legis ipſi⁹ quam ꝓpterea legendo reminiſcunt̄/vt filij ſumant iudicium:⁊ nobis ꝑbeant teſtimoniū veritatis.Ergo ꝑdicta verba Hiere.non poſſunt intelligi de regno chꝛiſti tempoꝛali.Ex illa omnia ind ucta in pꝛima parte pꝛo parte contraria quantū ad chꝛiſtum viatoꝛē non videtur ꝙ poſſint intelligi de regno terreno ⁊ tempoꝛali:ſed eterno ⁊ ſpirituali.Quod etiā ratione euidenti patet.quoniā velle habere nomen alicuius officij/et nō facere ea q̄ ſpectant ad illud officium:eſt velle habere nomē officij ſine re.qḋ non eſt opus facientis:vocari enī velle regem/et nolle facere ea q̄ ſpectant ad opus ⁊ officiū regis:eſt velle habere nomen regis ſine re.⁊ ꝑ conſequens eſt vſurpare ſibi nomen regis.Sed cōſtat ꝙ chꝛiſtus in hac vita non exercuit illa que ſpectāt ad officium regis tēpoꝛalis:quia officium regis tēpoꝛalis eſt ꝑcedere ſuos milites ad bellū : dare eis ſtipendia debita:punire malefactoꝛes penis cōgruis:oꝛdinare de ſucceſſione hereditatū. di.viij.quo iure.xxiij.q.v.regum.et.c.rex.et.c.de liguribus.quoꝛum nullum chꝛiſtus geſſit tempoꝛaliter in hac vita:ergo chꝛiſtus nō fuit rex ⁊ dominus tempoꝛalium.aliter habuiſſet nomen regis vacuum equiuocū nō regendo a quo dicitur rex.xxj.di.cleros.℣.ſacerdos. Item nō habens quantum ad pꝛopꝛietatem ⁊ dominiū tēpoꝛale aliquam domū/non habet quantū ad tempoꝛale dominiū regnū ſeu imperium:quū tempoꝛale dominij regni ſeu imperij includat tempoꝛale dominij hoſpitij:ſicut totum includit partē.xxxij.q.iiij.meretrices.Sed chꝛiſtus nō habuit domū aliquam quoad ꝓpꝛietatem ⁊ dominiū tēpoꝛale in hac vita moꝛtali:ſicut ipſe dixit Matthei.viij.⁊ Luc.ix.c.Uulpes foueas habēt ⁊ volucres celi nidos:filius autē hoīs non habet vbi caput ſuum reclinet.i.hoſpitium.quod nō eſt intelligēdum ſolum de facto:ſed etiam de iure.vnde Matthei.viij.ſup ꝑdicto verbo dicit ſic gloſ.Quid me pꝛopter lucrum ſeculi vis ſequi:quum ita ſim pauper/vt nec hoſpitiolū quod meum ſit habeam?Et Luce.ix.ſuper eodem verbo dicit ſic gloſ. Quid me ꝓpter diuitias ⁊ ſeculi lucra cupis ſequi? ego tante ſum paupertatis / vt nec hoſpitiolum quidem habeam:nec meo vtar tecto.hec gloſ. Item regnū illius qui venerat tēpoꝛaliter iudicari:non iudicare:nō debuit eſſe tempoꝛale:ſed ſpirituale et celeſte. chꝛiſtus autem in hac vita moꝛtali nō venit tempoꝛaliter iudicare: ſicut faciunt reges tēpoꝛales.xxiij.q.v.regum.ſed tēpoꝛaliter iudicari.ſm ꝙ pſ̄.l.dicitur.Et vincas quū iudicaris. ⁊ Act.viij. In humilitate iudicium eius ſublatū eſt.Eſa.liij. Itē qui ꝑdicabat dimittere regnum terrenum pꝛo celeſti:nō debebat retinere regnum terrenum.ſed chꝛiſtus hoc pꝛedicabat.Matthei.xix.et Mar.x.⁊ Luce.xviij.ergo nō debuit regnum terrenum habere:ne quum aliud ꝙ̄ pꝛedicaret/faceret:eius pꝛedicatio viloſceret.ar.xxv.diſtin.c. vltimo.cum ibi nota.⁊.iij.q.vij.§.idem teſtatur . Item Joan.xij. Nunc iudicium eſt mundi:nunc pꝛinceps huius mundi eijcietur foꝛas.ergo chꝛiſtus ⁊c. Item Joā.xiiij. Uenit enim pꝛinceps.de peni.diſtin.ij.ſi enim.huius mundi:⁊ in me non habet quicꝙ̄.xxxij.q.ij. pudoꝛ.dicit gloſ. Noluit dominus habere quod perderet:ne haberet diabolus qḋ auferret. Item tale fuit regnum chꝛiſti pꝛo hac vita paſſibili:quale recōmendauit ſuis pꝛincipibus pꝛimis apoſtolis.vnde Luce.xxij.Ego diſpono vobis regnum ⁊c.et hoc fuit rationabile:quia ſui pꝛincipes debuerūt eſſe participes ſui regni:ſicut fuerunt participes euāgelij ⁊ perſecutionis mundi.Sed chꝛiſtus recōmendauit ſuis apoſtolis regnum eccleſie ſpirituale : et non tempoꝛale: quia illud docuit contemnere.Matthei.xix.Ecce nos reliquimus omnia ⁊c.ergo regnum chꝛiſti non fuit tempoꝛale ſed ſpirituale.vnde Dani.vij. He quatuoꝛ beſtie magne quatuoꝛ regna ſunt que conſurgent de terra. Suſcipient autem regnum dei altiſſimi ſancti:⁊ obtinebunt regnum vſqꝫ in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculoꝛum. vbi Hieronymus Quatuoꝛ regna de quibus ſupꝛa diximus/fuere terrena omne enim quod de terra eſt : vertetur in terram . Gene.iij.Sancti autem nequaꝙ̄ habebunt terrenum regnum: ſed celeſte:ceſſat ergo mille annoꝛum fabula. Item de regno iſto ſpirituali chꝛiſti loquitur Apoc̄.j.Et fecit nos regnum ⁊ ſacerdotes deo ⁊ patri ſuo ⁊c.vbi Remigi⁹. Per hanc ſententiā oēs electi ſacerdotes demōſtrant̄ q̄ ſupꝛa reges fuerāt appellati.quia enim caput dei filius rex eſt

⁊ ſacerdos: cõgruenter ⁊ mẽbra capitis reges ⁊ ſacerdotes vocant̃. quibus ꝑ Petrũ dicitur prime ſue canonice. c. ij. Uos eſt' genꝰ electũ regale ſacerdotiũ. Ipſi eñ ſunt reges: ipſi ⁊ ſacerdotes ⁊ ſacrificiũ ⁊ altare. q: ⁊ tumultꝰ carnalium voluptatum contra ſe inſurgẽtes vt reges refrenant: ⁊ ſacrificiũ laudis et mortificationis deo imolant: corpuſq; ſuum a preſentibꝰ ſeculi cupiditatibus mortificant: vt hoſtia viua fiant. Ro. xij. Ipſe itaq; vnigenitꝰ patris rex ⁊ ſacerdos fecit nos ſuos electos reges et ſacerdotes: quos reges terre ↄſtituit: ⁊ ipſo opere ſacerdotes monſtrauit. hec Remigius. ad hec. xl. di. multi. xxj. di. c. j. ℣. ſacerdos. ij. q. j. ſcelus. xj. q. iij. ita corporis. ex̃ de elec. fundamenta. §. j. ibi. vos eſtis. ⁊. j. Pe. ij. Item Eſa. ix. Factus eſt principatus ſup humerũ eius. ſuper chriſti aũt humerum factus eiꝰ principatus dicit̃: q: crucem quã pro ſui regni ſalute ſuſcepit/ ipſe proprio humero baiulando portauit ſicut Jo. teſtatur. xix. c. Et baiulãs ſibi crucẽ. Itẽ ex̃ de ex. pre. nimis praua. ibi. In altiſſima paupertate chriſto pauperi famulant̃. Sed fratres predicatores ⁊ minores non famularentur chriſto pauperi in altiſſima paupertate: ſi chriſtus retinuiſſet ſibi dñium regni tẽporalis: quum ipſi tale dominiũ abdicauerint: nec ſm eorũ ſtatum et regulã ſint capaces. Item Alexander. iiij. in cõdemnatione libelli contra ſtatũ predicatorꝫ dicit ſic. Quũ inſuper idem fratres omnia ꝓpter deũ reliquerint/ exilia vite ſubſidia mẽdicantes: chriſtũq; imitentur pauperẽ/ perfectionẽ euangelicã amplexando: propter quod euidenter apparet eos non ſolũ in ſtatu ſaluandorũ exiſtere: ſed etiam perfectorꝫ per ſue religionis obſeruantiam: que quidem ipſius euãgelice perfectionis tenet formam in eterne retributionis premio precellentẽ gloriam promereri. hec Alexander. vt recitat dñs papa Jo. xxij. in ſua conſtitutione que incipit Quia quorũdam. Item Nicolaus in decre. Exijt. de ver. ſigni. li. vj. dicit ſic. Dicimus ꝙ abdicatio ꝓprietatis oĩm rerum tam in ſpeciali q̃ in cõmuni propter deum/ meritoria eſt ⁊ ſancta: quam ⁊ chriſtus viã perfectionis oſtẽdẽs verbo docuit ⁊ exemplo firmauit. Item regula beati Frãciſci ab eccleſia approbata dicit ſic. Regula ⁊ vita fratrũ minorum hec eſt. ſcꝫ domini noſtri Jeſu chriſti ſanctũ euãgelium obſeruare: ſcilicet viuendo in obedientia ſine proprio ⁊ in caſtitate. Et ita ſm dictam regulam ꝑfectio euãgelica conſiſtit in non habẽdo aliquid ꝓprium. ergo chriſtus qui ſm predictos Romanos pontifices ⁊ pre. regulam fuit forma ⁊ exemplar euangelice perfectionis: non habuit ꝓprietatem ⁊ dñium rerum temporaliũ nec dñiũ regni mundani: q: vt ait Hieronymus ad Euſtochiũ: Nõ potuit dñs habere quod ꝓhibuerat in ſeruis: q: vere pauperrimũ ⁊ abiectum ſe prebuit hinc pſ. cxiij. Celũ celi domino: terram autẽ dedit filijs hominũ. Nec obſtat illud Mat. vltimo de chriſto. Data eſt mihi oĩs poteſtas in celo ⁊ in terra. quoniã illud dictum eſt poſt reſurrectionem de chriſto ſm diuinitatẽ oſtenſiue et notificatiue. ſm humanitatem autẽ dictum eſt de chriſto poſt reſurrectionẽ effectiue ⁊ cõmiſſiue: ⁊ nõ ante reſurrectionẽ actu cõpletiue Unde ſuper illud Apoca. xviij. Uidi alium angelũ deſcẽdentem de celo habentẽ poteſtatem magnã/ dicit ſic Remigius. Hec poteſtas ad vtrãq; eius naturã poteſt referri: ad diuinã ſcilicet et humanam. fuit enim hec poteſtas in ipſo per diuinitatẽ ſine tẽpore ante omnia ſecula. quia ſicut cum patre ⁊ ſpiritu ſancto cuncta creauerat: ita cum patre ⁊ ſpiritu ſancto omnia poſſidebat. Hec etiam poteſtas data eſt ei in tẽpore: quando poſt triduũ reſurrectionis data eſt ei poteſtas in celo ⁊ in terra: vt in nomine ieſu omne genu flectatur celeſtium terreſtrium ⁊ infernorꝫ Phil. ij. De hac eñ ipſe ſurgens a mortuis dicit. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. De illa vero quam ante tempus habet cum patre/ Daniel dicit Danielis. vij. Poteſtas eius poteſtas eterna. hec Remigius. Ex quibꝰ patet rñſio ad authoritates in oppoſitũ adductas. nam authoritates noui ⁊ veteris teſtamenti loquentes de regno chriſti quãtũ ad humanitatẽ aſſumpte mortalitatis pro ſtatu ꝑſentis vite/ nõ ſunt accipiẽde de regno chriſti tẽporali: ſed ſpũali ⁊ celeſti. vt ex premiſſis patet. Q: vero legitur Jo. xiij. Uos vocatis me magiſter et dñe. ibi ꝙ dicit dñe/ referendũ eſt ad chriſti diuinitatem. vnde ſup illo verbo Jo. xiij. Si ergo ego laui pedes veſtros dñs ⁊ magiſter. gloſ. dicit. Dñs/ q: deus. magiſter/ q: veritas. Similiter ſuper illud Matth. xxj. Dicite q: dñs ijs opus habet gloſ. Dñs ſimpliciter oĩm rerum: cui ſeruire debet creatura. hec gloſ. Et ſup illud Luc. xix. Quia dñs ea deſiderat/ dicit gloſ. Quũ dñs dicit̃: vnꝰ agnoſcitur. nam etſi multi dij ⁊ multi dñi: generaliter tñ vnꝰ deus ⁊ vnꝰ dñs. j. Cor. viij. Et ita ſm gloſ. talia ⁊ ſimilia ſunt intelligẽda ſm diuinitatem que omnia cõtinet. Qd̃ vero Petrus dixit Act. ij. Certiſſime ſciat oĩs domus iſrael: q: ⁊ dñm eum ⁊ chriſtum fecit deꝰ hunc ieſum quẽ vos crucifixiſtis. quantum ad chriſti humanitatem attinet vltimate ⁊ cõplere intelligendum eſt pro tẽpore poſt reſurrectionẽ quo dixit. Data eſt mihi oĩs poteſtas. vt. s̃. proxime dixi. Ante reſurrectionem vero factꝰ dici potuit: q: imobiliter determinatũ erat vt fieret. licet etiã ante reſurrectionẽ rex ſpũalis regni/ vt dictũ eſt/ fuerit. qd̃ ⁊ ipſa verba Petri ſatis ſonant aperte vnde et Rabanus ibi. Manifeſte Petrus ex hoc pſ. cix. Dixit dñs dño meo. regnũ chriſti non terrenũ/ ſed celeſte oſtendit eſſe. i. non de terrenis: ſed de celeſtibꝰ: ⁊ a celo. Illud vero Apo. xix. Rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ/ dupliciter poteſt intelligi ad propoſitũ pro hac parte. Uno modo ꝙ verbum dei patris qd̃ oĩa regit et cõtinet: ab inſtanti ſue cõceptionis fuit ſcriptũ digito dei viui in veſtimento humanitatis chriſti: ⁊ nõ ſolũ in aĩa/ ſed etiam in ipſa carne mortali ex patribus generata: q̃ per femur deſignat̃. vñ Geñ. xxiiij. dicit Abraam ſeruo ſuo. Pone manũ tuã ſubtus femur meũ vt adiurẽ te per dñm celi ⁊ terre. quaſi dicat per illũ q̇ naſciturus eſt ex me ſm carnẽ. Mat. j. ibi. filij Abraam. ⁊ Gala. iij. Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiones. ⁊. j. Semini tuo q̇ eſt chriſtus. q: qui de virgine naſci dignatꝰ eſt non ſolũ hõ ſed etiam dei verbũ/ cõparatũ eſt. Alio mõ ꝙ vniuerſalis poteſtas chriſti ſm ꝙ hõ/ poſt reſurrectionẽ ſibi merito paſſionis collata ſit ſcripta in veſtimento ⁊ in femore: pro quanto mortẽ qua ſibi hanc poteſtatẽ acquiſiuit/ in carne mortali ſuſtinuit: ⁊ eam patri oſtẽdit. atq; in obedientia quã deo patri ab inſtãti cõceptionis exhibuit per quã vniuerſalẽ poteſtatẽ accepit in noſtra humanitate fragili ex patribꝰ aſſumpta: q̃uis non ab inſtanti cõceptionis eam vt hõ actu acceperit: licet etiã ab inſtanti cõceptionis ea dignꝰ fuerit. ſed nobis in exẽplũ ꝑfectionis datus/ ipſam ad tẽpus vite ꝑſentis ſuſpẽdit. ſic eñ aſſumpſit paupertatẽ ꝓpter nos: ſicut aſſumpſit mortalitatem pro nobis. quẽ ſenſum ipſe ordo verborũ demonſtrat: vbi ſic dicit̃. Et veſtitꝰ erat veſte aſperſa ſanguine: et vocabit̃ nomen eius verbum dei. Et ſequitur parum poſt. Et ipſe calcauit torcular vini furoris ire omnipotentis dei. et habet in veſtimento ⁊ femore ſuo ſcriptum. Rex regum ⁊ dominus dominantiũ. ¶ De duobꝰ gladijs de quibus Luc. xxij. poteſt dici ꝙ per duos gladios ſignificari poteſt duplex poteſtas Petri: ſcilicet poteſtas ſpiritualiter occidẽdi: et poteſtas ſpiritualiter viuificandi. quomodo. ij. Regum. viij. legit̃ ꝙ Dauid menſus eſt duos funiculos: vnũ funiculũ ad occidendũ: ⁊ altũ funiculũ ad viuificandum ⁊ ſignificabat duplicẽ poteſtatem pontificis: ſcilicet poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi. xxiiij. q. j. qd̃cũq;. que eſt duplex clauis. xx. di. §. j. que eadem poteſtas licet differat ratione non tamẽ differt iuriſdictione. Uel etiam per duos gladios intelligit̃ ptãs ſpiritualis põtificis infligẽdi ꝓ delicto duplicem penã quũ expedit ⁊ ſpũalem ⁊ tẽporalẽ. q: eccleſie pontifex poteſt ratione delicti infligere reo duplicem penam/ ſpiritualẽ vel tẽporalẽ. xxiiij. q. j. q̇ cõtra. xxxij. q. v. ꝑceptum. ex̃ de homi. ꝓ humani. li. vj. ⁊ de penis. felicis. li. vj. ⁊ de ſentẽ. ex. dilecto. li. vj. licet etiam per duos gladios duas poteſtates temporalẽ ⁊ ſpiritualẽ aliqui autument

Quid ꝑ duos petri gladios itelligenduꝫ.

vt de hoc ſatis dixi in prima parte iſtius operis parū poſt prin.in.§.xiij.in ar.xiij. Sed licet Petr⁹ dixerit/ Ecce duo gladij/ tamen Petrus nō legitur habuiſſe nec poꝛtaſſe niſi tm̄ vnum illoꝛum duoꝛum gladioꝛum: ſed alium gladiū non legitur Petrū poꝛtaſſe: nec eo vſum fuiſſe. ex quo datur intelligi ꝙ vnus illoꝝ ſcilicet poteſtas ſpiritualis pertinebat directe ⁊ imediate ad Petrum ⁊ eius ſucceſſoꝛes reliquus vero gladius ſcilicet poteſtas tēpoꝛalis ſeu imperialis pertinebat ad Petrū ⁊ eius ſucceſſoꝛes tm̄ mediante ratione coꝛpoꝛis eccleſie ſibi cōmiſſe: que in collegio apoſtoloꝝ et diſcipuloꝛum repꝛeſentabatur. ideo Petr⁹ dixit/ Ecce duo gladij hic/ ſcilicet in eccleſia militāti. ⁊ nō dixit habeo vel habemus duos gladios. ſed dixit hic/ dās intelligere ꝙ hic ſcilicet in eccleſia militanti eſt duplex poteſtas per duplicē gladiū ſignificata: ſcilicet poteſtas ſpiritualis ſeu pontificialis/ ⁊ poteſtas tēpoꝛalis ſeu imperialis.xcvi.di.duo.⁊.c.cum ad verum.et.x.di.quoniā.ideo vnum illoꝝ gladioꝛum legitur Petrus poꝛtaſſe ⁊ habuiſſe imediate: ac ipſo vſum fuiſſe: alio vero non legit̄ vſum fuiſſe. Quāuis etiam per duos gladios vtriuſqꝫ teſtamēti authoꝛitas congrue poſſit intelligi ſm̄ Ambꝛo. Uel etiā per duos gladios poſſit intelligi gladius ſpiritualis ſciētie ⁊ veritatis: ⁊ gladius potentie ſeu poteſtatis: qui pertinent ad pontificē. quia paſtoꝛ eccleſie ſecat ac necat vitia ⁊ peccata gladio veritatis per pꝛedicationem ⁊ infoꝛmationem. Heb.iiij. Uiuus eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilioꝛ oī gladio ancipiti.⁊.ij. Macha.xv. Accipe gladium ſanctū munus a deo: in quo deijcies aduerſarios populi mei.i.mala opera et voluptates. ⁊ ar.ad hoc.ij.q.vij. oues.ibi/ oꝛis gladio. ⁊ gladio poteſtatis per coꝛrectionē ⁊ debitam punitionē. facit ex̄ de puil̄.ex oꝛe.xxiiij.q.iij. paternarū.ibi.anathematis gladio. Adde hic qd̄ ſcripſi ſ.in prima parte in.§.xiij.in ar.xiij.⁊ in.§.reſtat.x.ad illud quod obijcit̄ ſcd̄o de gladio in ar.lix. Ex quibus etiā patet ꝙ illud qd̄ dicit apoſtolus.j.ad Coꝛin.vj. An neſcitis quoniam angelos iudicabim⁹: quantomagis negotia ſecularia: qd̄ eſt intelligendum quantū ad apoſtolos attinet/ de poteſtate iudicandi rerū ſecularium mediata/ ⁊ non imediata: ⁊ authoꝛitate iudicandi quantū ad dignitatem honoꝛis ⁊ meriti: ⁊ nō quātū ad oppoꝛtunitatē laboꝛis ⁊ officij. ideo ſubdit ibi apl's. Secularia igit̄ ſi habueritis: cōtemptibiles qui ſunt in eccleſia/ illos cōſtituite ad iudicandum.xj.q.j.§.ex ijs. niſi in cauſa pia pauperū ⁊ pupilloꝛum ac viduarum.lxxxvij.diſt.per totum.xxiiij.q.iij.illi q̄.ex̄ de fo.cō.ex parte.⁊ in caſibus ſpecialibus q̄ no.ex̄ de fo.com. licet.gloſ.ij.⁊ vide qd̄ no.e.t.ex tenoꝛe.gloſ.ij. Item dicitur in pꝛe.decre. Exijt. ꝙ ipſe chꝛiſtus abdicationem ꝓprietatꝫ omniū rerum verbo docuit: ⁊ exemplo firmauit. quod nō eſſet verum: ſi in veſtimentis ⁊ alimentis ⁊ alijs in ſpeciali ꝓpꝛium dn̄ium habuiſſet. Item chꝛiſtus nō fuit magis pꝛopꝛietarius in ſpeciali: ꝙ̄ fuerit quilibet de pꝛima multitudine credētium. patet q: perfectio pꝛime multitudinis credentium fuit deriuata ⁊ exemplata mediantibus apoſtolis ab ipſo chꝛiſto ſicut a capite. vnde Hieronym⁹. Non potuit dominus habere quod pꝛohibuerat in ſeruis. ſed in pꝛima multitudine credentiū nullus in ſpeciali habuit pꝛopꝛietatem et dominiū alicuius rei.xij.q.j.c.ij. ergo nec chꝛiſtus. Item chꝛiſtus in ſpeciali non fuit magis pꝛopꝛietarius: ꝙ̄ fuit quilibet apoſtoloꝝ. quum perfectio apoſtolica fuerit imago ⁊ veſtigiū perfectionis chꝛiſti. ſed null⁹ apoſtoloꝝ habuit in ſpeciali ꝓprietatem ⁊ dominium. vt pꝛe.c.ij.xij.q.j. ergo nec chꝛiſtus. Item ꝙ loculi nō fuerint pꝛopꝛij chꝛiſti nec apoſtoloꝛum quoad ꝓprietatem/ videt̄ ex hoc quoniā que dabantur chꝛiſto pꝛo pauperibus: non erant pꝛopꝛia chꝛiſti nec apoſtoloꝛum. Sed illa que dabātur chꝛiſto pꝛo pauperibus/ ponebantur in loculis: ergo loculi illi non fuerūt ꝓpꝛij chꝛiſti nec apoſtoloꝛum quoad ꝓprietatem. Maioꝛ ꝓpoſitio eſt clara et nota per ſe. minoꝛ vero pꝛopoſitio patet per illud quod ſcribitur Jo.xij Quare hoc vnguentum nō venijt trecentis denarijs: et datum eſt egenis: Dixit autem hoc Judas nō quia ad eū pertinebat de egenis: ſed quia fur erat: ⁊ loculos habens ea que mittebantur poꝛtabat. hec euangeliſta. Et non ſolum Judas hoc dixit: ſed etiam alij diſcipuli a Juda excitati hoc idem videntur dixiſſe. vt patet Matthei.xxvi.et Mar.xiiij. Sed diſcipuli hoc nō dixiſſent: niſi ea que mittebantur pꝛo pauperibus/ ponerent̄ in loculis. nec etiam Judas potuiſſet furari de loculis res pꝛo pauperib⁹ miſſas: niſi res pꝛo pauperibus miſſe in loculis fuiſſent poſite. ergo res que mittebantur pꝛo pauperibus/ ponebant̄ in loculis. que fuit ꝓpoſitio. vnde gloſ.ibi. Cui angeli miniſtrabant: loculos habebat in ſumptus pauperum/ condeſcendens infirmis. Item oblata ⁊ cuſtodita a chꝛiſto ꝓ ſeipſo apoſtolis ⁊ alijs pauperibus/ non erant ꝓpꝛia ei⁹ nec apoſtoloꝛum. ſed ea que ponebantur in loculis erant oblata ⁊ cuſtodita non ſolum pꝛo chꝛiſto ⁊ apoſtolis/ ſed etiam pꝛo alijs pauperibus: ergo loculi illi nō fuerunt ꝓpꝛij chꝛiſti nec apoſtoloꝝ quoad dominiū. Minoꝛ ꝓpoſitio patet. tum ex eo qd̄ ipſe chꝛiſt⁹ dixit Jo.xij. Pauperes ſemper habebitis vobiſcum: et quū volueritis poteritis illis benefacere. In quib⁹ verbis chꝛiſtus ſupponit aperte ꝙ oblata ⁊ cuſtodita a chꝛiſto ⁊ apoſtolis/ erant oblata ⁊ conſeruata nō ſolum pꝛo ſeipſis ſed etiam pꝛo pauperibus alijs. Tum etiam ex eo qd̄ ſcribitur Jo.xiij. ſic. Quidam enim putabāt q: loculos habebat Judas ꝙ dixiſſet ei ieſus: eme ea que opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut vt egenis aliquid daret. ſed diſcipuli non putaſſent ꝙ ieſus ꝓpterea dixiſſet Jude/ eme ea q̄ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut vt egenis aliquid daret: q: loculos habebat Judas: niſi q: conſeruata in eis erant non ſolum pꝛo chꝛiſto ⁊ apoſtolis: ſed etiā pꝛo alijs pauperib⁹. ergo illa q̄ ferebant̄ pꝛo cōmuni neceſſitate chꝛiſti ⁊ apoſtoloꝛum et pauperum nō fuerunt ꝓpꝛia collegij chꝛiſti ⁊ apoſtoloꝝ. Et hoc clare patet.xij.q.j.habebat.ibi. Et ſuoꝝ neceſſitatibus aliiſqꝫ indigentibus tribuebat. vn̄ ſignanter euāgeliſta nunꝙ̄ facit mentionē de loculis/ niſi faciendo mētionem de egenis: q: ⁊ ad eoꝝ ſubleuandam inopiam ferebantur. vnde ſup pꝛedictis verbis Jo.xiij. dicit gloſ. Quia loculos in quibus oblata ſeruabant̄: ſuoꝝ neceſſitatibus ⁊ alijs indigentibus pꝛofutura ſeruabat. in quo foꝛma eccleſie datur ſeruādi neceſſaria. Et ꝙ iubetur nō cogitare de craſtino eſt ne pꝛo terrenis ſeruiat: vel timoꝛe inopie iuſtitiam deſerat. hec gloſ. Idē dicitur in pꝛe.c.habebat. Itē Jo. Chꝛyſoſtomus ſup eiſdem verbis euangeliſte Joan.xiij. dicit. Et nimirum nullus diſcipuloꝛum pecunias deferebat: ſed per hoc quod hic dicit/ occulte inſinuat ꝙ quedam mulieres euꝫ de ſuis facultatibus nutriebant. Qui autē nō virgā non peram nō es iuber deferre: loculos deferebat ad inopum miniſterium. vt diſcas quoniam valde pauperem ⁊ mundo crucifixum huius opoꝛtet partis multam facere pꝛocurationem. multa enim ad noſtram doctrinam diſpenſans agebat. Item Hieronymus ſuper illud Matthei.xvij. Uade ad mare: ⁊ pꝛimum piſcem ⁊c. dicit ſic. Chꝛiſtus pꝛopter eximiam charitatem ⁊ crucem ſuſtinuit: et tributa reddidit: nos infelices q̄ chꝛiſti cenſemur nomine: ⁊ nihil tanta dignum facimus maieſtate: ꝓ illius honoꝛe nec tributa reddim⁹: ⁊ quaſi filij regis a vectigalibus immunes ſumus. hoc idem ſimpliciter intellectum edificat auditoꝛem: dum audit dominum fuiſſe tante paupertatis/ vt vnde tributa pꝛo ſe ⁊ apoſtolo ſolueret non haberet. Or ſiquis obijcere voluerit quomodo Judas in loculis poꝛtabat pecuniam. Reſpondebimus: res pauperum in vſus ſuos cōuertere nefas putauit: nobiſqꝫ idem tribuit exemplum. hec Hieronymus. vbi etiaꝫ gloſ. oꝛ. dicit ſic. Sed ſimpliciter intellectum edificat: dum dominus tante fuerit paupertatis/ vt vnde daret tributa nō haberet. Judas tn̄ habebat cōmunia in loculis: ſꝫ res pauperū in vſus ſuos ꝯuertere nefas duxit: illud ipm̄ dans exemplū nobis. hec gloſ. Iteꝫ gloſ. dicit ibidem. Si ille cenſum ſoluit qui nihil poſſidebat: tu q̄ lucrū ſeculi ſequeris

cur ſeculi negotium nõ agnoſcis:hec gloſ. Ex quib⁹ oĩb⁹
patet chriſtũ nõ habuiſſe dñiũ ĩ loculis. Adde hic de iſtis
loculis qđ ſcripſi.ſ.in.§.hoc aũt preceptũ chriſti fuit ergo
vna cauſa.in ar.lxv. Qꝛ vero obijcit̃ de veſtimentis et cal/
ciamentis chriſti/ꝙ ideo fuerunt chriſti quoad dñium ꝓ/
prietatis:qꝛ leguntur in ſcriptura eius fuiſſe:dicendũ ꝙ ſi
ideo veſtimenta ⁊ calciamenta fuerunt eius quoad pro/
prietatẽ qꝛ legunt̃ in ſcriptura fuiſſe eius:eadẽ ratione ve
ſtimenta angeli fuiſſent angeli quoad ꝓprietatẽ:qꝛ in ſcri
ptura ſacra legunt̃ fuiſſe eius. vnde Marci vltimo. Et ve
ſtimenta eius ſicut nix. Et ſtella que apparuit magis/fu/
iſſet chriſti quoad ꝓprietatem:qꝛ legit̃ fuiſſe eius. Mat.
ij. Vidimus ſtellã eius. Et crux fuiſſet eius quoad ꝓprie/
tatem:qꝛ legitur Joã.xix. Stabant autẽ iuxta crucẽ eius.
Et vincula quibus alligatus erat Paulus/fuiſſent eius
quia legit̃ Coloſ.vltimo. Memores eſtote vinculoꝝ meo
rum. Et.ij.Timo.j.c. Et catenã meam non erubuit. q̄ oĩa
ſunt friuola ⁊ ridicula. Adde hic qđ ſcripſi.ſ.e.§. Item ꝙ
ſimplex.℟.qđ poteſt obijci de Jacobo in ar.lvj.℟.ꝙ poteſt
iterum obijci.⁊.℟. Qꝛ etiã euidenter. Ideo dicendum ad
oĩa talia ꝙ ſicut crux chriſti dicitur fuiſſe chriſti quantum
ad officium paſſionis ⁊ redemptionis. Et ſtella dicit̃ fuiſ/
ſe eius inquantũ homo/quãtum ad miniſterium operis
ſignificationis. Et veſtimẽta dicuntur fuiſſe angeli quo/
ad officium apparitionis ⁊ denũtiationis: Ita veſtimen
ta ⁊ calciamenta dicuntur fuiſſe chriſti quoad officiũ de/
putationis ⁊ vſum accõmodationis:nõ quoad dominiũ
appropriationis. Excepto ꝙ de calciamẽtis intelligendũ
eſt de ſandalijs. vt patet Mar.vj. Similiter loculi dicunt̃
fuiſſe chriſti quoad officiũ gubernationis vel adminiſtra
tionis ⁊ diſpenſationis:et nõ quoad dñiũ appropriatio/
nis. Similiter panis quem comedit Judas dicitur fuiſſe
chriſti ſm ꝙ homo/quantũ ad participium ⁊ quantũ ad
officium retributionis ⁊ diſpẽſationis:qꝛ chriſtus tribue/
bat apud deum ſuis meritis ⁊ interceſſione omnib⁹ bene
factorib⁹ nõ ſolũ pro ſe ſed etiam ſpiritualiter pro omnib⁹
diſcipulis:non ꝙ ille panis eſſet chriſti hoĩs quoad domi/
niũ tẽporalis appropriationis:qꝛ chriſt⁹ vt ait Hierony/
mus/alieno cibo vtebatur vel veſcebat̃. Sic veſtimenta
⁊ calciamenta ⁊ libri in quibus ſtudent et ſupellectilia q̊/
bus vtunt̃/dicunt̃ religioſoꝝ:qꝛ eis vtuntur:vel qꝛ ad offi
cium eoꝝ ſpectat talia diſtribuere:non qꝛ habeant ꝓprie
tatem quã habere nõ poſſunt:vt patet in ijs que legũtur
⁊ no.xij.q.j.c.ij.⁊.c.nõ dicatis.xvj.q.j.alia cauſa. Panis au
tem ⁊ vinũ de quib⁹ chriſt⁹ conſecrauit in die cene/fuerũt
abſoluta a lege tẽporalis ⁊ humani dominij:⁊ fuerũt ef/
fecta iuris diuini ⁊ ſpiritualis dñij:vt ſuperius eſt ꝓbatũ
⁊ facit.xij.q.ij.nulli.⁊.xiiij.q.ij.q̄ ſemel eſt. Item de expro/
priatione chriſti. Bern.in epl'a cõſolatoria loquẽs de chri
ſto ait. Ipſi nimirũ vtpote qui peccare non potuit/⁊ vni/
uerſorũ dñs erat:quum mũdi huius delicijs libere ⁊ iuſte
vti potuiſſet:voluntariã tñ paupertatẽ tam diligẽter am/
plexus eſt:vt nec haberet vbi caput ſuũ reclinaret. Mat.
viij.⁊ Luc.ix. In cui⁹ paupertatis execurione tantã patri
exhibuit reuerentiã:vt non ſolũ delicias ſed etiã ſeipſum
abnegaret petens in oĩbus non ſuã ſed patris fieri volun
tatem. Luc.xxij.de con.di.ij.in chriſto. Qui ergo hoĩem er
rantẽ in ſolitudine ⁊ in inaquoſo venerat reducere in vi/
am rectam:vt iret in ciuitatẽ habitatiõis.pſ.cvj.ſalubrio
rem ⁊ ſecuriorẽ viam redeundi nobis exẽplo ſue cõuerſa/
tionis oſtendit:nihil ꝓpriũ in mũdo poſſidens:patri obe
diens vſq; ad mortẽ. Phil.ij.hucuſq; Bern. Per iſtã au/
thoritatẽ Bern. videt̃ patere ſolutio primaꝝ allegationũ
⁊ opinionis ⁊ ſecundarũ.vt videlicet chriſt⁹ non ſolũ in/
quantũ deus/ſed etiã inquantũ homo ℣bo vnit⁹/habue/
rit dñium generale in regnis et rebus tẽporalibus: ſicut
quilibet rex habet in regno ſuo.⁊ ſic intelligunt̃ prime al
legationes. Dñium vero particulare in regno aliquo aut
in rebus quibus vtebat̃ nõ habuit poſtq̃ ꝑdicauit ⁊ cõſi
lia de paupertate dedit:⁊ ſic intelligant̃ ſecũde. Facit pro
hac ſolutione di.viij.quo iure. Et hic iungendũ eſt qđ no/
taui de iſta materia.ſ.in prima parte iſti⁹ operis in ar.xiij
in.§.tertiuſdecim⁹.⁊ in.§.ad illa.in ar.xxxvij. Et hoc dico
ſalua veritate per eccleſiã declarata vel declaranda.

¶ Articulus.lviij.

COnſequẽter oppo/
nitur ꝙ apoſtoli ꝓprium habuerũt:et dñiũ
in rebus quibus vtebantur: nec apparet ꝙ
renuntiauerũt oĩbus rebus.qꝛ legit̃ Mar.
j.⁊.Mat.viij.⁊ Luc.iiij.ꝙ ieſus egrediẽs de ſynagoga ve
nit in domũ Simonis ⁊ Andree.⁊ Luc.v.⁊ Mat.ix.legit̃
ꝙ Matthe⁹ al's leui/poſtq̃ relictis oĩbus ſecut⁹ eſt chri/
ſtum vocantẽ:fecit ei magnũ cõuiuium in domo ſua. Itẽ
de diſcipulis legit̃ etiam ꝙ ꝓprium habebant.vñ Mat.
xxvj.legitur de Joſeph ab arimathia ꝙ erat diues homo
⁊ diſcipul⁹ ieſu. Itẽ de Simone leproſo diſcipulo chriſti le
gitur Matthei.xxvj ꝙ Jeſus in Bethania erat in domo
eius. Itẽ Lazarus Martha ⁊ Maria qui erãt diſcipuli
eius:erãt multa bona habẽtes. vnde legit̃ de eis Jo.xj.ꝙ
caſtrũ dictũ Bethania/erat Marie magdalene ⁊ Mar/
the.⁊ ꝙ in Bethania fecerunt ei cenaꝫ magnã. Jo.xij. De
Tabita diſcipula ⁊ ꝙ multas eleemoſynas faciebat legit̃
Act.ix. Et vita apoſtoloꝝ ⁊ diſcipuloꝝ eadem videtur fu
iſſe.vt patet.xij.q.j.c.ij.ibi. Qui vitã apoſtolorũ eorũq; di/
ſcipulorum ⁊c. Itẽ apl'i habuerunt panes ⁊ piſces. Mat.
vj. Luc.ix. Et de denarijs ibi dicit Matthe⁹. Euntes ema
mus denarijs.cc.panes:⁊ dabimus eis manducare. et in
Luca.ibi. Eamus ⁊ emam⁹ in oẽm turbam eſcas. Itẽ Jo.
iiij.ibi. Diſcipuli eius abierũt in ciuitatẽ:vt cibos emerẽt.
Et Luc.xxij. Qui habet ſacculũ tollat:ſimiliter ⁊ peram:
⁊ q̄ non habet vendat tunicam ſuam ⁊ emat gladium.et
ſequit̃ ibi. Ecce duo gladij hic.⁊ Jo.xviij. Simõ Petrus
habens gladiũ ⁊c. Et ſequit̃. Mitte gladium tuũ in va/
ginam. Item ſaltẽ quin in cõmuni ꝓprium habuerint ne/
gari nõ poteſt.qꝛ apoſtoli inter credentes etiam cõputan
di ſunt ſicut precipui:ſed credẽtes primi oĩa habebãt cõ/
munia:ergo ⁊ apoſtoli. Act.iiij.xij.q.j.c.ij. Immo videtur
Lucas innuere ꝙ ante eccleſiam credentiũ apoſtoli habe
bant ꝓprium:ex quo illud cõmunicauerunt. Itẽ quantũ
ad eccleſiam ex gẽtibus nõ videtur ꝙ ipſi ſibi cõmunica/
uerunt ꝓprium:imo videtur ꝙ ipſi ſibi retinuerunt pro/
prium vt ꝓbatur de Corinthis.j.ad Corin.c.fi.in prin.vbi
ſic dicitur.de collectis ⁊c.⁊.j. Vnuſquiſq; veſtrũ apud ſe
reponat recondens qđ placuerit ſibi. Itẽ ad Phil.iiij.ibi
In ratione dati ⁊ accepti nulla mihi cõmunicauit eccleſia
niſi vos ſoli.⁊ ſeq̃tur. Repletus ſum acceptis ⁊c. Itẽ Act.
xj.ibi. Diſcipuli prout vnuſquiſq; habebat/ꝓpoſuerũt ſin
guli in miniſterium mittere ⁊c. Et hoc eſt qđ Augu.iij.de
doc.chriſtia.dicit expreſſe ſic dicens. Tam capaces extite/
runt ſpũſſancti qui primo ex iudeis crediderunt/ex quib⁹
facta eſt prima eccleſia Hieroſolymitana:vt ⁊ oĩa ſua ven
derent:eorum preciũ indigentibus diſtribuendum ante
pedes apoſtolorum ponerẽt:ſeq; totos etiã dicarent deo
tamq̃ templũ nouũ in orationib⁹/in fractione panis ſpi/
ritualis ⁊ corporalis:qui prius veteri templo ſeruiebant
quod nullas eccleſias gentium feciſſe ſcriptum eſt: quia
non tam prope erant:quia ſimulacra manifeſta deos ha/
bebant. Ex quo intelligimus magnam vtilitatem fuiſſe
iudeos ſub lege tamq̃ ſub pedagogo cuſtoditos vt ſigna
que temporaliter eis carnaliter ſeruientibus erant poſi/
ta/vnius dei cultum qui fecit celum ⁊ terraꝫ: opinionem
obſeruantium religarent.hec Auguſtinus.

SEd contra hoc dicendum videtur potius/
ꝙ apoſtoli poſt vocationem ad apoſtolatum
non habuerunt propriũ nec in ſpeciali nec in
communi. Vnde circa hoc ⁊ contra predicta
proxime allegata/ſciendum eſt ꝙ ordo diſci/ Diſcipu/
pulorũ chriſti fuit triplex. Nã quidã fuerunt dicti diſcipuli loꝝ chri/
chriſti generaliter cõmuni noĩe diſcipulatus:ſicut omnes ſti triplex ordo.

in ipſum credentes dicebanẗ generaliter eius diſcipuli vt no.xxij.di.c.ij.in gloſ.j. Primo enim quō Joſeph ab arimathia fuit diſcipulus ieſu:q: credebat in eū: non ꝙ eſſet ex illis.lxxij.quos chꝛiſt⁹ miſit ad pꝛedicandū. q: illi.lxxij.diſcipuli erāt publice ⁊ aperte diſcipuli:⁊ ex alijs diſcipulis electi:de quibus Luc.x.⁊.xxj.di.§.j.⁊.c.i nouo.⁊.xvi.di.ſeptuaginta. Joſeph aūt erat occultus diſcipulus ieſu pꝛopter metū iudeoꝛum:ſicut habeẗ. Jo.xix.c. Pꝛedict⁹ autē Joſeph ſicut habeẗ Mar.xv.erat nobilis decurio:et per cōſequēs ſequebatur curiā ⁊ adſiſtebat curie ⁊ officio curialium:⁊ non ſequebatur chꝛiſtū coꝛpoꝛaliter:nec inſiſtebat officio p̄dicandi euangeliū:ſicut faciebant illi.lxxij.diſcipuli:quibus chꝛiſtus cōmiſerat authoꝛitatē pꝛedicādi Luc.x.⁊.xxj.di.in nouo.Et tales diſcipuli generali nomie ⁊ cōmuniter dici poterant habere in ſpeciali diuitias et tempoꝛalia queqꝫ:ſicut habebāt zacheus/et centurio ille cuius ſeruū chꝛiſt⁹ curauit:de quib⁹ Luc.xix. ⁊ Mat.viij. ⁊ Luc.vij.⁊ de con.di.ij.quotidie.⁊.xij.q.ij.cū deuotiſſimā. Et pꝛinceps ille Jayꝛus:cuius chꝛiſtus filiam ſuſcitauit. Mat.ix.Luc.viij.Mar.v.⁊ de peni.di.j.quē penitet.ad fi. Et plures alij in chꝛiſtū credentes:⁊ ſibi per fidem ⁊ dilectionem adherētes:ſicut modo multi boni chꝛiſtiani habent multa bona tēpoꝛalia. Quidā vero fuerunt diſcipuli chꝛiſti ſpecialiter nomine ſpeciali:quibus cōmiſit poteſtatem pꝛedicandi et curandi infirmos: quib⁹ interdixit ne poꝛtarent ſacculū/nec perā/nec calciamenta:de quib⁹ diciẗ in pꝛe.c.Luc.x.⁊ pꝛe.c.in nouo.Et de tali genere diſcipuloꝛū chꝛiſti/nō legiẗ ꝙ habuerint aliq̄s diuitias nec ꝓprietatē ⁊ dñium alicui⁹ rei tēpoꝛalis/poſtq̄ talē diſcipulatū ſunt adepti.nō eſt ergo cōfundēdus oꝛdo diſcipuloꝝ. Vñ inſtātia de Joſeph ab arimathia ⁊ de lazaro/⁊ ſimone lepꝛoſo/de maria/⁊ martha/⁊ tabita/et ſimilibus diſcipulis/nō eſt ad ꝓpoſitū:qm̄ iſti non fuerunt de ſecūdo ſed de pꝛimo oꝛdine diſcipuloꝛū. Nec etiam inſtātia de caſtello marthe et marie: q: non ſequiẗ ꝙ eſſet de ꝓpꝛietate marthe ⁊ marie ꝓpterea ſicut nec bethſaida erat de pꝛopꝛietate petri:q: diciẗ Jo.j.ꝙ Philippus erat de bethſaida ciuitate petri ⁊ andree.Sed ⁊ eſto ꝙ fuiſſet eoꝛū quātum ad ꝓpꝛietatem:nō ſequitur ꝓpter hoc ꝙ apoſtoli et alij diſcipuli ad pꝛedicandū miſſi potuerint habere caſtella ⁊ villas quoad dñium:q: nō eadem lege paupertatis ⁊ foꝛma viuendi adſtringebatur martha ⁊ maria cū euāgelizatoꝛibus veritatis ꝓfeſſoꝛibus paupertatis. Tertius oꝛdo ſeu gradus diſcipuloꝛū fuit ipſe oꝛdo apoſtoloꝛum:quos ipſe chꝛiſtus ex oībus alijs diſcipulis ſpecialiter elegit:⁊ ſpecialibus donis ⁊ gratijs pꝛe omnib⁹ alijs diſcipulis pꝛiuilegiauit:qui velut chꝛiſti comites indiuidui ⁊ cōmenſales aſſidui eadem expꝛopꝛiationis lege cū chꝛiſto viuebant.quod de alijs diſcipulis ab eis nō eſt neceſſe dicere:vnde ⁊ poſt chꝛiſti aſcenſionem pecunia rerū venditarū ponebatur ad pedes apſtoꝛū:⁊ non ad manus eoꝛū:q: ipſi pꝛe ceteris a tēpoꝛalibus elōgati vſum pecunie ⁊ non ſolū dñium aſpernabātur.vnde ⁊ gloſ. Act.iiij. dicit deſtituendū pꝛobat/q̄ꝺ tāgere deuitat: ⁊ calcādum docet aurū quod ſubdit greſſibus apoſtoloꝛū:in quoꝛum perſona petrus ad literaꝫ dixit/Ecce nos dimiſimus oīa. In perſona aūt alioꝛum diſcipuloꝛū ad pꝛedicandū miſſoꝛum/vtrū petrus pꝛefata verba dixit an non/ex ſcriptura non habeẗ.Ex eo aūt q̄ꝺ opponitur.s.de domo Petri ⁊ Matthei ⁊ eius cōuiuio:per q̄ꝺ non ſolum in cōmuni: ſed etiam in ſpecialitate videntur apoſtoli ꝓpꝛietarij fuiſſe. Nam ſi Mattheus poſt verba illa/Relictis omnib⁹ ſecutus eſt eū:nō reliquit oīa quoad dñium:eadē ratione ſequitur ꝙ petrus et andreas Jacobus ⁊ Joannes poſt illa verba/relictis retib⁹ ⁊ naui/Mat.iiij.non reliquerūt tunc retia ⁊ nauim quoad dñium:quāuis illa fuerit vltima vocatio Matthei ſicut iſta fuit vltima vocatio iſtoꝝ quatuoꝛ.Et ſi iſti quatuoꝛ apoſtoli nō dimiſerunt tūc quoad dñium retia de quibus in ſpeciali ſpecificatur:multo magis non dimiſerunt tunc quoad dñium ad q̄ꝺ ibi non ſpecificatur:⁊ ꝑ cōſequens retinuerunt ſibi dñium omnium. quod eſt contra ſcripture ſacre literam et intentionem et ſanctoꝛū doctrinā.Contra doctrine euangelice intentionem:qm̄ niſi apoſtoli tunc dimiſiſſent ꝓpꝛietates ⁊ dominium rerū expꝛeſſarum:ſcriptura fruſtra dixiſſet de Mattheo Luc.v.ꝙ relictis omnibus ſecut⁹ eſt eū. Et de petro Jacobo ioanne ⁊ andrea/ꝙ relictis retib⁹ ſecuti ſunt eū. Matth.iiij.vnde gloſ.ſup verba pꝛedicta petri ⁊ andree Matth.iiij. dicit ſic: Inceſſu pedū:ſed magis obedientia ⁊ affectu āpli⁹ ad ꝓpꝛia nō reuerſi.⁊ ſup pꝛedicta v̾ba Jacobi et ioannis dicit gloſ.relictis retibus. q: etſi poſtea reſumuntur:non tamē cupiditate ⁊ amoꝛe ꝓpꝛietatis. in ijs datur foꝛma volētibus ſequi.hec gloſ. Et ita ſm gloſ. iſti quatuoꝛ apoſtoli tunc reliquerūt non ſolū pꝛopꝛietatem ⁊ dñium retiū:ſed et ꝓpꝛietatem omniū:q: amplius ſm gloſ.ad pꝛopꝛia nō ſunt reuerſi.Et ſuper illud Luc.v. Relictis omnibus ſecuti ſunt eum.dicit gloſ.accepta ab Ambꝛoſio ſic. Reliquit pꝛopꝛia qui rapiebat aliena.nec ſolum lucra vectigalium reliquit: ſed etiam periculum contemnit quod poterat euenire a pꝛincipibus ſeculi: q: vectigalium rationes incompoſitas reliquit.Et quia in nullo pꝛoꝛſus huius vite reſpectum vel cogitationem ſibi reſeruauit:dominicoꝛum talentoꝛū talis fidelis diſpenſatoꝛ eſſe meruit.hec gloſ.et ita ſm gloſ.Matthe⁹ nihil tūc ſibi retinuit:nec pꝛopꝛietatem:nec cogitatū eius.Ad hoc eſt Ambꝛo.in quadā homilia in qua dicit ſic:Myſtica vocatio publicani quem ſequi iubet nō coꝛpoꝛis greſſu: ſed mentis affectu.Itaqꝫ illa auara de mercedibus.dura de laboꝛibus periculiſqꝫ nautarum emolumenta cōuertēs verbo vocatus ꝓpꝛia dereliquit qui rapiebat aliena.ac illud vile ſedile deſtituens/toto poſt dominum veſtigio mentis incedit.hec Ambꝛo. Item hieronym⁹ ⁊ ponitur in gloſ.ſuper illud Marci.j. Venite poſt me:faciā vos fieri piſcatoꝛes ⁊c.dicit ſic:Vocantur quatuoꝛ piſcatoꝛes/Simon/Andreas/Jacob⁹/⁊ Joannes/relictis oībus ſequūtur.Hac quadriga vehimur ad ethera vt Helias.his q̄tuoꝛ angulis cōſtituitur pꝛima eccleſia.his q̄tuoꝛ literis hebꝛaicis tetragrammaton nomen dominii cognoſcitur a nobis:quibus ſimiliter pꝛecipitur vt audiamus dominum vocantem:⁊ obliuiſcamur populum.pſ.xliiij. vitioꝛum:⁊ domum paterne traditionis fugiam⁹:que eſt ſtultitia deo.⁊ rete aranearum:quos pene lapſos velut culices tenebat aer inanis qui pēdet in nihili.nauem pꝛiſtine conuerſationis fugiamus.pellibus enim moꝛtuis tegiẗ. de peniten.diſtin.j.Adam poſt.c.fleat.Adam pater noſter ſm carnem ⁊ nunc depoſito veteri homine cum actibus ſuis nouum hominem.Ephe.iiij.ſequentes pellibus Salomonis.Canti.j.tegimur.quibus ſponſa gloꝛiatur ſe factam eſſe foꝛmoſam.Simon autem obediens/Andreas virilis/Jacobus ſupplātans/Joannes gratia/in latinū ſonat.quibus quatuoꝛ nominibus in imaginem dei conuertimur.obediētia vt audiamus.virilitate vt pugnem⁹ ſupplantatione vt perſeuerem⁹.gratia vt conſeruemur.q̄ quatuoꝛ virtutes cardinales dicunẗ.per Pꝛudentiā eniꝫ obedim⁹. per Juſtitiā viriliter agimus.per Tēperantiā ſerpentē calcam⁹.per Foꝛtitudinē grām dei meremur.hec Hieronym⁹. Itē Gꝛeg.ſup euangelia homi.v. exponens p̄dicta verba Mat.iiij.de Petro ⁊ Andrea dicit ſic:Audiſtis fratres chariſſimi q: ad vni⁹ iuſſionis vocē Petrus ⁊ Andreas relictis retib⁹ ſecuti ſunt redēptoꝛē. nulla vero hunc miracula adhuc facere viderāt:⁊ tñ ad vnū dñi p̄ceptū hoc q̄ꝺ poſſidere videbanẗ obliti ſunt.⁊.j. Sꝫ foꝛtaſſe q̄s tacitis cogitationib⁹ dicit.ſed q̄d qm̄ vterqꝫ iſte piſcatoꝛ ad vocē dñi dimiſit q̄ pene nihil habuit? ſed hac in re fratres chariſſimi affectū poti⁹ debem⁹ pēſare:ꝙ cenſum. Multum reliq̄t:qui nihil ſibi retinuit. Multū reliquit:q̄ quantūliber parum totū deſeruit.hec Gꝛeg. Idē no.s.in ar.liiij.in.§.nūc vero.iuxta pꝛin.ibi vide.Et ita ſm Amb. Hiero.Gꝛeg.gloſ.oꝛ.ex dictis ſctoꝛū collectā/apoſtoli in vltima vocatione omnia dimiſerunt. nec ex tunc aliquid

quoad proprietatē ⁊ dominiū ſibi retinuerunt. Et qđ dicitur de ex ꝓpriatione iſte xii. v. apoſtolorū: licet ſpecialiter de renuntione ipſorum in euangelio non legatur. Et hoc apparet expreſſe per verbum Petri loquentis in perſona omniū apoſtolorū: quorū vna ⁊ ſimilis fuit vocatio ⁊ profeſſio. Ecce nos reliquim⁹ omnia. Mat. xix. Mar. x. Luc. xviii. Qđ vero legitur de Mattheo/ꝙ poſt iſta verba/relictis omnib⁹ ⁊c. fecerit chriſto magnū cōuiuiū in domo ſua: dicendū ꝙ illud eſt dictum explicando et exponendo prius dictū: nō ꝙ poſterius ſit factum. ſm modū loquēdi ſcripture in pluribus locis: q̄ prius narrat cōcluſionē facti: ⁊ poſtea explicat ordinē ⁊ ſeriem rei geſte. Cur autem non de oib⁹ apoſtolis ſicut de Mattheo ſcriptura expreſſit ꝙ relictis omnibus ſecutus eſt chriſtū? Fortaſſis q: ſolus Mattheus lucris auaritie deditus/ne vllū in ſe locū auaritie dereliquiſſe videret: cuncta pro dño dereliquiſſe deſcribitur. Cur etiā ſex apoſtolorū ſolūmodo ſcilicet Petri andree Jacobi Joannis Matthei et Philippi vocatio in euangelio nominatim pſonaliter exprimit: aliorū vero ſex apoſtolorū vocatio ſub ſilentio tacite pertranſitur: Arcanum myſteriū eſt. ⁊ literalis ratio neſcio ſi reddi poteſt: niſi quia ex parte cognoſcim⁹ ex parte ꝓphetam⁹. i. Corin. xiii. vt quemadmodū in celo materiali/ſic in celo ſpirituali militantis eccleſie ſex ſigna nobis oriant: ⁊ totidem nobis occultent per illū qui claudit ſtellas ſub ſignaculo: ⁊ facit interiora hauſtri: expanditq̧ nubem ſup faciem vniuerſe terre. Job. ix. Qđ vero obijcit de domo Petri. ſ. reſponſum eſt in. lvi. ar. in. §. porro. in. R. nō obſtat etiam. ꝙ domus illa Petri dicebat: non ꝙ pro tunc eſſet actu ipſius quoad dñium: ſed q: prius fuerat eius ⁊ Andree q̄ad dominiū vel quoad habitationē. quō Gen. xxiiii. legit ꝙ Iſaac introduxit Rebeccā in tabernaculum Sare matris ſue. ⁊ tamē Sara iam erat mortua. vnde ibi vocabat tabernaculū Sare nūcupatiue: q: fuerat eius quoad māſionem. Quomodo etiam legitur. xxi. c. primi libri regū ꝙ Achimelech dixit ad Dauid poſt mortē Goliath ſic. Ecce hic gladius Goliath philiſtei quē percuſſiſti in valle terebinthi. Sic de virga Aaron: q̄ dicebatur eius poſt mortē: q: fuerat eius. Hebre. ix. Sic etiā ſion poſt mortē Dauid: q: fuerat eius: nō ꝙ mortuus haberet dñium. i. Macha. i. c. vbi legitur ꝙ edificauerūt ciuitatem Dauid muro magno ⁊ firmo. Quō etiā Simon ille in cuius hoſpitio ꝓpe paſſionē chriſtus hoſpitabat/dicebatur ſimon leproſus. Matth. xxvi. Mar. xiiii. nō ꝙ tūc eſſet actu leproſus: ſed q: aliqn̄ fuerat: ⁊ curatus erat. Et ꝙ tunc domus illa non eſſet actu Petri: ex hoc etiā patet q: vt legitur Luc. ix. quidam ait chriſto Sequar te: ſed primū permitte mihi renūtiare ijs q̄ domi ſunt. ait ad illū Jeſus. Nemo mittens manum ſuā ad aratrū ⁊ reſpiciēs retro/aptus eſt regno dei. Ex quo ſequit aperte qm̄ ſi ille nō erat aptus regno dei/ q: ſolū volebat renūtiare ſuis que erāt domi: quanto magis nō fuiſſet aptus regno dei Petrus: ſi voluiſſet ſibi retinere domū quoad dñium: tanto vtiq̧ minus/quāto maius eſt retinere ſibi domū q̄ renuntiare ijs que ſunt domi. Quū ergo Petrus ⁊ Andreas vocati a dño non curauerint renuntiare ijs q̄ domi ſunt: multo magis nō curauerunt retinere ſibi ꝓprietatē ⁊ dñiū dom⁹ qm̄ magis ſit ſignum terreni amoris retinere ſibi domum: q̄ renuntiare ijs q̄ ſunt domi. Ideo vtrūq̧ propheta Dauid. ps. xliiii. viro ſpūali cōſulit. Obliuiſcere populū tuū: ⁊ domū patris tui. Utrūq̧ etiam monuit cōtemnere ſaluator. Mat. xix. Ois qui reliquerit domū/vel fratres/vel ſorores/aut patrem/aut vxorē/aut agros. Et preterea ſi Petrus et Andreas dimiſerunt retia pro chriſto: quod vili⁹ et imperfectius fuit: per cōſequens non recte dimiſerunt: licet recte obtulerint pro chriſto vilius dimittendo ⁊ pro ſeipſis melius retinendo. de cōdi. di. ii. ſi credis. qđ de tantis apoſtolis credere indignū eſt. ¶ Qđ vero poſſet obijci: ꝙ qn̄ chriſtus miſit ad predicandū apoſtolos: inhibuit eis ne portarent aurū ⁊ argentū peram ⁊ calciamenta ⁊ duas tunicas: ergo ante q̄ mitterentur ad predicandū: nō reliq̄uerunt iſta: nec ante ipſis fuerant interdicta: al's fruſtra tūc fuiſſent interdicta: ſi eis antea talia nō licebant. Dicendū ꝙ iſtud non valet. qm̄ ſepe aliquid de nouo precipit: non q: illud prius preceptū non erat: ſed propter ſpecialem rationem precepti ſuperuenientē ⁊ de nouo occurrentē: vel ad maiorem obedientie cumulū. q: opus factum ex obedientia eſt perfectius opere ſponte facto. xi. q. iii. quid ergo. vel ad maiorē expreſſionem ſeu explicationem ⁊ cōfirmationē prioris precepti. Sicut deus precepit filijs iſrael in lege moyſaica. Exo. xx. Non occides. Non mechaberis Non furtum facies. Non falſum teſtimoniū dices ⁊c. Nō quin iſta ante fuerint eis iure nature prohibita: quū ſint per ſe nota omnibus in lumine naturalis rationis. di. i. in principio. ſed propter imediatiorē ſubiectionē dei/⁊ maiorem infixionem cordi. Similiter chriſtus in cena precepit apoſtolis. Jo. xiii. c. dicens. Mandatū nouū do vobis: vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. ⁊ tamen prius apoſtoli obligabantur ad illud preceptū. q: prius fuerat mandatum eis datum de dilectione dei ⁊ proximi/⁊ de dilectiōe amici ⁊ inimici: ſicut patet Mat. v. ⁊. xxii. Mar. xii. Luc. x. Leuitici. xix. c. Similiter chriſtus precepit apoſtolis quādo miſit eos ad predicandū: ne venderent gratiam curationū/⁊ doctrinam euangelij. Mat. x. quod tamen exemplo chriſti ⁊ documēto prophetarū eis fuerat interdictū iiii. Reg. v. de Giezi facto leproſo q: Naaman gratiā vendiderat ſanitatis. i. q. i. cito. ⁊. c. qui ſtudet. ⁊. c. quicq̄d. Similiter chriſtus precepit diſcipulis quādo miſit eos ad p̄dicādum: Manducate que apponunt vobis. Luc. x. ⁊ tn̄ prius hoc faciebant diſcipuli: ſicut patet Luc. v. Sed propter ſpecialē rationem precepti ſuperuenientem: ne ſcilicet hoīes ꝓpter eorum ſingularitatē retraherentur ab officio hoſpitalitatis ⁊ doctrina euāgelij: voluit eis de nouo iniungere. Ita ſimiliter ante q̄ chriſtus mitteret apoſtolos ad predicandū: erat eis exemplo chriſti quē ſequebantur/interdictum ne portarent pecuniā: ne haberent duas tunicas ⁊c. ſed propter ſpecialem rationē precepti occurrentem ⁊ ſuperuenientem/ne ſcilicet propter eorū queſtū homines a veritate euangelij retraherentur: ⁊ ne temporalibus ſpiritualia crederemur eſſe venalia: ad maiorem expreſſionē precepti ⁊ informationē ⁊ exemplū poſteris dandum/q: non ſolū propter illos ſed etiā ꝓpter nos illa geſta ⁊ ſcripta ſunt: voluit chriſtus tunc actu ⁊ immediate eis precipere ne talia facerent. Et ꝙ ante predicationē fuerint apl'is talia interdicta/patet: q: nō min⁹ apl'i in vltima ſua vocatione omnia reliq̄rūt: q̄ ille iuuenis cui chriſtus dixit. Matthei. xix. Mar. x. ⁊ Luc. xviii. Uende oīa que habes: ⁊ da pauperib⁹ ⁊ veni: ſequere me. reliquiſſet ſi chriſti conſiliū ſeruaſſet. ſed ille ſi cōſilium chriſti ſeruaſet: non debebat ſibi pecuniā aliquam retinere: ſed omnē pecuniam quā habebat vel habere poterat/debebat pauperib⁹ dare: ergo nec apoſtoli in vltima ſua vocatione pecuniam aliquā ſibi retinuerunt: quū vltima vocatio apoſtolorum non fuerit imperfectior vocatione illius iuuenis. Quib⁹ aūt non licet ꝓpriam pecuniā retinere: eiſdē non licet ꝓpriam pecuniam portare: nec cōmuniter deferre. ergo apoſtoli ante q̄ mitterentur ad predicandū: non portabant pecuniam ꝓpriam: nec portabant pecuniā cōmunitatis: q: quod non licebat ad cōmunitatem ipſorum deferre: non licebat in eorum cōmunitate deferre: ſed vocato ad cōmunitatem ipſorū non licebat aliquā pecuniā afferre. Similiter Mattheus relictis omnibus ſecutus eſt chriſtum. Mat. ix. ⁊ Luce. v. ⁊ per conſequens nullam pecuniam attulit eorum cōmunitati: quū vocatio omniū apoſtolorum par fuerit ⁊ equalis quantū ad rerum temporalium cōtemptum: ergo nec in eorum cōmunitate cōmuniter licebat pecunias deferre. Nec legitur de aliq̄ apoſtolo ante q̄ mitterentur ad predicandum ꝙ pecuniā aliquam attulerit eorū cōmunitati. nec etiam ꝙ pecuniam aliquam portauerit ſecum: ⁊ ideo nō eſt eis imponendū.

¶ Aliud

¶Aliud quod opponit̃ eſt/ꝙ chriſtus quādo miſit apoſtolos ad predicandum/non interdixit eis ſimpliciter pro omni tēpore ne portarent pecuniam: ⁊ ne haberent duas tunicas:et ne portarent calciamenta: ſed ſolum in via ꝓ tempore predicationis: q: poſt reditum a predicatione/ poterant licite talia habere.et aliquādo vt opponitur talia habuerunt. Qđ non poteſt ſtare cum veritate euangelica:qm̄ vt ſcribitur Joā.xij.⁊.xiij.c.chriſtus cōmiſerat Jude diſpenſationem loculorū in quibus mittebant̃ ea que portabant̃. Sed ſi apoſtolis fuiſſet licitū cōmuniter portare poſt reditum a predicatione pecuniam: tunc pecunia eis neceſſaria non fuiſſet poſita:nec miſſa in loculis poſt reditum a predicatione: ſed ſolum pro tēpore predicationis:q: non eſt veriſimile ꝙ tantam habuerint pecuniā/ꝙ nō potuerint eā ſecū portare.hoc aūt eſt falſum: q: ꝓ tēpore illo quo iudas dixit Joā.xij.poterat hoc vnguētum venumdari plus q̄ trecentis denarijs et dari pauperibus.iam tunc redierant a predicatione.et non ibant tunc ad predicandū:q: hoc dixit in bethania/qn̄ martha miniſtrabat et effudit vnguentum ſuper pedes chriſti: et protunc dixit euangeliſta/ꝙ hoc dixit Judas eo ꝙ loculos habebat:in quibus mittebantur ea que portabantur ergo ea q̄ mittebant̃ chriſto ⁊ apoſtolis poſt reditū a predicatione:mittebant̃ in eis ⁊ in ſeruabant̃. Similiter qn̄ chriſtus dixit Joā.xiij.Jude: qđ facis fac citius:tunc apoſtoli nō ibant ad predicandum:ſed redierāt a predicatione:q: hoc dixit chriſtus in hieruſalē tēpore cene: ſed tunc putauerunt apoſtoli aliqui:vt refert euangeliſta: ꝙ chriſtus dixiſſet Jude/eme ea que ſunt opus nobis ad diem feſtum:aut vt egenis aliquid daret: eo ꝙ Judas loculos habebat.ergo poſt reditum a predicatione pecunia in loculis mittebat̃ et cōſeruabat̃.alioquin diſcipuli nō putaſſent ꝙ chriſtus poſt reditum a predicatiōe dixiſſet Jude/ eo ꝙ loculos habebat:Eme nobis neceſſaria ꝓ die feſto: aut egenis aliq̄d daret.ergo poſt reditū a predicatione/ pecunia que portabatur in loculis mittebat̃ ⁊ cōſeruabatur: ⁊ ꝑ conſequens poſt reditū a predicatiōe apoſtoli cōmuniter nō portabant pecuniam:nec portare poterāt:niſi fortaſſis in caſu neceſſitatis extreme ab omni lege accepte.de cō.diſt.v.diſcipulos.Et hoc eſt qđ dicit Joā. Chryſoſtomus ſup illud Joā.xiij.Quidā autē putabāt q: loculos habebat Judas ⁊c.vbi ſic dicit: Et nimirū nullus diſcipulorū pecunias afferebat:ſed ꝑ hoc ꝙ hic dicit occulte inſinuat/ꝙ quedam mulieres eū de ſuis facultatibꝰ nutriebāt.hec Chryſoſtomus.Et ita ſm̄ Chryſoſtomū/nullus diſcipulorū tūc pecunias afferebat:et tamen tūc apoſtoli ad predicandum nō ibant.Et propterea ſi talia fuerunt eis interdicta ſolum ꝓ tēpore p̄dicationis:⁊ nō poſt reditum a predicatione: tunc fuiſſet viſa quedam ſimulatio ⁊ ſpūs hypocriſis maiorē paupertatē pretendendo exterius exeundo corā hominibus/q̄ interius ſeruarent apud ſeipſos.qđ de chriſto ⁊ apoſtolis ſentire nefas eſt. ar.bonū.xij.q.j.nolo.⁊ ꝓfanum mēdaciū eſt exterius more pauperū mendicare:⁊ interius more diuitū abundare et vita ſanctorū paupertatē vniformiter ſeruat.xij.q.j.clericus. Itē apoſtoli minus indigebant calciamentis ⁊ duabus tunicis in domo qn̄ ſtabāt ſub tecto:q̄ indigebāt extra domū/qn̄ ibant ad predicandū.ſi ergo tunc fuit eis inhibitū multo potius in domo. Itē predicatores veritatis debent oſtēdere vitā exēplarem:nō ſolū quū vadunt ad predicandū:ſed etiā ante ⁊ poſt reuerſionē.alioquin deficiens ante vel poſt magis predicationē infirmaret q̄ cōfirmaret.ar.op.xliij.diſt.ſit rector.xxxvj.di.§.ecce. iij.q.vij. §.Idē teſtat̃. Sed chriſtꝰ interdixit talia apoſtolis: vt ex eorū vita mirabili et venerabili eorū doctrina teſtimoniū acciperet: ⁊ veritati rerū facta nō verba ſola fidē darēt.vn̄ dn̄s in Joā.x.c.Si mihi nō creditis operibus credite.vbi Augꝰ. Ut chriſto nō verba: ſ; facta teſtimoniū darent. et Greg. Plus mouēt facta q̄ ꝟba.ergo talia interdixit nō ſolum ꝓ tēpore predicationis:ſ; etiam ꝓ quolibet tēpore.Et hoc eſt qđ dicit Chryſoſtomus ſuper Mat. homil̃. xxij.ſic. Nec eñ a ſignis volebat apparere clarus ſolū: ſ; etiam ante ſigna a ꝓpria virtute.nihil enim ſic monſtrat philoſophiā ſicut nō ſuꝑfluis vti.⁊ ſm̄ quod poſſibile eſt: in nullo indigere.hoc ⁊ pſeudo apoſtoli nouerant:ꝓpter qđ paulus dicebat.ij.ad Cor.x.vt in eo in quo gloriantur inueniant̃ ſicut et nos. Si autē in aliena patria exiſtētes/ et ad ignotos abeuntes nihilominus amplius oportet petere quotidiano cibo:quanto magis domi manentes. hec Chryſoſtomus.Et ita ſm̄ Chryſoſtomū/ſi talia non licebāt apoſtolis tēpore p̄dicationis: multominus licebāt eis poſt reditū a predicatione qn̄ erant domi. Item talia fuerunt apoſtolis interdicta/nō ſolum ꝓpter doctrinam euangelij:ne ſc; ipſam venalē facerent:ſed etiam propter grām curationū/et potentiā ſignorū:ne ipſa vendere viderent̃.vnde chriſtus de vtriſq;/ſc; de verbis doctrine/et ſignis potentie precepit apoſtolis Matth.x. Gratis accepiſtis gratis date.j.q.j.quicq̄d.ex̃ de magiſtris. c.ij. ſed apoſtoli habebant gratiā curationū/et efficaciam ſignorū ſeu miraculorū/non ſolum quādo exibāt ad predicandum:ſed etiā poſtq̄ reuertebant̃ a predicatione ⁊ anteq̄ exirēt ad predicandū:q: poteſtas miraculorum fuit data apoſtolis ꝑmanſiue ⁊ ſtabiliter:et non tranſitiue ⁊ inſtabiliter per interualla tēporū.ꝓpter qđ Act.v.legit̃ de apoſtolis/Per manus autē apoſtolorū fiebant ſigna ⁊ ꝓdigia multa in plebe.Et ſequit̃ ibi: Magis autē augebat̃ in dn̄o credentiū multitudo virorū ac mulierum:ita vt in plateis eijcerēt infirmos:et ponerēt in lectulis ac grabatis: vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quēq; illorū:et liberarent̃ oēs ab infirmitatibꝰ ſuis. Currebat aūt et multitudo vicinarū ciuitatum in hieruſalem afferentes egros et vexatos a ſpiritibus immundis: qui curabant̃ omnes. Ergo talia fuerunt interdicta apoſtolis/nō ſolum pro tēpore predicationis:ſed etiam ꝓ quolibet tēpore: ſiue poſt predicationē/ſiue ante: ſicut gratia ſignorū fuit eis collata ꝓ quolibet tēpore opportuno: ſiue tēpore predicationis:ſiue tēpore alio. Itē; illud quod nō licet niſi in caſu neceſſitatis diſpenſatiue ex ſpeciali diſpenſatione:ſimpliciter ⁊ abſolute nō licet;q: ceſſante caſu et diſpenſatione ſpeciali:nō licet.j.q.vij.qđ ꝓ remedio. ſed predicta non licuerunt apoſtolis poſt reditum a predicatione ſi eis licuerunt niſi in caſu neceſſitatis diſpenſatiue ex ſpeciali diſpenſatione.ergo talia ſimpliciter et abſolute nō licuerūt eis poſt reditū a predicatione. Minor ꝓpoſitio patet ꝑ illud qđ ipſe ſaluator legitur dixiſſe apoſtolis poſt reditum a predicatiōe Luce.xxij. Quādo miſi vos ſine ſacculo et pera ⁊ calciamētis:nunq̇d aliquid defuit vobis? At illi dixerūt: Nihil. Jeſus vero ait illis: Nūc autē qui habet ſacculū tollat.ſimiliter ⁊ peram.⁊ q̇ nō habet:vendat tunicam ſuam ⁊ emat gladium. In quibꝰ verbis ſaluator intelligēdo ipm̄ ad literā manifeſte diſpenſauit cū apoſtolis tēpore mortis ſue ꝓpter inſtantē neceſſitatē perſecutionis/ꝙ poſſent talia habere que ab ipo eis al̃s fuerāt interdicta.qđ pz ex eo qđ dixit: Sed nunc q̇ habet ſacculum tollat.ſil̃r ⁊ peram.ergo antea apoſtolis cōmuniter poſt reditum a predicatione talia nō licebant: ſ; fuerant eis regulariter interdicta.vnde ſuꝑ predictis verbis Luce.xxij. Beda/et gloſ.ordi. ſic dicunt. Non enim eadem viuendi regula ꝑſecutionis/que pacis tēpore diſcipulos informat. Miſſis quidem diſcipulis ad predicandum/ne q̇d tollerēt in via precepit/ordinans ſc; vt q̇ euāgelium annūtiant de euāgelio viuant. Inſtante ꝟo mortis articulo/et tota illa gēte paſtorē ſimul ⁊ gregē ꝑſequēte/cōgruā tēpori regulam decreuit:ꝑmittens vt tollat victui neceſſaria/donec ſopita ꝑſecutorū inſania tēpus euāgelizandi redeat. In hoc quoq; nobis dat̃ exemplū/iuſta nonnunq̄ cauſa inſtante quedā de noſtri rigoris ꝓpoſito poſſe ſine culpa intermitti. Ad hoc idem facit quod dicit Chryſoſtomus ſuper eiſdem verbis ſic. Et quidem quando nec calciamenta:nec zonam habebant; nec baculum:

nec es/nullius ſunt paſſi penuriam.vt autem marſupium
eis conceſſit et peram:eſurire videntur et ſitire et nudita
tem pati.ac ſi eis diceret.hactenus cuncta vobis vberri/
me affluebant:nunc autē volo vos et inopiam experiri.
Ideoq; non addico neceſſitati priſtine legis: ſed mando
loculum habere et peram.poterat enim dominus vſq; in
finem in tantam cōſtituere copiam:ſed noluit ob multas
cauſas.primo quidez vt nihil ſibi tribuerent:ſed recogno
ſcerent totum ſibi emanaſſe.ſcdo vt moderari ſibi ſciant.
tertio ne maiora de ſe opinentur.Horū trium cauſa ꝑmit
tens eos incurrere multa inopinatorū/relaxauit prioris
legis rigorē:ne grauis et intolerabilis fieret eis vita.hec
Chryſoſtom⁹.Et ita ſm Bedā Chryſoſtomū et gloſ.chri/
ſtus diſpenſatiue relaxauit ad tempus prioris precepti ri
gorem.Et ſi nunq̄ aliquis dixiſſet hoc:patet euidenter ex
eo qđ dixit.Et qui nō habet:vēdat tunicā ſuā: ⁊ emat gla
diū.Certū eſt aūt ꝙ apoſtolis nō licuit ante vel poſt por
tare arma ad offendendū nec ad defendendū:q: vt dicit.
ij.ad Cor.x.Arma noſtre militie non carnalia:ſed poten
tia dn̄i ad deſtructionē inimicorum.⁊ Matth.v. chriſtus
dixit diſcipulis:Ego aūt dico vobis nō reſiſtere malo.⁊.j.
ad Cor.xij.⁊ Rom.xij.Nō vos defendētes chariſſimi:ſed
date locum ire. et de his ſatis.xxiij.q.j.§.j.⁊.q.iij.§.j.⁊.q.
viij.§.j.Ergo chriſtus tēpore paſſionis ꝓpter iminentē ti
morē diſpēſatiue ꝯceſſit apoſtolis ꝙ poſſent portare gla
dios.vnde nunq̄ nec ante nec poſt legunt̄ gladios por/
taſſe:nec habuiſſe.Et eadē ratione diſpenſatiue conceſſit
eis tunc ſacculū et perā pro ſeipſis. Ex quibus patet etiā
ꝙ illi duo gladij nō fuerunt apoſtolorū quoad ꝓprietatē
et dominiū:qm̄ vt dictū eſt:apoſtoli ante chriſti paſſionē
nō portabāt gladios:nec arma alia:nec tūc illos gladios
emerāt ſeu alio modo acquiſierāt:q: ſtatim quū chriſtus
dixit:Qui non habet:vendat tunicam ſuam et emat gla/
diū:Petrus imediate rn̄dit dn̄o:Ecce gladij duo hic.Et
infra inter verba chriſti et reſpōſionem Petri nō potuiſ/
ſent apl̄i illos gladios emere:nec alio mō acquirere:ergo
predicti gladij nō fuerūt apoſtolorū quoad dn̄ium:ſed ſo
lū diſpēſatiue quoad vſum.fuerūt aūt vel illius hoſpitis
vbi cenauerāt:vel alicuius alterius ꝑſone q̄ eos addure/
rat.vn̄ nec Petrus dixit:Nos habem⁹ duos gladios:ſed
dixit:Ecce duo gladij hic.que nō fuerant verba ꝓprij:ſed
plus alieni dn̄ij.Nec obſtat ꝙ chriſtus dixit Petro:Con/
uerte gladiū tuum in locum ſuum: vt Matth.xxvj. quia
ſicut chriſtus dixit Petro: Conuerte gladium tuum:ita
dixit ſibi: in locum ſuum: et tamen locus gladij non fuit
gladij quoad dominium:ſed quoad repoſitionem et rece
ptaculū. Ita gladius fuit dictus Petri nō quoad dn̄ium:
ſed quoad diſpēſationē et miniſterium. Item nō eſt veri/
ſimile/ꝙ chriſtus dei filius iret diſcalciatus ⁊ nudis pedi
bus:⁊ apl̄i hoies plebei incederēt calciati. hoc em̄ fuiſſet
valde reprehenſibile et confuſibile in apoſtolis/maxime
poſtq̄ fuerūt miſſi ad predicandum. Qz em̄ dn̄s et magi
giſter incederet diſcalciatus: ⁊ diſcipulus ⁊ ſeruus ince/
deret calciatus/ fuiſſet monſtroſum et irrationabile:ſed
chriſtus omni tēpore poſtq̄ incepit predicare: inceſſit di/
ſcalciatus ſiue eundo ad predicandū:ſiue redeūdo a pre/
dicatione:ergo ⁊ apoſtoli ſimiliter:⁊ ꝑ conſequens prece
ptū de nō portando calciamenta/nō fuit ad tēpus: ſed ꝓ
ſemꝑ.Et eadem ratione preceptū de nō portando pecu/
niam/nō fuit ad tēpus:ſed ꝓ ſemꝑ et cōtinuo:niſi forte in
caſu neceſſitatis. Maior ꝓpoſitio eſt clara. Minor ꝓpo
ſitio ꝓz:qm̄ chriſtus qn̄ iuit ad domū phariſei vt mandu
caret cū illo:ſicut legitur Luce.vij.tūc nō iuit ad predicā/
dum:ſed ad cōuiuandū:ſed tunc mulier que erat in ciuita
te peccatrix/lachrymis rigauit pedes chriſti:et capillis ca
pitis ſui terſit:⁊ oſculata fuit pedes eius: ⁊ vnguento vn/
xit pedes eius: vt Lucas refert:ſed tunc cōmode et cōue/
nienter predicta mulier nō potuiſſet lachrymis pedes ei⁹
rigare:nec capillis tergere:nec oſculo pedes eius oſcula/
ri:nec vnguento pedes eius vngere/ſi chriſtus calciatus
fuiſſet.nec legitur ꝙ ſe tunc diſcalciauerit:aut mulier(qđ
fuiſſet indecens)aut alius eū:ergo tunc erat diſcalciat⁹.
Similiter in bethania ante ſex dies paſce/quādo diſcum/
bebat cū lazaro ⁊ martha miniſtrabat: ſicut legit̄ Joan.
xij.tūc chriſtus nō iuerat ad predicandum: ſed ad cenan/
dū:ſed tunc maria effudit vnguentū ſuꝑ pedes ieſu: ⁊ ca
pillis ſuis terſit.que ſimiliter ꝯuenienter facere nō potuiſ
ſet:niſi chriſtus ꝓ tunc diſcalciatus fuiſſet:ergo tunc chri/
ſtus diſcalciatus erat. Similiter in cena/ qn̄ lauit pedes
diſcipulorū:tūc nō ibat ad predicandū:ſed tūc legit̄ Joā.
xiij.depoſuiſſe veſtimēta ſua:⁊ iterū reaſſumpſiſſe ea: nō
autē calciamēta:⁊ tn̄ nō eſt dubium/ ꝙ erat diſcalciatus/
ſicut erant apoſtoli quorū pedes lauit:vt ſe eis cōformi/
ter coaptaret.ex̄ de vi.et ho.cleri.deus.nec etiā tunc apo/
ſtoli legunt̄ depoſuiſſe nec reaſſumpſiſſe calciamēta. In
paſſione etiam legit̄ Joā.xviij.ꝙ milites diuiſerunt veſti
menta chriſti:⁊ ſuper tunicam inconſutilē miſerunt ſortē.
de calciamentis autē chriſti nihil legit̄ fuiſſe factum.vnde
Hieronymus ad Euſtochiū:Diſcipuli ſine calciamentorꝫ
onere et vinculis pelliū ad predicationē noui euangelij
deſtinantur.Et milites veſtimentis ieſu ſorte diuiſis/cali
gas nō deuiſerunt:q: caligas nō habebat quas tollerēt.
nec em̄ poterat habere dominus qđ ꝓhibuerat in ſeruo.
Ex quib⁹ oībus euidenter colligitur/ ꝙ chriſtus dei filius
exceptis ſandalijs:de quibus Mar.vj.et q̄ Rome in ſan
cta ſanctorꝫ/cū capitibus apoſtolorū petri et pauli/⁊ alijs
ibi reliquijs cōſeruant̄.⁊ que papa Nicolaus.iij.romano
populo cū predictis capitibus oſtendit. Calciamēta alia
non habuit:nec portauit:et per conſequens nec apoſtoli
eum ſequētes:quia valde diſſonum fuiſſet/ꝙ chriſtus di/
ſcalciatus/et apoſtoli calciati inceſſiſſent. vnde in pre.c.
Luce.xxij.Quādo miſi vos ſine ſacculo et ſine pera ⁊ cal/
ciamentis.Hieronym⁹ li.ij.cōtra Jouinianū ait: Nunq̇d
omnibus preceptum eſt ne duas tunicas habeant: ne ci/
bos in pera:es in zona:calciamēta in pedib⁹: vt vendant
vniuerſa que habent et dent pauperibus et ſequantur ie
ſum.ſed his qui volunt eſſe perfecti. Alioquin aliq̇d mili
tib⁹ a Joāne baptiſta preciperet̄ Luc.iij.xxiij.q.j.paratus
in ſi.et.c.militare.in ſi.publicanis.hucuſq; Hieronymus.
Itē idē ad Herūciam:Apl̄i toto orbe peregrini/nec es in
zonis:nec virgā in manu:nec caligas habuere in pedibus
Itē Ambroſius de fuga ſeculi. Jeſus diſcipulos ſine cal/
ciamentis miſit: ne ſecū terrena portarent. Item Hiero/
nymus ad Euſtochium:Moyſes.Exod.iij.et ieſus naue.
Joſue.v.in ſi.nudis in terra pedibus iubent̄ incedere: et
diſcipuli chriſti ſine calciamentorū onere/in vinculis pel/
lium/nudi ad predicationē euangelij deſtinant̄. Mat.x.
Itē Chryſoſtom⁹. Una tunica induti/⁊ diſcalciati circūi/
erunt ⁊ oēs ſuperauerunt apoſtoli. vltima Homil̄. ſuper
Mat.Euſebius etiā in laudem Origen̄.vij.libro eccleſia
ſtice hiſtorie ait:Ante oīa vero precepta euangelica/⁊ vo
ces ſaluatoris ſummo amore et ſtudio implēdas eſſe cen/
ſebat:quib⁹ precipit̄ Mat.x.Luc.ix. duas tunicas nō ha/
bendas:nec calciamentis vtendū:nec de craſtino cogitā/
dum.Matth.vj. Item Grego. Nazāzenus/Deſiderabā
inquit et intentis ac pendentibus oculis req̇rebam vide/
re cupiens ſanctum illū pſallentem chorū laudē et gloriā
offerentem dn̄o: q̇ in lege dn̄i meditant̄ die ac nocte.ps.
j.Qui ad exempla et cōmonitionem melioris vite oībus
viuunt/legis dei atq; euangelij taciti predicatores:in qui
bus quoq; ipſe habitus prefert virtutis inſignia: hirſutū
caput/incultis ⁊ horrentibus comis/pedes nudi et apo/
ſtolicis ſimiles/indumenti vilitas/arrogantiā ſeculi ſuꝑ/
biamq; cōdēnans/zona ipſo ſuo neglectu precioſior:parū
q̇d cohibens veſtimenti. Nec etiam ꝑmi parentes noſtri
poſt peccatum calciati:ſed diſcalciati inceſſiſſe creduntur:
quod patet ex eo qđ legitur Gen̄.iij.ſic ſfecit quoq; deus
ade et vxori ſue tunicas pelliceas:et induit eos. de peni.
diſt.j.Adam.non autem legitur ꝙ fecerit eis calciamēta.
vnde et dominus dixit de muliere ad ſerpentem ibi/Tu

Caligas et calciamēta nec chriſtus nec apl̄i habue/runt.

inſidiaberis calcaneo illius:et ipſa conteret caput tuum.
Si aūt mulier calciata inceſſiſſet: ſerpens eius calcaneo
ad literā inſidiari non potuiſſet:vel inſidiādo nocere nō
potuiſſet.Deus etiā mādauit Moyſi:vt ptʒ Exod.xxviij.
ꝙ faceret veſtes ſacerdotales Aaron ⁊ filijs eius.de cal-
ciamentis nihil dixit. Similiter filij iſrael obtulerūt deo
veſtes ſacerdotales Aaron: ſed nō calciamenta. Exod.
xxxviij.Siliter deus mādauit Moyſi/ꝙ ſpoliaret Aaron
fratrem ſuū in morte:et indueret Eleazarū filiū eius pro
eo:de calciamentis nō dicit.Nūm.xx.c.Precipui etiā pro-
phete/vt Helias ⁊ Joā.baptiſta precurſores dn̄i/ legunt
habuiſſe veſtimenta et zonam pelliceā:non autem calcia
menta.iij.Regū.j.et Matth.iiij.⁊ Mar.j.et Luce.iij. et
Eſaias diſcalciatus inceſſit tribus annis. Eſa.xx. Angeli
quoqꝫ in nouo et veteri teſtamento in forma et ſpecie hu
mana apparētes veſtiti ⁊ nō calciati apparuiſſe legūtur.
Matth.⁊ Mar.vltimo ⁊ Luce ⁊ Joan.penulti.⁊ Act.j.
Daniel.x.⁊.xij.c.Tobie.v.⁊ vſqꝫ ad.xij. Angeli quoqꝫ qui
apparuerunt Abrae ⁊ Loth nudi pedes apparuiſſe cre-
duntur:ꝑpter qđ eoꝝ pedes lauare rogauerunt. Geneſ.
xviij.⁊.xix.c.In transfiguratione quoqꝫ dn̄s veſtitus/nō
calciatus apparuiſſe deſcribit Matth.xvij. ⁊ Mar.ix.et
Luce.ix.¶ Nec obuiat ꝙ Joan.baptiſta dicit/Nō ſum di
gnus ſoluere corrigiā calciamenti eius. Mat.iij. Mar.
j.Luce.iij.et Joan.j.quoniā calciamēta quātum ad literā
accipiuntur ꝓ ſandalijs: vt patet Mar.vj.licet Joānes
magis myſtice ſm̄ Grego.in homil.ſcʒ ꝙ non erat dign⁹
Joā.ſoluere.i.explicare myſterium incarnationis chriſti:
ꝙ̄ literaliter de chriſti calciamentis loqueret.hoc idem di
cit in petro Act.xij.Calcia te caligas tuas:q: calige ſm̄ ꝙ
ibi dicit Beda: accipiuntur ꝓ ſandalijs vel ſoleis: q: ca-
lige dicunt a calo pedis/eo ꝙ ligant ad calū.vn̄ ſm̄ eūdē
Bedam ꝓ caligis vel caligulis grecus habet ſandalia.h
em̄ genus calciamentorū legit in euangelio Mar. vj.c.
apoſtolis fuiſſe cōceſſum.Cui cōſonat Papias dicēs/Ca
lige vel caligule:ideſt ſandalia dicta ſunt a calo pedū vel
quaſi a colligando:q: ad pedes ligant.Sic etiam intelli-
git caligas petri de caligulis vel ſoleis.i.ſandalijs Joan.
caſſia.in p̄mo libro inſtitutionū monachorū egyptiorum
in.c.calciamēta dicens de monachis egyptijs.Calciamen
ta vero velut interdicta euangelico Mat.x. precepto re-
cuſantes/quū infirmitas corporis vel hyemis rigor/ſeu
meridiani eſtus feruor exegerit:tantūmodo caligis ſuos
muniūt pedes.hoc ſignātes vſu earū ꝑmiſſione dn̄ica cō-
ceſſarum.Mar.vj.vt ſi in hoc mundo cōſtituti cura et ſo-
licitudine carnis hmōi oīmodis exuti eſſe nō poſſumus:
ſaltē occupatione leui neceſſitatem corporis expleamus:
ne ve anime noſtre pedes:ideſt affect⁹ ſm̄ Auguſtinū/q̄
expediri ad ſp̄ualem curſum et predicationē euāgelij pa-
cis ſemꝑ debēt eſſe parati. Eſa.lij. viij.q.j.olim.quib⁹ poſt
odorē vnguentoꝝ chriſti currim⁹.Cā.j.⁊ de quib⁹ dauid
in p̄s.lxi.cucurri in ſiti.morticinijs ſeculi hui⁹ curis paria-
mur inuolui.de his ſcʒ cogitantes que non ad ſupplendā
neceſſitatē nature:ſed ad ſupfluam noxiāqꝫ ꝑtinent volu
ptatē.qđ ita implebimus ſi ſm̄ apoſtolū/carnis curā non
fecerimus in deſiderijs.de cō.di.v.nō mediocriter.in fi. et
Rom.xiij.hucuſqꝫ Joā caſſia.Et ſic ptʒ ꝙ preceptū de nō
portādo calciamēta/fuit datū apl'is ſimpliciter ⁊ abſolu-
te pro quocūqꝫ tēpore:⁊ nō pro tp̄e p̄dicationis tm̄.vnde
ſm̄ ꝙ refert Mat.x.p̄cepit chriſtus apoſtolis ſimpliciter
et abſolute ne portarent pecuniā/dicēs: Nolite poſſidere
aurū et argentū:neqꝫ pecuniā in zonis veſtris.in q̄ parte
precepti nihil ponitur de via:ſed abſolute fuerūt eis inhi
bita:licet Marcus.vj.c.⁊.Lucas.x.c.dicant ꝙ p̄cepit eis/
Ne q̄d tollerēt in via:neqꝫ perā:neqꝫ pecuniā ⁊c. q: illa q̄
interdicunt aliquib⁹ ſimpliciter ⁊ abſolute: interdicūtur
eis ꝓ via ⁊ in via.ar.eorū q̄ legunt ⁊ no.ex̄ de traſla.inter
corporalia.§.ſed nec illud.⁊ in gloſ.ar.qđ.⁊ de priuil.quia
circa.licet etiā dn̄s vtroqꝫ modo potuerit eis talia interdi
cere.Ideo mattheus refert vnū modū:Marcus vero et

Caligas
et calcia
mēta ne
ꝙ chri-
ſtus ne-
ꝙ apl'i
habue-
runt.

Lucas aliū modū interdicēdi.Sed mattheus magis vi-
det referre diſtincte ſeriē et ordinem p̄cepti ſm̄ formā et
modū eis dati:ideo poſt verba premiſſa ſubiungit dicēs/
Nō perā in via:neqꝫ duas tunicas: neqꝫ calciamēta:neqꝫ
virgam.Et ita ſm̄ Mattheū aurū et argentū et pecunia
fuerunt eis interdicta ſimpliciter ⁊ abſolute. Pera vero
fuit eis inhibita ꝑ ſe et directe in via:q: perā cōſueuit ho-
mo portare maxime in via:ideo perā inhibuit eis ꝑ ſe et
primo in via.Ex cōſequēti aūt inhibuit eis in domo: quia
ſi inhibuit eis pro tēpore ꝓ quo magis indigebāt/et quo
cōſueuerūt eā maxime hoies portare: multomagis inhi-
buit eis ꝓ tēpore quo minus indigebāt/⁊ quo ꝯſueuerūt
homines minus ipam portare.Aurū vero argentū et pe-
cuniā cōſueuerunt hoies querere ſimpliciter ⁊ abſolute ſi
ue in via ſiue in termino:ideo ſimpliciter interdixit eis.
Similiter calciamentis ꝓpter itineris aſperitatē magis
indiget homo in via/q̄ in termino. Tunicis etiā vt ſe poſ
ſit mutare magis indiget viator q̄ quieſcens domi.virga
quoqꝫ defenſionis vel ſuſtentationis tam magis hō indi
get in via/q̄ termino.Ideo prima tria ſcʒ aurū argētum
et pecunia/ſm̄ Matth.fuerūt apl'is interdicta ſimpliciter
et abſolute:reliqua vero quatuor/pera calciamēta ⁊ due
tunice in via/fuerūt ſm̄ Mat. eis inhibita ꝓ ſe ⁊ p̄mo in
via.Ex cōſequēti aūt et ꝑ locū a minori cōſtructiue fuerūt
eis inhibita etiam in domo:vnde ⁊ poſt aſcēſionē manēs
petrus Hieroſolymis ait claudo Act.iij.qn̄ ad orādū nō
ad predicandū ibat/Argētū et aurū nō eſt mihi.ſupl.nec
Joāni:q: pro vtroqꝫ loquebat Petrus.vnde ait ibi/ Re-
ſpice in nos.Qđ verbū ꝑtractans Aug⁹.in libro de mira-
bilibus ſacre ſcripture/dicit ſic:In excuſatione eleemoſy
ne/paupertatis ꝓfeſſione/petrus paralytico dixit/argen
tū et aurū non eſt mihi:in noīe ieſu chriſti nazareni ſurge
et ambula. Illud magiſtri preceptū ſeruans/Nolite poſ-
ſidere aurū ⁊c.Qui em̄ ſoli deo ſeruiēs:de iniquo māmo-
na expeditus fuerit/verbo impij morbo ligatū cito ſolue
bat.et Ambro.ſup illud Matth.x.Nihil tuleritis ⁊c.dicit
ſic:Si ꝓhibemur aurū poſſidere:quid eripere apl's Pe-
trus prius dn̄ice executor ſentētie/nō in vacuū effuſa dei
precepta cuſtodiens/quū poſceret a paupere/vt ei aliq̄d
pecunie largiret:ait.Argentum et aurū nō habeo:nō tā-
tum in hoc gloriat Petrus/ꝙ aurū ⁊ argentū nō habeat
q̄ ꝙ ſeruet dei mandatū q̄ p̄cepit: Nolite poſſidere argen
tum ⁊ aurū ⁊c.hec Ambro.et facit.xj.q.iij.ira.Et ſi quera-
tur/quomodo apoſtoli qui ibāt per ꝑſonas inhoſpitales
poterāt trāſire ſine pecunia et ſine pera? Dicendū ꝙ lex ſi
ue preceptū dat ꝓ loco ⁊ tp̄e poſſibili:q: caſus neceſſita-
tis nō ſubiacet legi: ſed eſt ſupra legē: vt patet Mat.xij.
Mar.ij.⁊ Luc.xiiij.et de cō.diſt.v.diſcipulos.⁊ ex̄ de reg.
iur.qđ nō eſt.ideo ꝓ loco ⁊ tēpore neceſſitatis/quo aliter
apl'is ſubueniri non poterat:ad hoc preceptum nō aſtrin
gebant.Sed ex hoc nō ſequit ꝙ tunc ꝓprietatem ⁊ domi
niū taliū habuiſſent:qm̄ neceſſitas taliū nō reſpicit ꝓprie
tatē ⁊ dn̄ium:ſed vſum ⁊ modū vtendi.portare em̄ pecu-
niam ꝑ viam ⁊ ipſam expendere ꝓ ſe vel ꝓ alijs loco ⁊ tē-
pore neceſſitatis nō includit neceſſario habere ꝓprietatē
et dn̄ium eius:q: vſus pecunie eſt ſeparabilis a ꝓprieta-
te ⁊ dn̄io eius:vt ſupra oſtenſum eſt:⁊ ſm̄ modum quem
dant Nicolaus.iij.et Clemens.v.fratribus minorib⁹:quū
deponit pecunia apud nuntiū vel depoſitariū p̄ſentatur
a fratribus ꝓ neceſſitatib⁹ eorū/vel ꝓ dante: vt patet ex̄
de ꝟ.ſigni.exiit.li.vj.⁊ de ꝟ.ſigni.exiui. in Clemē. Simili-
ter de alimētis quibuſcūqꝫ:quia vſus alimentorum eſt ſe
parabilis a proprietate et dominio in ſpeciali et in cōmu-
ni quacūqꝫ cōmunitate ſpeciali vt ſupra oſtenſuʒ eſt:ideo
et hoc ꝙ apoſtoli legantur habuiſſe panes et piſciculos
in deſerto:non ſequitur ꝙ tunc habuerint in eis proprie-
tatem ⁊ dn̄ium aliqđ:quū ſit multiplex modus habendi.
ff.de ꝟ.ſig.l.habere duob⁹ modis.⁊.ff.de verbo.obli.l.ſti-
pulatio iſta.§.habere dupliciter accipitur.ff.de pre.c.ſer-
uus.⁊.l.id veſtimentū.⁊ no.xij.q.j.c.ij.in gloſ.ergo.⁊.c.nō

dicatis.in gloſ.nunquid.⁊ legitur ⁊ no.xxiij.q.vij.qđ aũt.
in gloſ.non intelligas.quia Judas dicitur habuiſſe locu
los:vt patet Joã.xij.⁊.xiij.⁊ tamẽ iudas nõ dicit͛ habuiſſe
in loculis ꝓprietatem:licet loculi illi eſſent de rebus q̄ vſu
cõſumunt͛:q: hõ poteſt conſumere dñium rei aliene/ſicut
poteſt cõſumere dñium rei proprie. Similiter homo põt
trãſferre in alium authoritate alterius dñium rei aliene
ſicut dñium rei proprie:nec ſemꝑ meum et tuum et ſuũ ac
cipiunt͛ quoad ꝓprietatẽ ⁊ dñium etiam in rebus que vſu
cõſumunt͛:ſed ſepe accipiunt͛ quoad vſum vel quoad me/
ritum laboris:quomodo accipit͛ illud Matth.x.Dignus
eſt operarius cibo ſuo:vel mercede ſua.xij.q.ij.quicũq̃.ci
bo inquã ſuo/nõ quoad proprietatẽ dñij:ſ; quoad ꝓprie/
tatẽ meriti et eq̃tatẽ debiti.vñ gloſ.dicit ibi/dign⁹ eſt ope/
rarius cibo ſuo.glo.q: omnia eis debent͛.iſto mõ oĩa ſunt
iuſtoꝝ.j.ad Cor.iij.⁊.xxiij.q.vij.qđ autẽ.et tñ non omnia
ſunt iuſtorũ q̃ad proprietatẽ ⁊ dñium.Et ita nõ ſequit͛ ꝙ
apoſtoli habuerũt ꝓprietatẽ ⁊ dominiũ in predictis:ſic/
ut de hoc ſatis in ſuperioribus dictum eſt.vnde ſicut legi/
tur de apoſtolis Matth.xiiij.non habemus niſi q̇nq; pa
nes ⁊ duos piſces:Ita legit͛ Joã.vj.de quodã puero.Eſt
puer vnus hic q̃ habet q̇nq; panes hordeaceos et duos
piſces.ſi ergo illi panes et illi piſces fuerunt quoad pro/
prietatem dñij apoſtolorum/eo ꝙ apoſtoli dicunt͛ eos ha
buiſſe:eadem ratione et fortiori fuerũt quoad proprietatẽ
et dñium illi⁹ pueri:q: legit͛ ille puer habuiſſe: ⁊ apoſtoli
non habuerũt niſi mediante illo puero:quũ vnam ⁊ eam
dem rem et eodẽ modo inſimul ⁊ in ſolidum duo nequeãt
poſſidere.ex͂ de ꝓba.licet.§.ex premiſſis. Scđo dicendũ
ꝙ ſicut legit͛ Mat.xxviij.⁊ Mar.xv.⁊ Luc.viij.quedam
mulieres fideles ſequebant͛ chriſtũ et apoſtolos:q̄ ipſos
de ſuis facultatib⁹ ſuſtẽtabãt/et nutriebãt:et ꝑ cõſequẽs
vt plurimũ illa q̄ pro chriſto ⁊ apłis emebant͛ ꝑ tales ꝑſo
nas intermedias ꝓcurabant͛:ideo et loculos tales vel cõ
ſimiles ꝑſone cuſtodiebant:propter qđ apoſtoli nec p̄di/
cationis tẽpore:nec tẽpore alio de cõmuni lege pecunias
portabãt.Nã poſtq̃ a dño ſunt electi:et ad predicandum
miſſi/ſemꝑ vſq; ad mortem ⁊ eorum martyria predicaue/
runt maxime poſt aſcenſionẽ chriſti/⁊ in ꝓuincijs ſibi de/
cretis:q: ita chriſtus eis mãdauerat Mar.vltimo.Eun/
tes in mundũ vniuerſum p̄dicate euangeliũ. Licet nõ eſ/
ſent in actu cõtinuo predicandi:qđ fuiſſet impoſſibile:ſed
horis et tẽporibus et locis cõgruentibus.ar.eorũ que le/
gunt͛ ⁊ no.de cõ.diſt.v.nunq̃.in glo.j.⁊.xxxvj.di.c.vltimo.
Nam ⁊ aq̃ quotidiana eſt ⁊ aſſidue duci dicit͛ etiam ſi in/
terdum nõ ducat͛.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.l.j.§.j.⁊.l.ſequẽ.
cum ſi.imo etiã quãdo diſcipuli iuerunt in ſamariã cibos
emere Joã.iiij.non habet͛:nec haberi poteſt/ꝙ ipſi pecu/
niã portabãt:quia potuit fieri illa emptio mediãte aliq̃ ꝑ/
ſona idonea alia:ſicut in deſerto legitur ꝙ ipſi mediante
miniſterio illius pueri habebãt quinq; panes ⁊ duos pi/
ſces. Quis etiam ſi tunc pecuniam portaſſent:ꝓpter ca/
ſum neceſſitatis fuiſſent excuſati:quia ſamaritani nõ erãt
de gente iudeorũ:ſed erãt iudeis inhoſpitales non come
dentes cum eis.Joan.iiij.vnde Luce.ix.legit͛ ꝙ quũ ipſe
miſiſſet in ſamariã vt p̄parẽt ſibi:et nõ receperũt eũ.xxiij.
q.iiij.quod chriſtus.⁊.c.ea vindicta.apłi etiã poſt dñi aſcẽ
ſionẽ legunt͛ habuiſſe in ſuo comitatu honeſtas mulieres
que ipſis miniſtrabãt:ſicut pꝫ.j.ad Cor.ix.exceptis Pau
lo et barnaba:qui pro parte ne offendiculum.j.ad Cor.
viij.darent euangelio/de labore manuũ ſuarũ viuebant.
j.q.ij.ſacerdos.de con.di.v.nũq̃. In parte vero vel ꝑ tẽ/
pore de predicatione euangelij ducebant vitam ſuam: vt
patet.j.ad Cor.ix.ad Philippẽ.vltimo.ij.ad Timoth.j.ac
alijs locis:non tamen propter hoc Paulus et barnabas
pecuniam communiter portabant tempore predicatio/
nis:nec alio tẽpore.Nec credo poſſe inueniri/ꝙ vnq̃ pro
ſeipſis pecunias portauerunt:nec etiam pro alijs. Quis
ſaluo iudicio meliori/preceptum de non portando pecu/
niam/videat͛ datum apoſtolis pro ſeipſis; non pro alijs;
ne ſcilicet ipſi pro ſemetipſis cupiditatis vel puſillanimi
tatis intuitu pecuniam deferrẽt. non autem videtur eis
fuiſſe interdictum/ꝙ non poſſent aliquotiens/pietatis
intuitu neceſſitate interueniẽte pro alijs maxime ſanctis
pauperibus pecuniam deferre; quod innuitur vel ar. ad
hec.j.ad Cor.vlti.ibi: Qꝫ et ſi dignum fuerit vt ego eã me/
cum ibunt.⁊ ad Rom.xv.c.ibi/Nunc igitur proficiſcar hie
ruſalem miniſtrare ſanctis. Probauerunt enim macedo/
nia et achaia collationẽ aliquam facere in pauperes ſan/
ctorum:qui ſunt in hieruſalem.

## Si aũt querat͛ quo/

rũ erãt immediate quoad dominium bona
vſu conſumptibilia/quibus chriſtus ⁊ apo
ſtoli vtebantur/Dicendum ꝙ in parte erãt
(vt videtur) dantium et offerentium.Quãdo chriſtus et
apoſtoli inuitabantur ad comedendum et bibendum ab
aliquo fideli et deuoto:tunc vt plurimum dominium ci/
bi et potus remanebat apud inuitantem et cõcedentem:
vſus vero erat chriſti et apoſtolorum.Et hoc eſt quod di/
cit Hieronymus/ꝙ chriſtus alieno cibo veſcebatur. Illa
vero que fideles deuoti dabant chriſto et apoſtolis libe/
re et abſolute abſq; aliqua retentione dominij videntur
fuiſſe de iure cõmuni vniuerſitatis fidelium pro quib⁹ ſe
ipſum dare venerat et offerre.hinc eſt ꝙ in deſerto de q̇nq;
panibus et duobus piſcibus ei oblatis/ſatiauit turbam
vniuerſitatis credentium in eum.Joã.vj.xxxvj.diſt.§.ec/
ce.Matth.xiiij.⁊ ſimiliter de.vij.panibus et paucis piſci/
culis.Mar.vj.Matth.xv.Hinc eſt etiam ꝙ veſtes chri/
ſti per milites diuiſe ſunt in quatuor partes/ſignificãtes
quatuor partes orbis:de quibus.xcvj.di.Conſtantin⁹.℟.
eccleſijs.Et in tunica incõſulti ſignificãte vniuerſitatẽ or/
bis.ar.xxiiij.q.j.quoniã.in prin.ad quam et quas pertinet
de iure cõmuni dominiũ rerũ temporalium chriſto ⁊ apo
ſtolis oblatarũ/eo ꝙ ꝑ veſtes corporales ſubſtantia ſeu
ſupellex rerũ tẽporaliũ deſignatur.de iure vero ſpeciali
videtur fuiſſe vniuerſitatis pauperũ:quorum chriſtus et
apoſtoli ſpecialẽ curam aſſumpſerant.Et eis ex primaria
abdicatione omnia eroganda decreuerãt/iuxta illud pſ.
cxj.Diſperſit dedit pauperib⁹. hinc eſt ꝙ chriſtus cũ apo/
ſtolis loculos aliquotiẽs ſpecialiter ad inopũ miniſteriũ.
xij.q.j.habebat.arg.lxxxij.diſt.ep̄s.⁊.xvj.q.j.quoniam. vel
ſemꝑ remanebat dominium apud dantem vſq; ad cõſum
ptionem rei:q: nõ potuit a ſe dominium abdicare ⁊ illud
in incapaces trãſferre:vt eſt expreſſum ex͂ de ℣.ſigni.exijt.
li.vj. ¶ Item querẽdum eſt de domo Philippi vnius de
ſeptẽ diaconib⁹ de qua dicitur Act.xxj.Et intrãtes domũ
philippi euãgeliſte q̄ erat vnus de ſeptẽ:manſimus apud
eum.quõ dicebatur Philippi poſt miſſionem ſpũſancti:
quũ eſſet diſcipulus precipuus ab apłis conſtitutus.Aut
dicebatur ſua q: tunc erat quoad dominiũ ſua:aut q: ꝑus
fuerat ſua ſi erat ſua propria.Et ſm opponentem nõ fuit
alia lex diſcipulorũ et apoſtolorũ quoad contemptũ tem/
poraliũ vt opponit:ergo q̃libet apłorum in ſpeciali pote
rat ſibi retinere domum in ſpeciali et in proprio:qđ eſt ex/
preſſe cõtra chriſti cõſiliũ/Mat.xix.et cõtra id qđ dicitur
Act.iiij.⁊.xij.q.j.c.ij.Si autẽ domus illa dicebat͛ eius quia
fuerat eius:ſ; nũc nõ erat.eadẽ ratione domus Petri di/
cebat͛ ei⁹ q: fuerat quoad dñium ei⁹. Mat.viij. Idẽ dicẽ/
dum eſt de domo marie matris Joãnis/qui cognomina/
bat͛ Marcus:que erat vna de precipuis credentib⁹ que
erat Hieroſolymis: de qua Act.xij.Cõſiderãſq; venit ad
domũ marie matris Joannis:que dicebat͛ ſua q: fuerat:
vel q: inhabitabat eam:q: alijs credentib⁹ cõmunicaue/
rat.ſua et quãtum ad vſum/et quantũ ad dñium:vt p:e.c.
xij.q.j.c.ij.¶ Inter alia opponitur ꝙ etiam apoſtoli licet
non litigaſſe in iudicio legant͛:tamen ꝙ eis litigare licue
rit:quia verba illa Mat.v.⁊ Luc.vj.Qui vult tecum i iu
dicio cõtendere et tunicam tuam tollere:dimitte ei ⁊ pal
lium.intelliguntur ſm opponentem de his qui in proprio

Bona vſu con/ſumpti/bilia/q̇/bus chri/ſtus et apłi vte/bant͛:q̄ erãt im/mediate q̃ad do/miniũ.

tēpoꝛalia poſſidebāt. loquiť em̄ dn̄s illi qui tunicā habebat et palliū. quū dicit/ Siquis voluerit tunicā tuā tollere: dimitte ei ⁊ pallium. ſic etiam ſequiť ibi: Qui petit a te da ei: et volenti mutuare a te: ne auertaris. Ex qđꝰ patet ꝙ habentibus tēpoꝛalia eſt locutꝰ quū dixerit/ ꝙ det ei q̄ a ſe petit. qđ nō poſſet facere quū dare ſit accipientis facere. j. q. j. qui ſtudet. niſi dn̄iuȝ etiā q̄ad tēpoꝛalia obtineret. nec etiam mutuare poſſet: niſi eiꝰ qđ mutuaret eſſet dn̄s: quū in mutuo a mutuante in eum q̄ mutuum recipit rei mutuate dn̄ium transferať. lxxxviij. diſt. in palea. eijciens. vnde diciť mutuum quaſi de meo tuū. Sed ad hoc dicendum eſt/ ꝙ predicta verba fuerunt dicta etiam apoſtolis in ſermone ſancto de mōte/ ante quē ſermonē apoſtoli fuerunt electi: vt patet Luc. vj. Factum eſt autē in diebꝰ illis/ exijt in mōte oꝛare. Et quū dies factus eſſet vocauit diſcipulos ſuos et elegit. xij. ex ipſis: quos ⁊ apoſtolos nominauit petrū ⁊c. Et ſequitur ibi/ Et deſcēdens de monte cū illis ⁊c. Et ſequiť ibi/ Et ipſe eleuatis oculis ſuis in diſcipulos/ dicebat. Beati pauperes ſpū ⁊c. Et ſequiť ibi/ Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum etiam tunicā noli ꝓhibere. Et. j. et ſequiť ibi. Et qui aufert que tua ſunt ne repetas ⁊c. hec ibi. Itē ſuper illud Mat. v. Acceſſerunt ad eum diſcipuli eiꝰ ⁊c. dicit gloſ. quos ibi cōſtituit. xij. Item alia gloſ. dicit ibi ſcȝ Mat. v. ſic apl̄os preeminentius abducit vt a monte pꝛius. pſ̄. lxxj. Montes. i. apoſtoli ſuſcipiūt pacem ꝑpl̄o. ex̄ de elec. fundamenta. li. vj. Item ſup illud Mat. ix. Uidit hoīem ſedentē in teloneo/ Mattheū nomine. dicit ſic gloſ. Hinc ꝓbabilius videtur ꝙ ꝑtermiſſa memoꝛat quū. xij. elegerit ante ſermonē. vnde verba de nō repetendo ſua/ fuerant data apoſtolis vt viris ꝑfectis ꝑ modū pꝛecepti: alijs vero generaliter ꝑ modū cōſilij. vn̄ ⁊ ſignāter dicit ibi Mat. v. c. Et acceſſerūt ad eum diſcipuli eiūs. q: aliud eſt accedere ad chꝛiſtū ꝑ obedientiam ꝑcepti: aliud ꝑ obedientiā cōſilij. vnde Augꝰ ſup homil. ibi. Et acceſſerūt ad eū diſcipuli eiꝰ: dicit. Ut audiēdis verbis illis hi eſſent etiam coꝛpoꝛe viciniores: q̄ ꝑceptis implēdis aīo appꝛopinquabāt. Unde qđ dicit opponens ꝙ talia verba fuerūt dicta habentibus tēpoꝛalia ꝑ verba illa/ Qui voluerit tunicā tuam tollere: dimitte ei et palliū. et ei qui aufert que tua ſunt: ne repetas. ⁊ qui petit a te da ei. Dicendū ꝙ tuum eſt equiuocum et cōmune ad tuum quoad dn̄ium et tuū quoad vſum. vnde ad Philip. j. Eo ꝙ habeā vos in vinculis meis. ⁊. j. Ita vt vincula mea manifeſta fierent in chꝛiſto. ⁊. j. Uinculis meis abundātiꝰ auderent. ⁊. j. Exiſtimantes pꝛeſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis. Et. j. apoſtolus quātū in eodē. c. aſſerit vincula ſua: que tn̄ non erant ſua quoad ꝓpꝛietatē ⁊ dn̄ium: ſȝ quoad ſeruitutē ⁊ ſupplicium. Item Coloſ. vlti. Memoꝛes eſto te vinculoꝛū meoꝛū. ⁊. ij. ad Timoth. j. Et catenam meam non erubuit. Et illud pſ. cxv. Dirupiſti dn̄e vincula mea. Et ſi vincula nobis incōmoda diciť noſtra abſq; oī noſtra ꝓpꝛietate ⁊ dn̄io: multo magis veſtimenta nobis cōmoda ſepe diciť nr̄a abſq; omni nr̄a ꝓpꝛietate ⁊ dn̄io. xxiij. q. vij. quod aūt. ⁊ no. xij. q. j. nō dicatis. Similiter qđ arguūt de mutuo nō valet: q: ſicut meum eſt equiuocū vt dictū ē ⁊ mutuū qđ deſcēdit ab hoc ꝓnoie meo: eſt equiuocū et cōmune ad mutuum quoad dn̄ium/ ⁊ ad mutuuȝ quoad cōmoduȝ. Et iſto ſcđo modo accipiť mutuum. iiij. Reg. iiij. Uade et pete mutuū ab omnibꝰ vicinis tuis vaſa vacua: ⁊ nō pauca. vbi mutuum nō fuit factum quoad dn̄ium accipientis: ſed ſolum quoad cōmodum neceſſitatis. Similiter eodē li. c. vj. quidā de filijs ꝓphetarū de ferro ſecuris qđ ſibi ceciderat in Joꝛdane/ dixit heu heu heu dn̄e mi/ ⁊ hoc mutuo acceperā. vbi mutuū nō fuit effectū quoad dn̄ium paſſiue mutuātis: ſed ſolum quoad cōmodum. Et ita in mutuo non ſemꝑ transferť dominium rei mutuate in accipientē. Nec ſemꝑ locuȝ habet in pecunia: nec in alijs que vſu conſumūtur. Et per conſequens non opoꝛtet ꝙ ille qui mutuat actiue/ ex hoc ꝙ mutuat: ſit dominus rei mutuate: quia homo poteſt authoꝛitate alteriꝰ mutuare rem alienam ſicut pꝛopꝛiam: licet mutuans rem aliquam authoꝛitate ꝓpꝛia ſit dn̄s eius: tn̄ mutuans rem aliquā quacūq; authoꝛitate ⁊ nomine alterius ⁊ nō ſuo/ nō opoꝛtet ꝙ ſit dn̄s eius/ ⁊ maxime quoad res que non cōſumunť vſu/ ſicut ſunt vaſa ⁊ inſtrumenta ferrea et bona mobilia quecūq;. vnde ⁊ religioſi ſine ꝓpꝛio viuere ꝓfitentes/ tota die mutuant ſeu commodant ſibi libꝛos ſuis vſibus deputatos: quoꝝ tn̄ libꝛoꝝ adinuicem mutuatoꝝ neuter ſcȝ nec dans nec accipiens habet dn̄ium ipoꝝ. quū neuter ipſoꝛū ſit capax in ſpeciali alicuius ꝓpꝛietatis. Et ſi dicať ꝙ in talibꝰ nō reperiť mutuū: q: mutuū eſt in ſolis rebus q̄ vſu cōſumunť. Dicendū ꝙ mutuum ſm̄ ꝙ de ipo loquiť ſcriptura ſacra: reperitur in quibuſcūq; rebus ſiue vſu cōſumptibilibus ſiue nō: vt patet ex pꝛemiſſis authoꝛitatibus: vnde ſcriptura accipit diſtincte mutuū pꝛo cōmodato: et econuerſo accipit accōmodatum indiſtincte pꝛo mutuo: et ſic accipit mutuo Mat. v. ⁊. Luc. vj. ꝓut mutuum eſt equiuocū ⁊ cōmune ad mutuum quoad dn̄ium/ ⁊ ad mutuū quoad cōmodū. vnde ſup illud Mat. v. ⁊ volenti mutuare ne auertaris. dicit gloſ. duo genera pꝛeſtādi cōplectitur. vel em̄ beneuole damus: vel reddituro cōmodamus. Et ſup illud Luce. vj. Et ſi mutuum dederitis ijs a quibus ſperatis accipere: q̄ vobis gratia? dicit gloſ. ſic/ Duo ſunt genera beneficij. vel quū beneuole damus quod damus: vel quū reddituro cōmodamus. Et ſup illud Luc. vj. Mutuū date nihil inde ſperantes. dicit gloſ. ſic. Non in homine ſpem mercedis figentes: qui ſi nō reddat quod cōmodaſtis: reddet deus quo iubente feciſtis: ſiue non reddat hereditas noſtra in eternū erit. ¶ Item arguit oppoſitoꝛ ꝙ apoſtoli potuerūt in iudicio petere. q: Mat. xviij. dixit chꝛiſtꝰ diſcipulis vbi erat petrus vt ſequiť ibi: Tunc accedens petrus ⁊c. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. ⁊. j. dic eccl̄ie. ergo ⁊c. Itē illud apoſtoli. j. ad Coꝛ. vj. Iā quidem delictum eſt in vobis ꝙ iudicia habetis ⁊c. Intelligitur dictum ſm̄ oppoſitoꝛē nō talibus ꝑſonis quia ſe dn̄ium omniū tēpoꝛalium abdicarunt. loquebatur em̄ apoſtolus Coꝛinthijs: qui nō renuntiauerunt bonis ſuis: vt patet. j. ad Coꝛ. vlti. de collectis quas faciebant. et Augꝰ etiā dicit/ ꝙ nō legiť ꝙ cōuerſi ex gētibꝰ cōmunicauerint ſua. Unde dicit oppoſitoꝛ ꝙ pꝛecepta illa data Matth. v. Si quis te percuſſerit ⁊c. Et qui vult tecum in iudicio contendere ⁊ tunicā tuam tollere: dimitte ei et palliū. et quicūq; angariauerit te mille paſſus ⁊c. nō ſunt ſeruāda in executione operis ſm̄ Auguſtinū in libꝛo de ſermone dn̄i in monte: ſed ſemꝑ in pꝛeparatione animi ſunt habenda: vt ſcȝ ſimus parati hec facere et ſuſtinere/ qn̄ charitas hoc requiret. et ad hoc allegat. xxiij. q. j. paratus. cum. §. pꝛecedenti. ⁊ pꝛopter hoc ſm̄ eū non dicit apoſtolus. j. ad Coꝛ. vj. Quare nō iniuriam accipitis. ſed dixit quare non magis iniuriam accipitis. ¶ Repetit etiā oppoſitoꝛ de apoſtolis/ ꝙ nō fuerunt electi ante ſermonē factū in monte/ Matth. v. Ad hoc dicendum/ ꝙ ſicut ſupꝛa dictum eſt: apoſtoli electi fuerūt ante ſermonē: ſicut patet Luc. vj. ⁊ ex ſex que colliguť ex ſermone illo/ Matth. v. Et pꝛimo ex eo quod dicitur: Acceſſerunt ad euȝ diſcipuli eius. ſcȝ. xij. vnde gloſ. ibi/ Quos conſtituit ibi. xij. ergo diſcipuli qui dicuntur pꝛopius ad chꝛiſtū acceſſiſſe: fuerunt xij. apl̄i iam ab ipſo pꝛeelecti. pꝛopter qđ dicit Augꝰ ibi: Ut hi etiam eſſent coꝛpoꝛe viciniores: qui ꝑceptis adimplendis animo appꝛopinquabant. Secūdo patet ex eo quod chꝛiſtus dixit ibi/ Uos eſtis ſal terre. qđ de ſolis. xij. intelligitur ad literam eſſe dictum: quia ceteri alij diſcipuli erant per. xij. apoſtolos poſtea ſpiritualiter ſale ſapientie condiendi. ſal enim ſapientia eſt. xliij. diſtin. ſit rectoꝛ. apoſtoli vero a ſolo chꝛiſto fuerūt ſale ſapiētie celeſtis cōditi. Et hoc eſt quod dicit ibi gloſ. tracta a Hiero. ſic. Sal facit terram ſterilem. vnde irati victoꝛes deſtruentes vꝛbes ſalē ſeminabant: ne quod in eis germen oꝛiretur. ita et apoſtoli deſtructo peccati regno/ germen vitioꝛum cōpeſcunt. hec gloſ. Et alia gloſ. dicit ſic. Ut enim non eſt ci

bus aptus niſi ſale conditus: ita ſermo non eſt vtilis ſine documento apoſtolice ſapientie. vnde in Leuitico.ij.c. In omni ſacrificio ſal offeres. i. in omni quod facis vel dicis apoſtolicam ſapientiam habe. hec gloſ. Item Chryſoſtomus ibi/ In quo monſtrat/ꝙ neceſſario hoc iniungit. non enim pro veſtra vita: aut pro vna gente: ſed pro vniuerſo orbe vos merito etſi alios mordentes mala audiatis/gaudere. hoc enim eſt opus ſalis mollia mordicare: q̄re alioꝝ maledictio nihil vobis nocet. xj.q.iij.ſm.⁊.c.temerariū.⁊ §. Item Salomon.xxiiij.q.iij.cum ſancti. ſed eſt teſtis veſtre virtutis. Item Hilarius ibi/ Eſt autē hic proprietas querenda verborū a̅s dictorum: quam et apoſtolorū officium: et ipſius ſalis natura monſtrabit. hoc igitur in oēm vſum humani generis effectum/incorruptionem corporibus quibus fuerit aſperſum impertit: et ad omnem ſenſum condiri saporis aptiſſimum eſt. Apoſtoli autem ſunt rerum celeſtium predicatores et eternitatis velut ſatores merito ſal terre nuncupari: quia per virtutē doctrine quaſi ſalientes eternitati corpora ſeruant. Item ibi Remigius: Sal etiam per aquam et ardorem ſolis/et per flatū venti in naturam alterā cōmutatur: ſic et apoſtolici viri per aquam baptiſmi et ardorem dilectionis/et flatu ſpiritusſancti/in ſpiritualem regenerationem cōmutati ſunt. Sapientia etiā celeſtis per apoſtolos predicata exiccat humores carnalium operum. aufert fetorem et putredinem male cōuerſationis/et vermem libidinoſe cogitationis. et illum de quo dicit propheta Eſa. vlti. in ſi. Vermis eorum nō morietur. Sunt etiam apoſtoli ſal terre. i. hoīm terrenorum: qui amando terram/terra vocantur. Vel ſm Hieronymū/apoſtoli ſal terre nuncupantur: quia per illos vniuerſum hominum conditur genus. Petrus tamē apoſtolus hoc verbum/Vos eſtis ſal terre/ad omnes ſacerdotes extendit.xciij.diſt. ſacerdotes. Adde hic qđ ſcripſi.ſ.de ſale in.§. O glorioſa ciuitas. R. cum em̄. in ar. liiij. Tertio hoc patet ex eo quod ibi ſubiungitur. Qꝫ ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur: ad nihilum valet vltra niſi vt mittatur foras. qđ de ſolis apoſtolis intelligendum eſt ad literam: quia ceteri diſcipuli ſi euanuiſſent: vel infatuati fuiſſent: potuiſſent per apoſtolos ſicut per ſuperiores ſaliri et reparari. Apoſtoli vero qui erant ſupremi: non habebant alios ſuperiores per quos potuiſſent ſaliri: et ad ſtatum priſtinum reparari: ideo ⁊ hoc eſt qđ dicit ibi gloſ. ſic. Si vos per quos alij condiendi ſunt: aduerſis vel proſperis ceſſeritis: per quos vobis error auferetur quū vos deus elegerit tollere alijs? Quarto patet ex eo quod ibi ſequitur: Vos eſtis lux mundi. qđ de ſolis apoſtolis intelligiť: per quos alij erant illuminādi. et hoc eſt qđ dicit ibi gloſ. ſic: Hic oſtenditur officium apoſtolicū: quia ſcilꝫ ſunt ſal terre et lux mundi. Item ibi Chryſoſtomus/ Apoſtoli dicti ſunt prius ſal propter iudeos: vel propter populū chriſtianum/a quibus deus cognoſcitur: quos ſeruant in dei ſciētia. lux autem ꝓptergētes quas ad ſcientie lumē ꝑducūt. Itē ibi Hilarius. Natura em̄ luminis eſt/vt lucē quocūq; circūferatur emittat: illatūq; edibus tenebras interimat luce dominante. Igitur mundus extra cognitionem dei poſitus obſcure tenebratur ignorantie tenebris: cui ꝑ apoſtolos lumen ſcientie inuehitur: ⁊ cognitio dei claret: et de paruis eorū corpuſculis quocūq; inceſſerint lux tenebris miniſtratur. Item ibi Remigiꝰ. Sicut aūt dirigit radios ſuos ad effugandas humani cordis tenebras. Quinto patet per id qđ dicitur ibi. Nō poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. vſq; ibi. coram hominibꝰ ⁊c. Que quidem verba p̄ncipaliter et precipue de apoſtolis/qui ſupra montem vniuerſalis eccleſie conſtituti/ceteris alijs diſcipulis prefecti ſunt. xxj. diſt. in nouo. dicta intelliguntur. vnde ipſi ſoli velut lucerne celeſtis fulgoris ſuꝑ candelabrū militantis eccleſie poſiti/ceteris preſtant lumen gratie multiformis. vñ gloſ. ibi dicit ſic. Quia apl̄i fundamenta ſunt apte ciuitas dicunť. probať ex̄ de elec. fundamenta in prin. li. vj. Et ſuꝑ illo verbo: Sic luceat lux veſtra gloſ. Lux tenebras ſoluit et poſtea illuſtrat: ſic apl̄i expulſis vitijs deducunť ad lumē fidei ⁊ cognitionis. Itē Hieronymus. Ne aūt apoſtoli abſcondanť: ſed tota libertate ſe ꝓdant: docet eos fiduciā predicandi/quū dicit: Nō pōt ciuitas abſcōdi ⁊c. Sexto apparet ex eo qđ ibi ſequitur: Qui autē ſoluerit ⁊c. vſq; ibi/regno celorū. Ex quibꝰ apte inſinuatur/ꝙ erant iam apoſtoli a chriſto cōſtituti predicatores veritatis quū dicit: ⁊ docuerit ſic hoīes ⁊c. ⁊.j. qui fecerit et docuerit ⁊c. Tunc autē fuerūt apoſtoli electi ad apoſtolatum: qn̄ fuerūt cōſtituti predicatores veritatis a chriſto: ſicut patet Mar. iij. c. Et ita nō eſt dubium q̄n apoſtoli in ſermone dn̄i in monte/eſſent iam ante ipſum ſermonem electi. ¶ Aliud qđ opponiť/eſt ꝙ preceptum de nō litigando/et de non ꝯtendēdo in iudicio datū Mat. v. ⁊ Luc. vj. et.j. ad Coꝛ. vj. non ſemꝑ eſt ſeruandū a viris ꝑfectis quātum ad oꝑis executionē: ſed ſolū quantuꝫ ad animi ꝑparationē. Et ꝙ hoc dicat: Augꝰ vt ſupra dictū eſt xxiij. q.j. paratꝰ. qđ eſt manifeſte cōtra intentionē ſacre ſcripture/⁊ Auguſtinū ac doctrinā ſacrorū doctorū. Om̄i in iſto precepto ſiue cōſilio dato Mat. v. Ei qui vult tecum in iudicio cōtendere: et tunicaꝫ tuam tollere: dimitte ei et pallium. Et in illo dato Luce. vj. ab eo. Qui aufert tibi veſtimentū: etiā tunicā noli ꝓhibere. ⁊ qui aufert q̄ tua ſunt: ne repetas. Continentur duo. vnum affirmatiue: ⁊ aliud negatiue. Illud qđ ꝯtineť affirmatiue eſt/vt auferenti tunicam dimittamus ei ⁊ pallium. et ecōuerſo/auferenti veſtimentū dimittamus ei et tunicā. et iſtud abſq; dubio nō eſt ſemꝑ ſeruandū exterius in opere: ſed ſemꝑ tenendum eſt in animo ꝑparato. q: preceptum affirmatiuū non obligat ꝓ ſemꝑ vt eſt etiā illud: Si quis percuſſerit te in vnā maxillam ꝓbe ei et alteram. Luc. vj. Et ſic intelligit Augꝰ. et ſic intelligit eū Gratianus. xxiij. q.j. §. his ita reſpondetur. quū dicit ibi precepta patientie. et ſic loquiť expreſſe. c. ſequēs/paratus. Aliud qđ cōtineť ſeu implicatur negatiue in illo precepto ſeu cōſilio eſt/ꝙ non cōtendamus in iudicio ꝓ pallio ſeu tunica nec quacūq; re tēporali: nec nobis ablata iudicialiter repetamus: nec etiam auferenda iudicialiter ꝓhibeamus. Et iſtud ſemper eſt ſeruandū a viris ꝑfectis quoad oꝑis executionē: ⁊ nō ſolum quātum ad animi ꝑparationē. Sic et in illo precepto. Qui percuſſerit te in vna maxilla ⁊c. includuntur duo. vnum affirmatiue/ſcꝫ ꝙ percutienti vnā maxillam: ei alterā ꝓbeamus. et iſtud nō ſemꝑ faciendū eſt in oꝑe exteriori: ſicut probat Augꝰ. de chriſto ⁊ paulo: quoꝝ neuter in maxilla ꝑcuſſus prebuit corporaliter alterā: vt pre. c. paratus. Aliud qđ includiť in illo precepto negatiue/ꝙ ꝑcutientē nos in quacūq; parte corporis/nō repercutiamus. ⁊ iſtud ſeruandū eſt in opere exteriori maxime a viris perfectis: niſi in caſu quū quis tenet locū preſidentis: vt pater ꝑcutit filium: et dn̄s ſeruum corrigendo. iudex reum puniendo. xxiij. q. iiij. q̄ peccat. ad ſi. ideo chriſtus nunq̄ ꝑcuſſit: ſed petro percutiēti dixit. Conuerte gladium tuum in locum ſuū. Mat. xxvj. ⁊. xxiij. q.j. §.j. ⁊. q. iij. §.j. demōſtrans facto ⁊ exemplo malo nō eſſe corporaliter reſiſtendū. vnde in predicto loco/Cōuerte gladiū ⁊c. Rabanꝰ dicit ſic: Oportuit etiam vt author gratie fideles patientiā doceret: vt potius ad ſuſtinendum aduerſa inſtrueret/q̄ ad vindicandū ꝓuocaret. Item ibi Augꝰ cōtra fauſtum. Nam vtiq; dn̄s iuſſerat vt ferrum diſcipuli eius ferrent: ſed non iuſſerat vt ferirēt. quid ergo indignum ſi petrus poſt hoc peccatum factus eſt paſtor eccleſie: ſicut moyſes poſt ꝑcuſſuꝫ egyptiū factum eſt rector ſynagoge. vterq; em̄ nō deteſtabili immanitate: ſed emendabili animoſitate regulam exceſſit. vterq; odio improbitatis aliene. ſed ille fraterno: iſte dn̄ico: licet adhuc carnali tamē amore peccauit. vnde et chriſtus arguit Iacobū ⁊ Ioānē petentes vindictā ignis cōtra ſamaritanos. Luc. ix. ⁊. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Et chriſtus docuit Math. v. non reſiſtere malo. vbi Chryſoſtomus. Sine enim hoc mandato legis mandatum ſtare nō poteſt; quia ſi ſm legis mādata Leuitici. xxiij. xxiij. q. iiij.

alibi. Sicut egẽtes.ij.Cor.vj. Sed inter viuentes de pro/
prio in cõmuni nõ eſt eſuries neqꝫ ſitis neqꝫ nuditas neqꝫ
egeſtas.ſicut probatũ eſt de eccleſia ꝑmitiua/⁊ de iſta ec/
cleſia ſuccedẽte ſibi bona in cõmuni habente.vñ gloſ.ſup
illud.ij.Cor.vj. Nihil habentes ⁊ omnia poſſidẽtes. Hec
fuit gloria apoſtolorũ:nihil oĩno poſſidere:ſine ſolicitudi
ne eſſe. Quũ autem dicit oĩno:proculdubio excludit pro/
priũ nedum in ſpeciali ſed etiã in cõmuni. alias nullo mo
do dixiſſet/omnino:⁊ Paulus/nihil.quia cõmunitas cuĩ
hoc cõpetit bene diciť habere:q: in cõmuni habet. xxiij.q.
vij.ꝙ aũt.⁊ illorũ bonorũ ꝓprietas apud illã cõmunitatẽ
exiſtit.vt no.xij.q.j.expedit.in gloſ.j. Sup hoc etiã certum
eſt ꝙ fratres minores ꝑ regulã ſuã ab eccleſia multotiens
approbatã confirmatã ⁊ declaratã/nedũ tenetur viuere
ſine ꝓprio in ſpeciali ⁊ in cõi:ſicut ipſa regula clare dicit:
⁊ Romani ꝑplures põtifices declararũt:ſed etiã pauper/
tatẽ ꝓmittũt:qđ plus eſt.vt regula ipſa dicit. Pauperta/
tem ⁊ humilitatẽ ⁊ ſanctũ euangeliũ qđ firmiter promi/
ſimus obſeruemus.vñ conciliũ Uiennẽſe expſſe declarat
in decre.Exiui de paradiſo.in clemẽ.teneri dictos fratres
nedũ ad paupertatẽ:ſed ⁊ eiuſmodi vſum q̃ in regula de/
claraṫ:eo obligatiõis modo quo ponit regula dictũ vſum
Nullũ ḡ dubiũ ſm eccleſiã declarantẽ q̇n hec maior ⁊ alia
ſit ꝓfeſſio:ꝙ ꝓmittere viuere ſine ꝓprio in cõi. Hec aũt eſt
ꝓfeſſio pfectiõis euãgelice ſicut regula ãte dicta ⁊ nr̃ de/
clarat eccl̃ia ab alijs ꝓfeſſionibus q̃buſcũqꝫ:pſertim quãtũ
ad expropriationẽ ⁊ pauptatẽ penitus ſepata ⁊ ſup alias ele
uata. vñ dicit ſctã dicta regula/Hec eſt celſitudo altiſſime
pauptatis ⁊c̃. Et declaratio Nicolai/Exiit.li.vj. de ṽ.ſig.
ibi. Quo imitatores tãti pr̃is effecti chriſti ſemitas arctius
elegerũt. Itẽ ſi apl̃i in cõi ꝓpriũ habebãt:quare dixit eis
dñs ꝙ ederẽt ⁊ biberẽt ea q̃ apud illos erãt q̃bus predica
bãt?Luc.x.ꝑfecto q: ſumptus alios non habebant. Quis

enim diceret apl̄os ſuas pecunias recõdere: ⁊ alioꝝ victũ
recipere? abſuit, ꝓfitendũ eſt, ab eis talis auaritia: que
nedũ in eis ſed in quouis catholico deũ timente ſicut cri-
men philargyrie ſi cõmuniter ſic viueret, dãnaretur: ſed
q: veri pauperes nõ ficti erant: ſolũ mercedẽ victus ꝓ la-
bore p̄dicationis recipiebãt. q: digni operarij erãt. vt pre.
c. Luc. x. xi. q. vij. ſacerdos. ⁊. xiij. q. i. §. his ita. ⁊. xij. q. ij. qui-
cũq;. ⁊ ex̄ de ſepul. c. i. Itẽ ſi chriſti apoſtoli q̇d in cõmuni
vel in ſpeciali habebãt ꝓpriũ: cur pre fame alieni agri ſpi-
cas euellebãt ⁊ comedebãt? Mat. xij. ⁊ Luc. vi. xxv. q. i. §.
his ita. vbi Beda. Nõ habentes em̄ diſcipuli ſpatiũ man-
ducãdi ꝓpter importunitatẽ turbarũ, eſuriebãt vt hoies:
ſed vellẽtes ſpicas inedia cõſolantur. qḋ eſt indiciũ auſte-
rioris vite: nõ preparatas eſcas ſed ſimplices q̄rere cibos
ſed ſi ſemꝑ in cõmuni pecuniã vel loculos habebãt ⁊ pa-
nem: certũ eſt ꝙ ad emẽdũ inueniebãt: aliena furãtes fur-
tum cõmittebãt. legit̄ ⁊ no. de elec. dudũ. ij. ⁊ facientes cõ-
tra preceptũ decalogi. Exo. xx. Nõ furaberis. xiiij. q. v. pe-
nale. mortaliter peccaſſent. legit̄ ⁊ no. xxxij. q. vij. q̇d in om-
nib⁹. ſed hoc falſum eſt: q: vox chriſti eos. ibi Luc. vi. excu-
ſat ⁊ lex. legit̄ ⁊ no. de cõſe. di. v. diſcipulos. Nõ obſtat. c. di-
lectiſſimis. xij. q. i. inductũ ꝓ alia parte, ꝙ apl̄i cũ alijs pri-
mis credẽtibus de eccleſia primitiua in cõmuni ꝓpriũ ha-
bebãt. q: pauco tp̄e cũ illa cõmunitate tãq̃ prelati eoꝝ vi-
xerũt: ⁊ cũ eis cõmunem vitã duxerũt. Sed q: nõ erat bo-
nũ relinquere verbũ dei ⁊ miniſtrare menſis: vt ſupra di-
xi, prepoſitos illi⁹ cõmunitatis elegerũt. Act. vi. Et ipi ad
ſeruãdũ regulã ſtrictiorẽ. Adde qḋ ſcripſi ſupra in. §. Itẽ
ꝙ ſimplex facti vſus. in ꝟ. ſcḋo reſpõdeo. cũ ſe. in ar. lvi. ꝓ-
hibentẽ pecunias poſſidere redierũt. Et diſperſi per orbẽ
eã ſeruauerũt vt ſuperius eſt ꝓbatũ. Iura aũt adaptãtur
ad ea q̄ frequẽtius accidunt: nõ que raro ⁊ ꝓ cauſa cõtin-
gũt. ff. de legi. nã ad ea. ⁊ ex̄ vt lit. nõ cõteſt. qm̄. in pn̄. ſicut
nõ dicit̄ diuertere q̄ ſtatim vel cito redit. de pe. di. i. diuor-
tiũ. vbi de hoc. Nam ⁊ nedũ viris perfectis apl̄icis enthe-
ca prohibetur: ſed ⁊ viuẽtibus in cõi. xij. q. i. nolo. ¶ Pre-
terea quõ potuit eſſe ꝙ chriſtus propriũ habuit cũ apl̄is
in cõmuni. Aut em̄ iſtud propriũ in cõmuni erat chriſti ⁊
apl̄oꝝ ⁊ non aliorũ de mundo. ⁊ ſic diceretur ꝙ chriſtus ali-
quid habuit: ⁊ habere voluit: qḋ non eſſet cõmune hoim
omniũ. ⁊ ſic chriſtus malign⁹ fuit ⁊ partialis ⁊ auarus:
querens q̄ ſua ſunt ⁊ quorũdam: ⁊ non q̄ omniũ. qḋ alijs
prohibet̄. ad Phil̄. ij. ex̄ de cenſi. ꝓcurationes. Et ſine cha-
ritate eſſet: que nõ querit q̄ ſua ſunt. i. ad Cor. xiij. quũ tñ
creator ⁊ redẽptor ⁊ gubernator oim ſit. qḋ impiũ eſt ſen-
tire: ⁊ blaſphemũ dicere. Nã certũ eſt ⁊ eſſe debet cuilibet
catholico ꝙ de ijs q̄ erãt ad ſuũ vſum ⁊ apl̄oꝝ: nũq̃ alios
quoſcũq; indigẽtes excludere voluiſſet. Vñ non eſt putã-
dum ꝙ deus hõ chriſtus de loculis quos interdũ habuit
Iudas: ſi aliq̇s egẽs petiuiſſet: ei vnq̃ negaſſet. Nã deus
ipſe cõmunis oibus creaturis, cõmunis etiã fuit hõ oib⁹
hoibus. q: nec perſonã accepit. Act. x. ⁊ ex̄ de preben. vene-
rabilis. iij. q. ix. c. vlti. Et cura eſt ſibi de oibus. Sap. vi. Nã
ille hõ deo vnitus in chriſto, nõ aliter egit in virtutib⁹ q̃
deus: nec fuit plus vni⁹ q̃ alteri⁹. i. Tim. ij. Nã oẽs ſaluos
volebat facere in corpore ⁊ in aia. pſ. xxxv. Hoies ⁊ iumẽ-
ta ſaluabis dñe. Quõ ergo ſicut predixi aliq̇d ꝓpriũ ha-
bere voluit qḋ nõ eſſet cõmune oibus hoibus de hoc mũ-
do? Si aũt illud ꝓpriũ ſuũ ⁊ apl̄oꝝ fuit: ⁊ propriũ totius
mũdi fuit, ſicut ſuperi⁹ eſt probatũ. ergo nõ debet dici ꝓ-
priũ chriſti ⁊ apl̄orũ cõmunitatis: ſed ꝓpriũ cõmunitatis
totius mũdi: ⁊ non alicui⁹ collegij ſpecialis. ſed illi⁹ ꝓprij
vniuerſalis null⁹ fuit dñs ꝓprie, collegiũ, aut perſona: q̄
nec chriſtus inquantũ hõ. ſed fuit dñs vniuerſitatis mũdi
vt deus creator oim. Io. i. In ꝓpria venit. Sicut etiã fuit
tp̄e legis nature: in quo nec pſona ſingularis extra deum
nec priuatũ aliqḋ collegiũ fuit dñs: ſed oim erãt oia cõia
ſicut aer ⁊ ſol. xij. q. i. c. ij. nec tũc credit̄ ꝙ fuerit vſus pecu-
nie. ſicut in li. collationũ Io. caſſi. in collatione Serapio-
nis cõtinet̄. q: nec erat neceſſari⁹. Nõ em̄ neceſſe erat eme-

re vel vẽdere vel cõtract⁹ alios inire quos ad veros dños
pertinet celebrare. quũ null⁹ eſſet dñs, vt eſt dictũ: ſed oia
eſſent cõmunia oibus. ¶ C Nã vſus pecunie adinuent⁹
eſt: quũ mũdi diuiſio facta eſt: ⁊ ꝑ ꝯñs lis ⁊ cõtentio oborta
eſt. xij. q. i. c. ij. Sed chriſt⁹ dñs pacificare venit ⁊ vnire.
ad Col. i. ⁊ oibus exẽplũ dedit de ſe q̇ete viuere. Sed vbi
tuũ ⁊ meũ: ibi ſm̄ Senecã nõ eſt q̇ete viuere. Et ꝑ iniqui-
tatẽ factũ ⁊ dictũ eſt meũ ⁊ tuũ. vt pre. c. xij. q. i. c. ij. Sed in
dño noſtro iniq̇tas nõ eſt: qualitercũq; gloſſet̄ iniquitas.
xiiij. q. v. §. ſed hec. Itẽ ſicut ſupra ſepe dictũ eſt dñs dixit
illi, Si vis ꝑfect⁹ eſſe: vade ⁊ vende oia q̄ habes: ⁊ da pau-
perib⁹. Mat. xix. Sed nũquid iſta forma ꝑfectionis quã
hic dat dñs, eſt ſilis illi per quã viuebat in cõi eccleſia pri-
mitiua? Abſit. immo penit⁹ alia. Nã venientiũ ⁊ volẽtiũ in illa
cõgregatione viuere fideliũ q̄ tũc oẽs in cõi viuebãt: non
dicebat̄ Vade ⁊ vende oia: ⁊ da pauperib⁹: ⁊ ſequere nos
nõ participãtes bona tua. ſed forma erat viuẽdi ꝙ rebus
vẽditis pecunia ante pedes apl̄oꝝ ponebat̄: nec alijs pau-
perib⁹ dabat̄: ⁊ de emptis de illis ſic poſitis pecunijs cõi-
ter erat vita. Sed forma maioris ꝑfectionis fuit illa data
illi ⁊ cõſimilib⁹. Nõ em̄ dixit dñs illi vẽde ⁊ da nobis pre-
ciũ: ⁊ viue in cõmuni nobiſcũ: ſicut erat in eccleſia primiti-
ua. ſed da pauperib⁹ oia non partẽ tibi retinẽs aut alicui
collegio. ⁊ ſequere me nihil habentẽ propriũ ꝓ me aut cõ-
muni. Aliud dicere, eſt textũ euãgelicũ ꝑuertere aut nega-
re. ⁊ de hoc ſatis ſupra dictũ eſt in. §. Itẽ ꝙ ſimplex. in ar.
lvi. Itẽ nũquid eadẽ forma viuẽdi eſt in cõi hr̄e pecunias
⁊ forma data apl̄is ꝙ nõ aurũ aut argẽtũ perã aut ſaccu-
lũ haberẽt? Mat. x. Luc. x. Immo penit⁹ ꝯ̄ria. Habere pe-
cunias ⁊ nõ hr̄e licet. vtraq; bona: ſed ſcḋa ꝑfectior. nec h̄
dixit dñs vni ſoli apl̄o aut diſcipulo: ſ; toti collegio apl̄oꝝ
⁊ diſcipuloꝝ ꝑfecte viuere volentiũ. Vñ dixit Petr⁹ in ꝑſo-
na ſua ⁊ alioꝝ diſcipuloꝝ, Ecce nos reliquim⁹ oia. Mat.
xix. ⁊ ijs q̄ cũ ⁊ diſcipulos ſuos ꝑfecte ſeq̄ volebãt vt in de-
cre. extũ. li. vi. Qui in chriſto duplicẽ naturã negauerunt:
hereſes cõdiderũt. xxiiij. q. iij. q̇dã. ꝟ. acephalite. Nã perfe-
ctus de⁹ perfect⁹ hõ eſt. vt i ſymbolo Athanaſij, Quicũq;
vult ſalu⁹. ⁊ in cõcilio generali. ex̄ de ſum. tri. c. i. Diſtingua-
mus euãgeliũ: nõ negem⁹. Nõ demus q̄ pecunias cũ euã-
gelio chriſto dño ⁊ apl̄is vt perfectis: ⁊ interdũ ⁊ raro ex
cauſa dem⁹ ſibi pecunias vt imꝑfectis cõdeſcẽdat. ⁊ in h̄
nõ min⁹ imꝑfect⁹ exiſtẽs. vt d̄r in decre. extũ. ⁊ ſic ſm̄ Aug.
diſtinguem⁹ ſcripturã tp̄a ⁊ formas viuẽdi: ⁊ ſanctũ euã-
geliũ cõcordabit. ij. q. i. ſi peccauerit. Qui nõ diſtinguit ſe
extinguit. Sed ⁊ loquẽs cũ debita reuerẽtia dñi nr̄i pape
⁊ ſuarũ ꝯſtitutionũ Ad cõditorẽ, ⁊ alia Quorũdã, ⁊ alia
Cũ inter nonnullos, cui⁹ ſemꝑ in ijs q̄ ſcripſi ⁊ ſcribo me
correctioni cõmitto: ⁊ quarũ cõſtitutionũ intellectib⁹ ſto:
q̄ ꝓpt̄ ꝟba inter vſum librorũ ad ſtudẽdũ ⁊ alioꝝ ad officiũ
dicẽdũ ⁊ paramentoꝝ eccleſiaſticorũ ⁊ alioꝝ ſupellectiliũ
fratrũ minoꝝ realis differẽtia aſſignari. q: ex his dñs pa-
pa in decre. Ad cõditorẽ canonũ, q̇dã ſibi quãtũ ad ꝓprie-
tatẽ reſeruat q̄ vſu cõſumunt̄ cõtinuo: ſicut ⁊ alia ſupelle-
ctilia cõſumunt̄. Quũ igit̄ cauſa ſit eadẽ vtrobiq;: cur ec-
cleſiaſticoꝝ ⁊ nõ alioꝝ a dño nr̄o dñiũ retinet̄? ꝯtra illud ex̄
de tranſla. inter corporalia. §. i. ꝟ. vñ. cũ ijs q̄ ibi no. qḋ op. fa-
cit. Sed ⁊ nũquid q̇cq̇d habẽt religioſi: ſiue ſit ager, ſiue
dom⁹, ſiue veſtis, ſiue q̇duis aliud: eſt dño cõſecratũ: xij.
q. ij. nulli. vt q̇d q̄ inter hec oia q̄ vſu cõſumunt̄ ⁊ dño cõſe-
crant̄, ſit diſtãtia: ⁊ hec fines faciũt diuerſos q̄ ſunt paria
rõne? Silis em̄ eq̇tatis ratio ſilia iura ſuadere videt̄. C.
ad. l. fal. l. vlti. ex̄ de ꝯſti. nã cõcupiſcẽtia. ex̄ de ꝯſir. vti. cũ di-
lecta. §. nos igit̄. legit̄ ⁊ no. S; ⁊ nũquid Nicolaus. iij. ge-
neraliter oim quorũ vſum fratrib⁹ licet hr̄e dñiũ ſibi reti-
nuit ⁊ eccl̄ie Romane dicẽs in ꝓ. decre. extũ. ibi. oim vtẽſi-
liũ. Qui dixit oim nihil excepit. xix. di. ſi romanoꝝ. de puil.
q: circa. nõ ꝙ intẽderet illud vẽdere: ſ; veritatẽ ſtat⁹ huĩ
declarare. Vis q̄ rõni ⁊ iuri ſit: ſi res eiuſdẽ ſpeciei diuer-
ſo iure cẽſentur. cõtra id ex̄ de deci. cũ in tua. cũ ſi. Nõ ergo
regula generalis cũ iuris iniuria reſtringat̄. vt ꝓ. c. q: circa.

ſcilꝫ ꝙ certi vſus ſit dñiuȝ in incerto.qđ ſit quū quarūdã
rerū vel ſupellectiliū quarū vſum habemus/papa ſibi do-
miniū vendicet:quarūdam vero nequaꝙ̃. Item p̄ter ſu-
perius allegata in.§.Itē ꝙ ſimplex.in ar.lvi.de ſeparatio-
ne dominij ab vſu:certū eſt ꝙ qlibet religioſus nedū fra-
ter mino: filiofamilias cõſtituto in poteſtate patriſfami-
lias cõparatur. Nam vterqȝ ſui iuris nõ eſt. Sed certū eſt
ſm leges ꝙ in peculio pfecticio filiuſfamilias vſum hȝ:⁊
tñ ꝓprietas nec ad momētū reſidet penes ipm.ff. de acq̃.
poſ.l.q̃cq̃d.⁊.l.i.§.Itē acquirimus.⁊.ff.de reg.iur.filiuſfa-
milias. Itē non habet ſm leges dñiū ſine animo.vñ here-
ditas ſolo aio acquirit⁊ repudiat.ad qđ facit qđ no.ex de
reſti.ſpo.olim.iij.in gloſ.vt ſcias.vñ iuriſconſult⁹ Julian⁹
ait.ff.de acq̃.heredi.l.ꝓ herede.circa pn̄. Pro herede gere-
re nõ tam facti ꝙ̃ animi eſt. Cui ali⁹ iuriſcõſultus Paul⁹
cõſonat dicēs.ff.de acq̃.poſ.l.i.§.furioſus. Furioſus ⁊ pu-
pillus ſine tutoris ⁊ curatoris authoritate nõ poſſunt in-
cipere poſſidere:q: affectionē tenendi nõ habēt.licet res
ſuo corpore cõtingant:ſicut ſi dormiēti aliq̃d in manu po-
nat.ſic ⁊ religioſus q̃ nec animū ſiue affectionē de iure hȝ
nec habere põt. Preterea nūquid Nicolaus.iij. q̃ eſt lumi-
nare maius:potuit qđ potuit luminare min⁹ ſcȝ qđ impe-
rator:ex de ma.⁊ obe.ſolite.q̃ ſupra legē immo q̃ eſt legis
origo.q̃ etiã ea q̃ fuerunt ꝓ nõ factis ſancit. ſicut ptȝ in le-
ge poſtliminij/q̃ bello captus ⁊ ſeruus effect⁹ decernitur
ſemꝑ fuiſſe liber ⁊ pſens.ff.de poſtlimi.reuer.l.retrocedit.
⁊ Inſti.qb⁹ mo.ius patri.pote.ſol.§.ſi ab hoſtib⁹. Et ea q̃
non fuerunt ꝓ factis habēda decernat.vt in poſthumo de
quo nulla fuit mētio:⁊ tñ iudicat mētio facta. C.de inoſ.
teſta.ſi mater. Mutat etiã ſubſtantiã rei Imperator:⁊ de
nihilo facit aliq̃d ſm iura.C.de rei vxo.actio.l.i.⁊ no.ex de
ſta.mo.cū ad monaſteriū.in gloſ.⁊ ita. Si ergo tantū põt
Imperator:multo poti⁹ papa:quantūcūqȝ in reb⁹ cõſum-
ptibilib⁹ vſu nõ videat vſus poſſe a dñio ſeparari ſm illã
opinionē.vide ſupra eo.§.ij.obiectio.℟.preterea ſi vere.in
ar.lx.in fi. Potuit tñ idē Nicolaus in reb⁹ vſu cõſumptibi-
libus q̃bus vtūtur fratres minores aliud ordinare cõtra
omnē legem poſitiuã canonicã ⁊ ciuilē:⁊ mutare naturã
illarū rerū ꝙ ſeparet dñium inſeparabile. Nã nulla lex le-
gē imponit eccleſie Romane:ſed ipſa oibus ſancit legē.x.
di.c.i.⁊.c.certū.xxv.q.i.§.his ita. Itē ſm Innocē.põt papa
ex aliqua maxima cauſa cū monacho ꝙ cõtrahat diſpēſa-
re:⁊ ſic ei⁹ ſubſtantiã immutare.vt no.ex de ſta.mo.cū ad
monaſteriū.§.fi.⁊ no.late ſupra in p̄ma parte iſti⁹ operis
in.§. Itē de diſpēſatione.℟. Itē quidã dixerūt.in ar.xlvi.
multo poti⁹ ꝙ in rebus vſu conſumptibilib⁹ poſſit ab vſu
dominiū ſeparari. Qȝ aūt dñs papa in ſua conſtitutione
Ad cõditorē canonū/dicit ꝙ ꝑ talē exproptiationē etiã in
cõi nõ creuit in fratrib⁹ minorib⁹ amplius charitas:ſȝ ſo-
licitudo amplior habēdi:⁊ ꝙ actus ⁊ cõtract⁹ vſuario cõ-
trarios faceremus:⁊ ꝙ de retēto dñio rerū quib⁹ fratres
vtunt/nulla Romane eccl'ie ꝓuenit vtilitas: nec in futu-
rū ꝓuenire ſperat: quin poti⁹ ipſa habebat nudū dñiū et
fratres vſum veſtitū.hec oia cū omī reuerētia loquēdo fa-
ctū reſpiciūt ⁊ nõ iura.nã certū eſt ꝙ quãꝙ̃ pecunia cauſa-
liter aut formaliter nõ ſit mala:⁊ ſine pctō poſſit haberi ⁊
cū charitate.i.ad Timo.vlti.xij.q.ij.aurū.i.q.iij.totū. quū
certū eſt ⁊ experiētia magiſtra docet ꝙ inter cetera q̃ poſ-
ſident/pecunia maxime eſt illecebroſa ⁊ de facili allectiua
cupiditatis:q̃ eſt charitati cõtraria.de pe.diſ.ij.§. ex p̄miſ-
ſis.℟.quia radix inductiua. Nam quis pecuniã poſſidēs
charitatē etiã poſſidet:q̃ eas diſpergit? Quis eſt hic ⁊ lau-
dabimus eū? vere fecit mirabilia in vita ſua. Ecci.xxxi.vñ
Chryſ. Abijciamus quecūqȝ corpus florere faciūt: vitiãt
aūt aiam:vt ſunt diuitie delicie ⁊ gloria. Iſta authoritas
cõpletur.i.in.§.hoc aūt preceptū.℟. Item in eodē ſermo-
ne.in arti.lxv. Et Climacus abbas montis ſynai ait. Qui
poſſidet charitatē:diſpergit pecuniã. Qui vero dicit ſe cū
charitate ⁊ pecunia viuere:ſeipſum ſeducit:⁊ ſibiipſi mē-
titur. Nõne pecunia viſcus ⁊ pix eſt? ⁊ q̃s tetigit eã:⁊ illa-
queatus ⁊ coinquinatus nõ eſt? Eccl'i.xiij. Quid aūt ma-
gis charitatē inficit ꝙ̃ litigare? Sed q̃ hoc faciūt:nõ poſ-
ſunt multū de perfectione euãgelica gloriari. vñ Amb.xi.
q.iij.ira ſepe. Dñs ieſus mittēs ad euãgelizandū diſcipu-
los ſuos/miſit eos ſine auro ſine argēto ſine pecunia ſine
virga.vt ⁊ incentiua litis ⁊ inſtrumēta eriperet vltionis.
Non ergo ꝓfeſſio ſine pecunia ſed cum pecunia eſt mate-
ria litigandi. Non ergo ꝓpter aliquē fratrē vel fratres cu-
pidos ſancta ⁊ apoſtolica religio diffamet. Nec dubiū ſi
litigãt ⁊ diſcurrunt aliqui ꝓfeſſi hunc ſtatū ſanctū: illecti
philargyria ⁊ mētis ignauia:ſi ex conceſſione papali (qđ
abſit) haberēt pecunias:amplius litigarent. Nūquid alij
religioſi mendicãtes vel nõ mendicãtes q: pecunias ha-
bent ⁊ habere poſſunt in cõmuni/magis ꝙ̃ fratres mino-
res viuunt pacifici ⁊ quieti:⁊ maiori inuicē in ſe ⁊ in alijs
charitatis glutino copulãtur? Facti experiētia reſpõdeat
⁊ non ego. Corrigat ergo in fratrib⁹ minorib⁹ preuarica-
tio ⁊ cõtentio:non tangat ſancta ꝓfeſſio. Sed etſi etiam
actus cõtrarios ſimplici ⁊ nudo vſui faciunt quidam fra-
tres:nõ eſt ꝓpterea cõmunitas diffamãda.q: taliter con-
trahētes nõ fratres minores vitã apoſtolicam imitantes
ſed inſtitores ⁊ trapezite.xxiij.diſ.in noīe.xvi.q.i. ſi cupis.
poti⁹ ſunt cēſendi:⁊ pena legitima corrigendi. Licet inſu-
per ſancta Romana eccleſia de tali ꝓprio in rebus q̃bus
vtūtur fratres minores ſibi reſeruato vtilitatē nõ habue-
rit:q: noluit nec indiguit:ſed pauperib⁹ fratribus mino-
ribus ſuis peculiarib⁹ filijs dimiſerit ad vtendū:ſi tamen
vellet habere eorum vtenſilia: poſſet ea ſine iuris iniuria
tãꝙ̃ ſua propria vēdicare.quia iure ſuo ſingulari ⁊ ꝓprio
vteretur.nec fratrib⁹ iniuriã faceret ſuo iure vtens. ex de
elec.cū eccleſia. Et ex hoc etiam manifeſta ſurgit ratio ꝙ
vſus rerū ſiue vſu conſumptibiliū ſiue non/poteſt dici ꝙ
in perpetuū a dñio ſeparetur.q: quãdocūqȝ dño pape pla-
ceret:nedū paramētorum ⁊ librorum eccleſiaſticorū/ſed
etiam aliarū ſupellectilium corū/panum/piſciū/caſeorū/
pomorū/etiam in menſa poſitorum vſum ante ꝙ̃ fratres
dentibus maſticarent/poſſet ſuo dominio ſociare.

## Articulus.lxiij.

AD ſuperiora inter-
ſerui hic literas capituli generalis peru-
ſini:q̃ nihil aliud continent in ſentētia ꝙ̃
decre.dñi Nicolai/Exijt qui ſeminat.quã
ſupra in.§.reſtat inter hec.in ar.lix.cõcor-
daui cū cõſtitutionib⁹ dñi noſtri pape Jo.predicti. Qua-
rū tenor talis eſt. Uniuerſis chriſtifidelibus preſentes
literas inſpecturis fratres Michael ordinis fratrum mi-
norū generalis/Guilhelmus Anglie/Henricus ſuperio-
ris Alemãnie/Arnaldus Aquitanie ꝓuinciales miniſtri
⁊ in ſacra theologia magiſtri:necnon Hugo de nouo ca-
ſtro/Guilhelm⁹ de almut theologie doctores: Nicolaus
ꝓuincie Francie miniſter/ac Guilhelmus bloc baccala-
rij in ſacra pagina/⁊ omnes miniſtri cuſtodes diſcreti et
lectores generaliū ſtudiorum apud Peruſiū congregati
in capitulo generali:ipſumqȝ totū capitulum ordinis ſu-
pradicti ſalutē ⁊ pacem in dño ſempiternã. Noueritis ꝙ
nos anno dñi.M.ccc.xxij.indictiõe.v.pridie nonas iunij.
audita ⁊ intellecta queſtione quadã q̃ in Romana curia
principaliter agitat: qua querit vtrū aſſerere chriſtum ⁊
apl'os nõ habuiſſe aliq̃d in cõmuni ſit hereticū: Et req̃ſiti
de ipſa queſtione q̃d ſentiremus:⁊ in ſcriptis ſub noſtris
ſigillis ⁊ ſubſcriptionibus proprijs redigere curaremus.
Uiſis ⁊ examinatis dicta queſtione cū allocutionib⁹ que
pro ⁊ cõtra ſiunt:diligētiqȝ ac matura deliberatione dige-
ſtis/determinationi ſancte Romane eccleſie firmiter ⁊ to-
taliter inherentes/cõcorditer ⁊ vnanimiter dicimus ⁊ fa-
temur ꝙ dicere ⁊ aſſerere ꝙ chriſtus viã perfectionis oſtē-
dens:⁊ apl'i eãdem viam perfectionis ſequētes: atqȝ per
exemplum in alios volentes perfecte viuere deriuantes:
nihil iuris ꝓprietatis dominij ſeu iuris ꝓprij in cõmuni

habuerunt:non eſt hereticum:ſed ſanū/catholicū/⁊ fide- le.maxime quū ſancta Romana eccleſia catholica que a tramite apoſtolice traditionis nūq̄ deuiaſſe aut erraſſe probat̃.xxiiij.q.j.a recta.⁊.c.pudenda.in fi.expꝛeſſe hoc di cat:affirmet/⁊ determinet manifeſte ex̃ de ver.ſigni.exiij qui ſeminat.§.poꝛro.lib.vj.ſic inquiens.Dicimus ꝙ abdi catio talium rerū tam in ſpeciali q̄ in cōmuni ꝓpter deū meritoꝛia eſt ⁊ ſancta : quam ⁊ chꝛiſtus viā perfectionis oſtendēs verbo docuit:⁊ exemplo firmauit.quā ipſi pꝛi mi eccleſie fundatoꝛes apoſtoli ꝓut ab ipſo fonte ſcilicet chꝛiſto hauſerant:in volētes perfecte viuere per doctrine ac vite ipſoꝛū alueos deriuarūt.Que eccleſie determina- tio in.vj.lib.per ipſam eccleſiam catholicam eſt inſerta:et per aliā decre.in Viennēſi cōcilio pꝛomulgatam/⁊ in cle- mentina que incipit/Exiui de paradiſo.ſub ti.de ver.ſig. inſertam/per ipſam vniuerſalē ⁊ catholicam eccleſiā eſt appꝛobata:ac nouiſſime per ſanctiſſimū patrem ⁊ domi- nū dn̄m Joannē diuina pꝛouidentia papam.xxij. in qua- dam ſua declaratione edita ſuper regula ⁊ ſtatu fratrum minoꝛū:que incipit Quoꝛūdam/eſt eadē declaratio plu- rimū cōmendata tā q̄ ſalubꝛiter edita/ſolida/lucida/mul taqꝫ maturitate digeſta.Et teſtāte cano.xix.di.ſi romano rū.id quod ꝑ dogmate ſano ſedes apoſtolica compꝛoba uit:ſemp debet teneri acceptū:nec ab eo licet quomodoli bet reſilire.xxiiij.q.j.hec eſt fides.In hui⁹ autē noſtre opi nionis ac cōcoꝛdis ſententie teſtimoniū ⁊ munimen/plen- tem ſeriem de cōmuni conſenſu oīm noſtrū ſigillis ⁊ ſub- ſcriptionibus ꝓpꝛijs generalis miniſtri ⁊ nominatoꝝ ſu perius magiſtroꝛū ac baccalarioꝝ in ſacra pagina necnō quatuoꝛ pꝛouincialiū miniſtroꝛum videlꝫ Thome ꝓuin- cie Bononiēſis/Petri ꝓuincie ſancti Franciſci/Fernādi pꝛouincie Caſtelle/⁊ Simonis pꝛouincie Turonie/duxi mus muniendā.Datum Peruſij anno mēſe ⁊ die ſuperi⁹ nominatis.Interſero etiam hic allegationes aliquas di ctoꝛū magiſtroꝛū ⁊ baccalarioꝛū in quibuſdam eoꝛū lite ris contentarū:que ſic incipiunt.¶ B Vniuerſis pſen- tes literas inſpecturis/fratres Michael oꝛdinis fratrum minoꝛū generalis:Guilhelmus ꝓuincie Anglie/Henri- cus ſuperioꝛis Alemanie/Arnaldus Aquitanie miniſtri: ⁊ Hugo de nouo caſtro/ac Guilhelmus de alnut ſacre theologie magiſtri:necnō Nicolaus pꝛouincie Frācie mi niſter:⁊ Guilhelmus bloc in eadē ſacra pagina baccala- rij:Salutē ⁊ pacem in domino ſempiternā. Noueritis ꝙ nos anno dn̄i.M.ccc.xxij.indictione.v.idibus iulij in no- ſtro generali capitulo apud Peruſiū congregati ⁊ requi ſiti ſpecialiter quid ſentiremus de q̄ſtione ſubſcripta:dili genti pꝛius examinatione ⁊ deliberatione matura ſuꝑ ea ⁊ ipſam tangētia collatione pꝛehabita:Reſpondem⁹ ꝓut immediate inferius cōtinetur.dicimus ⁊ fatemur cōcoꝛ- diter ꝙ dicere ꝙ chꝛiſtus viam perfectionis oſtendens/⁊ apoſtoli eādem viam perfectionis ſequentes/⁊ in volen- tes perfecte viuere deriuantes:nihil iuris ꝓpꝛietatis do- minij ſeu iuris ꝓpꝛij in ſpeciali vel in cōmuni habuerunt: nō eſt hereticum:ſed ſanum/catholicū/⁊ fidele.Et q̄uis ad hoc multas rationes habeamus ⁊ q̄plurimas autho ritates ſanctoꝛum tam latinoꝛū q̄ grecoꝛū:qui velut duo cherubin in medio tabernaculi dn̄i alas ſuas extēdentes in hoc puncto cōiungūtur:⁊ velut duo Seraphin in tem plo idipſum alter ad alterū clamare non ceſſant.Eſa.vj. Subſcripte tamē rationes ⁊ authoꝛitates cauſa bꝛeuita tis ſufficiāt quoad pꝛeſens.¶ Pꝛima ratio talis eſt.Nul la aſſertio eſt heretica que fundatur ſuper determinatio- nem ⁊ confirmationē multiplicem ſacroſancte Romane eccleſie.ſed aſſerere chꝛiſtū ⁊ apoſtolos non habuiſſe ali- quid nec in cōmuni nec in ſpeciali pꝛopꝛiū(vt pꝛedictum eſt)fundatur ſuper determinationē ⁊ declarationē mul- tiplicem ſancte Romane eccleſie:ergo hec aſſertio nō eſt heretica.Maioꝛ eſt euidēs cuilibet catholico.Cui etiam concoꝛdant multa.c.decretoꝛū.xxiiij.q.j.a recta.⁊.c.pudē- da.in fi.Et Aug.cōtra epiſtolā fundamenti dicens.Euā-

Quib⁹ rationi- bus ꝓba ri poſſit chꝛiſtū ⁊ apl'os ni hil habu iſſe pꝛo- priū.

gelio non crederem:niſi me eccleſie authoꝛitas cōmoue- ret.Minoꝛ ꝓbatur per decre.ex̃ de ver.ſigni.in.vj.li.exiij. §.poꝛro.vbi ſic habetur.Dicimus ꝙ abdicatio pꝛopꝛieta- tis omniū rerum tam in ſpeciali q̄ etiam in cōmuni pꝛo- pter deū/meritoꝛia eſt ⁊ ſancta:quam ⁊ chꝛiſtus viā perfe ctionis oſtendens verbo docuit:⁊ exēplo firmauit.quāqꝫ pꝛimi fundatoꝛes militantis eccleſie pꝛout ab ipſo fonte hauſerant:in volentes perfecte viuere per doctrine ⁊ vite ipſoꝛum alueos deriuarunt.Que quidē decre.per aliam que incipit Exiui de paradiſo/in Viennenſi concilio pꝛo- mulgatā/⁊ in cōſtitutionibus Clemē.ſub ti.de ver.ſigni. inſertam/eſt ab ipſa vniuerſali eccleſia cōpꝛobata.Et no uiſſime per ſanctiſſimū patrem ⁊ dominū noſtrū dominū Joannem diuina pꝛouidentia papā.xxij.in quadam ſua declaratione edita per eūdem ſuper regulam ⁊ ſtatū fra- trum minoꝛum:que incipit Quoꝛūdam/eſt appꝛobata ⁊ q̄plurimū cōmendata:tamq̄ ſalubꝛiter edita/ſolida/luci da/multaqꝫ maturitate digeſta.Patꝫ ergo minoꝛ:videlꝫ ꝙ aſſertio qua dicitur chꝛiſtū ⁊ apoſtolos nō habuiſſe ali quid in ſpeciali vel in cōmuni/vt dictū eſt:fundatur ſuper determinationē cōmunem ⁊ confirmationē multiplicem ſancte Romane eccleſie.¶ Secūda ratio.Nulla aſſertio qua dicit̃ chꝛiſtum ⁊ apoſtolos ſeruaſſe altiſſimā ⁊ perfe- ctiſſimā paupertatem/eſt heretica.ſed aſſerere chꝛiſtum ⁊ apoſtolos nihil habuiſſe in ſpeciali vel in cōmuni ꝓpꝛiū/ eſt aſſerere ipſos ſeruaſſe altiſſimam ⁊ perfectiſſimā pau pertatē:ergo hec aſſertio nō eſt heretica.Pꝛobatio maio ris/pꝛimo per rationē.q꞉ chꝛiſtus ⁊ apoſtoli fuerunt pꝛin cipiū ⁊ menſura ⁊ exēplaria cuiuſlibet perfectionis euan gelice.pꝛincipiū aūt ⁊ menſura ⁊ pꝛincipale exēplar per- fectiſſime ⁊ altiſſime ꝑfectionis cōtinet perfectiones oēs que ex illis exēplantur:ſeu etiā menſurant̃.ergo perfectio paupertatis euāgelice ſicut ⁊ alie perfectiones fuerūt in chꝛiſto ꝑfectiſſime ⁊ altiſſime.Patꝫ etiā per authoꝛitates/ pꝛimo de chꝛiſto ꝑ illud Hiero.ad Euſtochiū dicentis/ꝙ chꝛiſtus pauperrimū ⁊ abiectiſſimū ſe oſtendit.Ad idem xij.q.ij.gloꝛia.℟.nūc vero.xxxv.di.eccleſie.xij.q.j.clericus. in fi.Pꝛobatio minoꝛis.quia ꝑfectiſſima ⁊ altiſſima pau- pertas eſt illa q̄ excludit maioꝛē ſolicitudinē tēpoꝛalem:⁊ animā liberioꝛē facit ab omni affectione rei tēpoꝛalis.Di- cimus autē per ſe ⁊ eſſentialiter ex intrinſeca rōne ſui.ad differentiā illi⁹ ſolicitudinis q̄ oꝛitur ab extrinſeco:⁊ etiā ex intrinſeco ſtatus pauꝑtatis.videlꝫ ex infirmitate illi⁹ qui ſolicit⁹ eſt circa talia acquirēda ⁊ habēda vltra id qꝺ̄ neceſſe eſt:vel illius q̄ oꝛit̃ ex defectu charitatis in hoīb⁹/ per quā conſueuerant chꝛiſti pauperes ſuſtētare:⁊ eis de quotidianis neceſſarijs ꝓuidere.Sed pauꝑtas illa qua nihil habetur in ſpeciali ex ſe ⁊ eſſentialiter ex intrinſeca ratione ſui/magis excludit ſolicitudinē huiuſmodi.quia bona tēpoꝛalia etiam in cōmuni habita mentes poſſiden tiū illaqueant ⁊ afficiūt aliquo modo:⁊ ſuos poſſeſſoꝛes reddunt ſolicitos ad bona talia cōſeruanda/defendēda/ acquirenda/amplianda.reddunt etiā ſuos poſſeſſoꝛes ti midos ⁊ ſolicitos:ne talia bona cōmunia perdant̃ aut di minuātur:aut ſuꝑ hec aliqua eis iniuria inferatur.Vnde non oīno ſinunt animū eſſe liberum:ſed reddunt eū quo- dāmodo cōpeditū.ſicut clare dicit Aug.de verbis dn̄i ſer- mone.xij.Minimi autē ſunt qui omnia ſua dimiſerunt ⁊ ſecuti ſunt chꝛiſtū:⁊ quicquid habuerūt pauperib⁹ diſtri- buerūt:vt deo ſine ſeculari cōpede expediti ſeruirēt:⁊ ab oneribus mundi liberati velut pennati ſurſum abeant. Secūdo pꝛobatur per determinationem eccleſie ⁊ confir mationem in regula beati Franciſci ſic dicentis.c.de ob- ſeruantia paupertatis.§.Hec eſt illa celſitudo altiſſime paupertatis que vos chariſſimos fratres meos heredes ⁊ reges regni celeſtis inſtituit:pauperes reb⁹ fecit:virtu tibus ſublimauit.Hec ſit poꝛtio veſtra q̄ perducit in terrā viuentiū.Cui dilectiſſimi totaliter inherētes/nihil aliud pꝛo noīe dn̄i noſtri Jeſu chꝛiſti in ꝑpetuū ſub celo habere velitis.Q autē hic loquatur de paupertate que excludit

omnia in proprio ⁊ in cõmuni: patet ex verbis que hic exprimuntur ſi diligenter attendãtur: ⁊ ex alijs verbis eiuſdem regule in alio. c. fratres nihil ſibi approprient. ⁊ ex declarationibus Romanorũ pontificum ſepe ſuperius allegatis. Ad hanc aũt probandam minorem eſt authoritas in collationibus patrũ collatione. x. c. xj. ſic dicens. Reuera que maior aut ſanctior poteſt eſſe paupertas: ꝙ illius qui nihil ſe preſidij vel iuriũ cognoſcens habere, de aliena largitate quotidianũ poſcit auxiliũ: et vitã ſuam atq; ſubſtantiam ſingulis quibuſq; momentis diuina ope intelligẽs ſuſtentari: verum ſe mendicũ domini non immerito profitetur? Confirmatur iſta ratio tota authoritate Euſebij ſuper Matth. ſic dicentis. Prohibebat autẽ eis id eſt apoſtolis chriſtus aurum ⁊ eius poſſeſſionem: precipiens vt nec peram, nec baculum, nec calciamẽta, nec geminas tunicas, immo nec panes, nec argentum portare deberent: qui ad alienas partes debebant tranſmitti: ſumens experimẽtum fidei ⁊ animoſitatis eorũ: ſi quidem habito in mandatis vitam extreme ducere paupertatis: vt nec de diurno nutrimento curarent: nec binas tunicas poſſiderent: nec vterentur calciamentis: ſicq; totum mundum circuirent. Et ſequitur. Putabat quidem oportere conductores arrabone regni dei nec quicꝙ eorũ que monachales appreciantur condignũ exiſtimare datis ſibi celeſtibus operibus. hucuſq; Euſebius. Ubi notandum ꝙ per hoc ꝙ dicitur hic apoſtolos habuiſſe in mandatis vitam extreme ducere paupertatis: confirmatur maior rationis predicte: que dicit apoſtolos altiſſimã ⁊ perfectiſſimã ſeruaſſe paupertatem: per hoc quod dicitur, nec ꝗcꝙ eorum que monachales appreciantur eos condignũ exiſtimare debere, ꝙ eorum paupertas fuit ꝙ nihil habebatur in cõmuni: quaſi in hoc conſiſtat perfectiſſima ⁊ altiſſima paupertas: per quod confirmatur minor. Monachales enim dicuntur qui nihil habẽt in proprio ſpeciali: habet tamen cõmunitas eorũ aliquid proprietatis ⁊ dominij in cõmuni. xij. q. ij. quiſquis. xviij. q. ij. ꝙ ſit. xix. q. vlti. q: ingredientibus. c. perlatum. c. ſi qua mulier. cum. l. ſe. Qꝛ autem cãdem paupertatem chriſtus tenuerit, quam apoſtolis iniunxit: patet per Hiero. in epiſtola ad Euſtochiũ dicentem. Nõ poterat habere dñs quod prohibuerat ſeruis, dicẽs Mat. x. Nolite portare ſacculũ neq; peram ⁊c.

Que ꝓpoſitio dicenda ſit heretica.

❡ Tertia ratio hec eſt. Nulla ꝓpoſitio debet dici heretica, cuius oppoſitũ non exprimitur euidenter in ſacra ſcriptura: nec ẜm ſe nec ẜm expoſitiones ſanctorũ. vel cuius oppoſita ẜm determinationẽ ſacroſancte eccleſie non apparet euidenter catholica. vel cuiꝰ oppoſita ex aliquo predictorũ euidenter ⁊ neceſſario non concluditur. Sed oppoſita huius ꝓpoſitionis negatiue, ſcꝫ chriſtũ ⁊ apoſtolos nihil habuiſſe in ꝓprio nec in cõmuni, que eſt chriſtũ et apoſtolos habuiſſe aliquid in ꝓprio vel in cõmuni, eo modo quo ſuperius eſt expreſſum: nõ habetur aliquo predictorũ trium modorũ. ergo iſta ꝓpoſitio negatiua non eſt heretica. Maior patet per ſufficientẽ diuiſionem. nec oportet addere, nec contra articulos fidei: q: a ſacra ſcriptura vel determinatione habentur euidenter expreſſe. Opponitur aũt ad quãlibet conditionẽ vel membrũ euidenter. quia argumentũ ſolũ probabile vel ſophiſticũ: q: videtur trahi ſolũ ex altero predictorũ modorũ: non conuincit oppoſitũ ſue concluſionis hereticum iudicari. Minor ꝓbatur quantũ ad ſingulas ſui partes. ꝑmo ꝙ oppoſitũ illius nõ exprimitur euidẽter in ſacra ſcriptura ẜm ſe accepta. q: ſi ſic: hoc precipue eſſet per hoc qꝺ dicitur de loculis. Jo. xij. ⁊ xiij. ⁊ ꝑ hoc quod dicit̃ in Actibus. ij. ⁊. iiij. ꝙ erant illis oĩa cõmunia. ſed per nullũ iſtorum aut cõſiliũ habetur propoſitio predicta euidenter ex ſacra ſcriptura ẜm ſe ſumpta. Non primũ: vbi agitur de emptione ⁊ venditione. quia emere ⁊ vẽdere non ſolum ſunt actus habentium dominiũ: ſed poſſunt eſſe actus diſpenſatorũ vel adminiſtratorũ nullum habentiũ in re que venditur vel in pecunia de qua emitur, dominiũ. ⁊ ideo per verba talia non habetur determinate: nec per cõſequens euidẽter altera pars, ſcꝫ habere dominiũ. ❡ Dicimus ergo ad omnes authoritates de talibus actibus mentionẽ facientes, ꝙ apoſtoli nõ faciebant hoc vt domini: ſed vt meri ⁊ nudi adminiſtratores talium: ⁊ pro ſeipſis ſolum ſimplicem facti vſum habentes. Et eodẽ modo reſpõdemus ad inſtantiam de loculis ⁊ ad omnes authoritates de hoc loquentes: ſcꝫ ꝙ apoſtoli habuerunt tantũ vſum pro ſeipſis in loculis: diſpenſationẽ autem pro alijs. Et ſi legitur aliquid de chriſto: nõ eſt veriſimile ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli habuerint vel habere voluerint aliquid per modũ dominij ſumme perfectioni ſue ⁊ profeſſioni repugnantem. Hoc tamen eſſet: ſi per modũ dominij vel proprietatis aliquid in loculis habuiſſent. In voto enim profeſſionis apoſtolorũ cadebat talis pauptas. de quo voto dixi longe ſupra in. §. ꝙ ſimplex. ꝟ. quod etiam ſic probatur. in arti. lvi. Ex quo ſatis patet ꝙ quũ oppoſita ꝓpoſitio affirmatiua, ſcꝫ ꝙ chriſtus habuit in communi, non habeatur euidenter nec a ſacra ſcriptura ẜm ſe accepta: nec vt a ſanctis expoſita: nec per determinationẽ eccleſie: nec in aliquo quod euidenter ⁊ neceſſario ſequatur ex eis: ꝙ iſta ꝓpoſitio negatiua, ſcꝫ ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli nihil habuerint nec in ꝓprio nec in cõmuni, modo quo ſupradictum eſt, nullatenus eſt heretica: ſed fidelis. In cuius rei teſtimonium preſentem ſeriem ſigillis ⁊ ſubſcriptionibus noſtris propria manu factis duximus muniendam. Data Peruſij anno mẽſe ⁊ die ſuperius adnotatis. In his literis magiſtrorũ pretermiſi ponere multas authoritates ⁊ reſpõſiones ad cõtraria quas ipſi ibi poſuerunt: ⁊ quas ſuperius cũ multis alijs poſuerim. ⁊ hec cauſa breuitatis omiſi.

❡ Articulus. lxiij.

Adhuc circa iſta negotiando introduco. xij. fundamẽta ſcripture diuine ex quibus oſtenditur et arguitur chriſtũ ⁊ apoſtolos nihil habuiſſe proprium in communi. ❡ Quorũ primum eſt: quod Matth. xj. ſcribitur ꝙ inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Joanne baptiſta: ⁊ ipſe fuit in ſtatu perfectiſſimo inter hoĩes. ſed ipſe nihil habuit in ꝓprio nec in cõmuni. Qꝛ nõ in ꝓprio patet: q: hoc imperfectionis eſt: vt ab oĩbus conceditur. xj. q. j. aliud. xiiij. q. j. §. j. Nec in cõmuni: q: vbi nõ eſt cõmunitas, nihil põt eſſe cõmune. In vita autẽ anachoritica quã ipſe duxit, nihil eſt cõmune. ij. q. vij. §. vlti. Iſta aũt deductio confirmatur. tũ q: ẜm Hieron. duo ſunt laudabilia genera monachorũ: ſcꝫ cenobite, ⁊ eremite. Et tñ ẜm ipſum perfectior eſt ſtatus eremitarũ prius in monaſterijs conuerſorũ qui nõ habent in ꝓprio nec in cõmuni. vt ptꝫ ex dictis eorũ. Tum q: beatus Antonius trãſiuit de vita cenobitarũ ad ſtatũ eremitarũ. Non fuit ille magnus Antonius ſecũdus poſt Paulũ eremitã: q: ille ſemper in eremo fuit: vt ptꝫ in ſua legenda. Iſte fuit alius Antoniꝰ abbas cõuerſatus in monaſterio in ciuitate Patras primo: deinde in deſerto: vt narrat eius legenda. cuius feſtũ colitur in ianuario. Et Hierony. ad Euſtochiũ plangit ſe rediſſe de illo ſtatu ad iſtum communẽ. et ſic videtur iſte perfectiſſimus tamꝙ ſequeſtratiſſimus: q: deo immediate maxime cõiunctus. vnde chriſtus incepit ab iſto. ⁊ licet iſte ſit ſublimior: actus tamẽ predicationis eſt vtilior ceteris. ⁊ ideo iſtum ſtatũ chriſtus indixit apoſtolis. Marc. vlti. Unde ⁊ Joannes baptiſta poſt deſerti cõuerſationem non omiſit predicationẽ. Jo. iij. Et Joannes euangeliſta iſtum ſtatum tenuit in Pathmo inſula: ⁊ poſt ad predicationem redijt Epheſum. Simpliciter tamen ſicut ſublimius eſt orare ꝙ predicare: ſic ſurſum moueri ꝙ ceteros illuminare, ẜm Dionyſium. Tamen apoſtoli vtrunq; ſtatum habuiſſe inter homines creduntur. Unde Philip. iij. Noſtra conuerſatio in celis eſt. Utrũq; autem eſſe, actiuum et contemplatiuum: ſicut fuerunt apoſtoli: maioris perfectionis eſt. ex̃ de renuntia. niſi. §.

Neq; chriſtus neq; apl'i ꝗcꝙ habuerunt in cõi.

ne puteſ.xxxvj.diſt.c.ſi. Nec obſtat qđ no.xvj.q.j.qui vere. vbi no.ꝙ vita monachoꝛū ſtrictioꝛ eſt q̄ eremitarū: quia eremite poſſunt habere pꝛopꝛiū.quia illud habet locū in eremitis:qui pꝛius pꝛofeſſionē in cenobijs non fecerunt. Nam facientes/⁊ poſtmodū ad vitam eremiticā tranſeūtes de ſuoꝛū licentia pꝛelatoꝛū maioꝛis perfectionis ſunt. vt narrat Jo.caſſi.in.xij.libellis.in lib. de gaſtrimargia.⁊ in lib.collationū in collatione Piamonis de tribus generibus monachoꝛū.⁊ in collatione Jo.abbatis.de fine cenobite ⁊ eremite.⁊ facit quod legit ⁊ no.ex͠ de excel. pla. cum ex eo.§.fi.li.vj.⁊ notaui de hoc ſupꝛa in.§.quia vero. in magna additione que incipit/vt patres.ꝟ. eremite.in ar.xxiiij.⁊ in.§.ex quo ſponſa.in pn.in.lj.ar. ¶ Secūdum fundamentū eſt:quia dn̄s dicit Mat.v. Beati pauperes ſpiritu ⁊c̄.pauperes autem ſimpliciter nō videntur illi q̄ habent aliquid in cōmuni.Act.iiij.xij.q.j.c.ij.ibi. Nec q̄ſq̄ egens erat inter eos. ergo paupertas euangelica eſt carens rebus tam in ꝓpꝛio q̄ in cōmuni. Unde ſm Chꝛyſ. in greco habetur.Beati mendici vel egeni. ¶ Jſta autē deductio cōfirmatur quadrupliciter. Pꝛimo. Quicquid cōuenit aliquibus in cōmuni:conuenit eis ſimpliciter.vt patet tam in actibus virtuoſis q̄ vitioſis:qui per ſe cōmunitati attribuūtur.Et ideo ſi aliqui ſunt non pauperes in cōmuni:ſunt nō pauperes ſimpliciter. Uide quod no.xij. q.j.§.fi.in gloſ.falſum dicit. ¶ Secundo quia paupertas ſm omnes cōſiſtit in aliqua abdicatione rerū. ille autem qui dimittit res tēpoꝛales in pꝛopꝛio:⁊ ipſas retinet in cōmuni:non abdicat ipſas res:ſed tantū modū habēdi res ipſas.quū eaſdem poſſit modo alio poſſidere.ſicut pꝫ in tranſactionibus.ex͠ de tranſ.per totū. ¶ Tertio idem nō poteſt eſſe diues ſimpliciter/⁊ pauper ſimpliciter. quum iſta ſint oppoſita.ar.xxxij.q.j.cū renuntiatur.de peni.di.ij. ſi enim.parū poſt pꝛincipiū.ibi.que enim cōmunicatio. ſed bene ſm quid alterū.Sed diues in cōmuni eſt diues ſimpliciter:quū ſit ſimpliciter habens.quū cōmunitas de tali ratione non diminuit:vt patet in politicis cōmunitatibus.ergo talis non pōt eſſe ſimpliciter pauper. ¶ Quarto quia iſta paupertas euangelica quam chꝛiſtus in loco iſto cōmēdat/eſt paupertas altiſſima.de qua.ij.Coꝛ. viij. Altiſſima inquit paupertas eoꝛū.iſta autem que eſt in cōmuni habens nō eſt altiſſima.quū talem paupertatē antiqui Romani habuerint:qui nō erāt fideles.vt dicit Aug. in lib.de ciui.dei.⁊ facit.xij.q.ij.gloꝛia.ꝟ.ſocrates. ¶ Tertium fundamentū eſt.quia Matth.vj.dicit ipſe ſaluatoꝛ. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum ⁊c̄.Dicunt tamē aliqui ꝙ ſolicitudo que hic pꝛohibetur:nō excluditur:ſed augetur per abnegationem rerū in communi.q: maioꝛ eſt ſolicitudo de vita in cōquirendo:q̄ de habito in expendēdo.Adde quod ſcripſi ſupꝛa in.§.rurſus reſtat.ꝟ.item quod opponitur.in ar.lvj.Sed iſtud ſtare non poteſt. Tum q: veri fideles ſunt ſecurioꝛes de diuina pꝛomiſſione q̄ de diuitiarum poſſeſſione.chꝛiſtus autē ibi pꝛomiſit/Hec autem omnia adijciētur vobis.Tum quia ipſe dn̄s arguit illos qui dubitant circa illud pꝛomiſſum:dicens. Conſiderate volatilia celi ⁊ lilia agri ⁊c̄.⁊ illud non poteſt referri ad illos qui habent ſatis in cōmuni:quia dubitare de talibus non conuenit.Tū quia ibidem dominus hoꝛtatur ad iſtā ſolicitudinem amouendā per fidem dicēs. Si enim fenū quod hodie eſt ⁊ cras in clibanū mittitur ⁊c̄. ⁊ tamē non opoꝛtet hoꝛtari iſtos fide:qui ſciūt vnde poſſunt ſibi pꝛouidere in cōmuni.quū fides ſcientiam non admittat. no. ex͠ de ſum.trini.ſuper rubꝛica.Tū quia omnes fideles experiuntur frequēter ꝙ quanto minoꝛē de talibus habent ſolicitudinem:deus eis magis pꝛouidet ſufficiēter.vt frequentiſſime maxime in fratribus minoꝛibus eſt expertū. ⁊ ita habet in euangelio Luc.xxij.Quādo miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera: nūquid aliquid defuit vobis?At illi dixerūt.Nihil. ¶ Quartum fundamentū eſt:quod in eodem Matth.vj.chꝛiſtus iubēs abnegationem omniū temporalium/dicit apoſtolis.Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra ⁊c̄.Jſtam autē monitionem domini ſaluatoris aliqui exponunt pꝛo theſaurizatione que ſit in ꝓpꝛio: ⁊ non in cōmuni. Jſtud autem ſtare non poteſt: quia ipſe dominus aſſignat ibidē quatuoꝛ rationes ad oppoſitum in textu.quarū pꝛima eſt illa. Jbi ſolum eſt theſaurizandū vbi ſunt theſauri permanentes.in ſolo autem celo ſunt tales:ergo non eſt theſaurizandum niſi ibi.⁊ pꝛima ratio cōcludit ita de theſauris in cōmuni : quū non ſint quid manens/ſed amiſſibile:ſicut in pꝛopꝛio ⁊ in ſpeciali.Secūda ratio eſt quia ibi non eſt acquirendus theſaurus bonoꝛū tempoꝛaliū/vbi coꝛrūpuntur talia bona.in terra autem a tinea ⁊ ab erugine coꝛrumpuntur.⁊ ideo ibi non eſt theſaurizandum. Jſta autem ratio cōcludit contra communia:quū iſta ita bene ſicut pꝛopꝛia coꝛrūpantur.Tertia ratio eſt:quia theſaurus qui poteſt amitti non eſt theſaurizandus in terra.in terra enim talia fures effodiunt ⁊ furantur.⁊ iſtud ita bene quando ſunt bona cōmunia:ſicut quādo ſunt pꝛopꝛia.Quarta ratio:quia vbi eſt theſaurus vniuſcuiuſq̄ ibi eſt coꝛ eius.ſed coꝛ nō debet eſſe in terra: ergo nec theſaurus. Jſta autem ratio cōcludit de theſauro cōmuni magis q̄ de pꝛopꝛio quantū ad homines politicos ⁊ legales.quia bona cōmunia magis diliguntur q̄ pꝛiuata a viris iſtis legaliter viuentibus:ſm quod docet Aug.in lib.de ciui.dei recitans dictū Catonis de Romanoꝛū perfectione lib.xv.c.xiiij.Uide quod ſcripſi ſupꝛa in pꝛima parte in.§ ſed licet pꝛincipatus.ꝟ. quātum ad pꝛimū.in arti.xlij. ¶ Quintū fundamentum eſt:q: Matth. xix.illi iuueni qui cupiebat vitam eternā/dominus dixit. Si vis perfectus eſſe:vade ⁊ vende omnia que habes: et da pauperibus:⁊ habebis theſaurū in celo:⁊ veni ſequere me.hec verba transferūtur.xiiij.q.j.§.j. Jſtud autem domini ſaluatoꝛis cōſilium non poteſt impleri per abnegationem rerum in pꝛopꝛio ⁊ non in cōmuni.quod quadrupliciter declaratur. Pꝛimo quia ſi euāgelica perfectio poteſt ſtare cū poſſeſſione rerum in cōmuni:tunc non opoꝛteret ad talem ſtatū omnia ſua vendere:ſed ſufficeret cōmunitati dare:contra dictum ipſius textus. ⁊ hoc magis accōmode tali perfectioni q̄ ſi omnia venderentur.vt eſt expꝛeſſum.xij.q.j.videntes.eo ꝙ tunc optime talis perfectio ſeruaretur.Secūdo quia dominus dixit/Uade ⁊ vēde omnia que habes/pꝛimo:⁊ da pauperibus.⁊ poſtea/ Sequere me.Ex quo colligitur ꝙ recedens de mūdo/debet vēdere ⁊ dare:⁊ poſtea omnibus denudatus/ venire ⁊ ſequi.vt etiam expꝛeſſe patet in regula beati Frāciſci in ij.c.quod incipit/Si qui voluerint.Si autem poſſet in cōmuni ponere:non opoꝛteret pꝛius dare ⁊ poſtea ſequi.ſed econuerſo pꝛius venire ⁊ poſtea dare.Tertio quia quum iſte iuuenis abijſſet merēs ad verbū chꝛiſti: quia dolebat de amiſſione tempoꝛaliū:ſubiunxit chꝛiſtus dicēs. Q̄ difficile qui pecunias habent/intrabunt in regnū dei. Quū autem contingat dolere de amiſſione bonoꝛum in cōmuni apud iuſtos magis q̄ de ſpeciali:magis videtur facile poſſe peruenire ad perfectionem quā chꝛiſtus indixit iuueni cum abdicatione omnium rerum in ſpeciali/et non in cōmuni.Quarto quia adiunxit ſaluatoꝛ.quia facilius eſt camelum per foꝛamen acus tranſire:q̄ conſiderem in diuitijs introire in regnū dei.Et tamen qui in cōmuni habent/vt de talibus bonis ſuſtētentur/in eis confidunt:eo ꝙ non audeant ſe illis ſpoliare ne foꝛte deficiant. Jtē ibidem dicit cōtra diuites/ꝙ impoſſibile eſt iſtos ſaluos fieri niſi cum difficultate quadā. Jlli autem qui habent diuitias:cōmuniter ſunt diuites illo modo. ergo non vidētur pertinere ad illam perfectionem quā chꝛiſtus vult ibi adſtruere. ¶ Sextum fundamentū eſt:quia Matth.x. chꝛiſtus dans apoſtolis regulam ad viuendum/dicit. Nolite poſſidere aurū ⁊c̄.vbi dicit gloſ.ꝙ non debēt cogitare de craſtino illi pꝛedicatoꝛes qui docent omnia regi a deo. Jſta autem regula apoſtolis data non poteſt intelligi quoad abnegationem rerum tātum in pꝛopꝛio. Tū quia duas tunicas , id eſt ſuperfluas veſtes:quas interdicit:

Abdicatio rerū in pticulari tātū nō vera eſt abdicatio.

Abnegatio in cōi ſolicitudinē iminuit.

Ubi ſit theſaurizandū.

Euāgelice perfectioni neceſſaria eſt abdicatio in cōmuni.

pꝛohibebat tam in pꝛopꝛio ꝗ in cōmuni: ⁊ eadem ratione de auro ⁊ argento: quū vnum fuerit pꝛeceptum vel conſi liū. Tum quia ſicut pera erat interdicta in ꝓpꝛio: ita ⁊ in cōmuni. quū circa iſtud inſtrumentum cōueniens non ſit diſtinctio. Tum quia apoſtoli calciamenta in cōmuni eadem ratione poꝛtare potuiſſent: ⁊ tūc ſimpliciter calciati euangelizaſſent. quod eſt contra textum qui dicit. Pꝛohibuit eis calciamēta: ⁊ conceſſit ſandalia tantū. Mar. vlti. Tum quia eodē modo diceretur de virga: quia poꝛtabāt virgam: ſed non in ꝓpꝛio. quod eſt cōtra doctrinam Aug. de cōcoꝛ. euan. qui dicit ꝙ non fuit eis conceſſa virga niſi ſpiritualis authoꝛitas. ⁊ dictum Mat. exponit ad literā. ¶ Septimū fundamentū eſt. quia Luc. ix. in quo chꝛiſtus tradidit apoſtoloꝝ regulā ſm beatū Amb. dicens. Nihil tuleritis in via: nec virgā/ nec peram/ nec panem/ nec pecuniam/ nec duas tunicas habueritis. voluit eos ſpoliare omnibus tēpoꝛalibus. quū ſm beatum Amb. ibidem/ per iſta intelligat omnia tēpoꝛalia. Sed ſi dicatur ꝙ iſta ſpoliatio eſt intelligenda in ꝓpꝛio ⁊ non in cōmuni: iſtud ſtare non poteſt. tum quia in ſequē. c. poſtꝗ chꝛiſtus dederat. xij. apoſtolis regulam: dedit. lxxij. diſcipulis. quib⁹ licet pꝛohibuerit ſacculum/ peram/ ⁊ calciamenta: non tamen pecuniam/ ſicut apoſtolis aurū ⁊ argentū: vt oſtenderetur ꝙ maioꝛ erat abnegatio apoſtoloꝝ rerum tēpoꝛalium ꝗ diſcipuloꝝ. Adde hic quod ſcripſi ſupꝛa in. §. ad illud. ꝝ. ſcdo reſpōdeo. in ar. lvj. ⁊ in. §. ſed contra hoc. in pꝛin. in ar. lviij. Et tamē omnes credūt. xij. q. j. c. ij. ꝙ abdicauerūt omnia in ſpeciali. Tū quia Mat. x. dans eādem regulam apoſtolis/ interdixit eis es poꝛtare i zonis ſuis. ⁊ iſtud non poteſt gloſſari ſm cōmune ⁊ pꝛopꝛium. Tum quia in eodē pꝛecepto conceſſit eis virgam. id eſt authoꝛitatem apoſtolicam ſm Aug. Et ita non ſolum in cōmuni ſed etiam in ſpeciali cuilibet. Tum quia ſandalioꝝ vſum cōceſſit: non ſolum in communi ſed etiam in ſpeciali. quū quilibet ipſis vteretur. ⁊ etiam eadem ratione de oībus alijs. ¶ Octauū fundamentū eſt. Matth. xix. quia dicente ibi Petro chꝛiſto/ Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ ſecuti ſumus te: qd ergo erit nobis? reſpondit chꝛiſtus. Amen dico vobis: ꝙ vos qui reliquiſtis omnia ⁊ ſecuti eſtis me. ⁊c. Et ſequitur. Omnis qui re. do. aut fra. aut ſoꝛ. pꝛopter me ⁊ euangeliū: centuplū accipiet: ⁊ vitam eternā poſſidebit. Ex quo loco aperte declaratur ꝙ cunctoꝝ abnegatio pertinet ad euangelicam perfectionē. Sed ꝙ iſta abnegatio fit non ſolū in ꝓpꝛio: ſed etiam in cōmuni: declarat quadruplciter. Pꝛimo q2 apl's Petrus ꝗ iſta dicebat/ oīa reliquerat: nihil retinēdo in ꝓpꝛio vel in communi de ijs que habebat. vt pꝫ in euangelio Mat. iiij. relictis inquit retibus ⁊ naui ſecuti ſunt eū. Secūdo q2 beatus Hiero. dicit in eodē loco ꝙ iſtam abnegationem fecit Socrates phs: cuius diſcipulus fuit Craton in hoc. ⁊ tamē cōſtat ꝙ illi oīa abijciebant in cōmuni ⁊ in ꝓpꝛio: non ſolū dimittēdo/ ſed etiam deſtruendo qđ malū erat. vt in geſtis beati Jo. euangeliſte. Tertio q2 in iſta abnegatione continent duo bonoꝝ genera: ſcꝫ bona naturalia/ vt parētes. vt pꝫ in Jacobo ⁊ Joanne. Mat. iiij. ⁊ bona foꝛtuita/ vt poſſeſſiones: ꝗ magis diſtant a ſpūalibus bonis: ⁊ maioꝛē nexū habemus ſm virtutē ⁊ naturā. ſed illa bona opoꝛtet totaliter dimittere a viris perfectis tam in ꝓpꝛio ꝗ in cōmuni declinando ab eoꝝ cōmunitate in mūdi politia non ſolū in pꝛopꝛio ab eoꝝ dominio. ergo multo magis cetera bona. Quarto q2 magis meruerūt Jacobus ⁊ Joannes dimittētes patrem cui⁹ erant nauis ⁊ retia: ꝗ Petr⁹ ⁊ Andreas dimittentes tantū ſecūda que erant ſua: quāto maius eſt bonū naturale ꝗ foꝛtuitū. ſed illi duo dimiſerūt patrem non ſolū in pꝛopꝛio quoad dominiū: ſed etiam in cōmuni quoad ciuitatem ⁊ mūdum: ergo multo foꝛtius illi relinquere habuerūt bona foꝛtuita tam in ꝓpꝛio ꝗ in cōmuni. ¶ Nonū fundamentū eſt. quia Luce. xiiij. indicens modū ſui diſcipulatus chꝛiſtus dixit. Omnis ex vobis ꝗ non renuntiat omnib⁹ que poſſidet: non poteſt meus eſſe

Apoſtolica tpalium abnegatio fuit et in ꝓpꝛio et in cōi.

diſcipulus. Dicūt autem textum euangelij palliantes/ ꝙ iſta renūtiatio debet intelligi in ꝓpꝛio: non in communi. ſed iſta expoſitio nō poteſt ſtare quadruplici ratione. Pꝛimo quia nō dat eius ſenſum perfectū. omne em̄ quod verificatur ſm quid/ diminute verificatur. Iſte ꝗ renuntiat tēpoꝛalibus bonis in ſingulari ⁊ non in communi non renūtiat eis ſimpliciter: quū habens in cōmuni habet ſimpliciter: ſicut dans in communi dat ſimpliciter: aut emēs vel vendens. ergo ⁊c. Secundo quia iſta gloſ. coꝛrumpit textū in quo dicitur. Niſi quis renūtiauerit omnibus que poſſidet: nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Ille autem ꝗ rei habite vno modo renuntiat: ⁊ ipſam alio modo habet: nō renuntiat rei: ſed modo habendi ipſam rem: quū ſolū modum dimittat. vt patuit. Tertio quia iſta expoſitio eſt contra legiſlatoꝛis intentionē. dicit enim Greg. in homil. ſup Matth. ꝙ iſtud nouū pꝛeceptum fuit a chꝛiſto datum contra concupiſcentiā alienoꝛum. Unde ſicut in vita veteri ⁊ carnali aliena concupiſcūtur: ita in ſpirituali vita ⁊ noua pꝛopꝛia donantur. ſed in illa vita contingit concupiſcere non ſolū in pꝛopꝛio: ſed in cōmuni. vt patet de ciuitatib⁹/ de terminis/ ⁊ alijs rebus cōmunibus altercantib⁹ ac cenobijs. ergo in vita noua ⁊ ſpūali ſunt largienda: dimittendo non ſolū pꝛopꝛiū ſed cōmune. Quarto q2 iſta gloſ. detrahit a ſaluatoꝛis documēto. qui alibi dicit Mat. xvi. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſuꝫ. Et foꝛtaſſe inquit Greg. laboꝛioſum non eſt homini relinquere ſua: ſed valde laboꝛioſum eſt homini relinquere ſemetipſum. ſed quicūqꝫ accedit ad perfectionem euangelicam relinquēdo ſeipſum: non ſolū relinquit ſe in pꝛopꝛio/ vt ſibi nō viuat: ſed etiam in cōmuni/ vt moꝛiatur mundo. vt docet Paulus. Uos inquit exiſtimate moꝛtuos ſuper terrā. ad Rom. vj. ergo multo magis relinquēs facilioꝛa debet ea abijcere tam in ꝓpꝛio ꝗ in cōmuni. Sed occurrit dubium quia Beda in gloſ. ſua ſuper illo verbo/ dicit ꝙ abnegare omnia ſicut hic chꝛiſtus dicit: non eſt omniū ſed paucoꝝ ⁊ perfectoꝝ. ſed illa gloſ. potius eſt ad pꝛopoſitū. ¶ Decimū fundamentū: q2 ipſe dicit Luc. vj. Ue vobis diuitibus qui habetis hic conſolationē veſtram. qđ vtiqꝫ non dicit diuitias ſimpliciter dānans. xxx. diſt. ⁊ hec ſcripſimus. xij. q. j. duo. ſed imperfectionē eis annexam. Quū autem conſolationes coꝛpoꝛales de ꝗbus loquitur: ita ex diuitijs cōmunibus ſicut ex pꝛopꝛijs cōtingat haberi: ſicut patet in monaſterijs diuitibus/ vbi monachi delicati⁹ ⁊ pinguius viuūt: vtrobiqꝫ imperfectio videtur annexa. Iſtud autē edictum dominicū ad pꝛopoſitū pertinere declarat ex duplici parabola in euangelio ſcripta. quarū pꝛima eſt de illo diuite cuius ager attulit vberes fructus. Lu. xij. cui fuit dictū/ Stulte hac nocte animā tuam repetam. quū in futurum cogitaret. ⁊ ſequitur. Sic eſt qui ſibi theſaurizat: ⁊ non eſt in deū diues. In quo monet nos domin⁹ circa diuitias nos habere ac ſi ſtatim deberem⁹ ſpiritū reddere. Et tamen conſtat ꝙ talis nullū cōmune vel pꝛopꝛiū/ niſi foꝛte alicui⁹ rei neceſſariū vſum/ ſicut moꝛiētes nō quereret. Scđa parabola eſt de ſemine qđ cecidit inter ſpinas: ⁊ ſimul exoꝛte ſpine ſuffocauerunt illud. Mat. xiij. ⁊ Luc. viij. quas ſpinas dixit domin⁹ eſſe diuitias que in anima ſuffocant verbū dei. Diuitie autem in communi ſunt vere diuitie diſtrahentes ⁊ ſolicitantes animum multipliciter poſſidentium ſe: vt patet ad ſenſum. ¶ Undecimum fundamentū eſt. quia Luce. xij. exhoꝛtans chꝛiſtus ſuos diſcipulos ad euangelizandum paupertatem/ dicit. Nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Uendite que poſſidetis ⁊ date eleemoſynā. Qꝫ autem iſtud conſilium ſaluatoꝛis non intelligatur de abrenūtiatione tempoꝛaliū in ſpeciali tantū/ declaratur. Tum quia illos qui retinent bona in cōmuni: nō opoꝛtet poſſeſſiones vēdere: ſed tantū cōmunitati dare. ⁊ tū datio ⁊ vēditio in cōſilio ſunt expꝛeſſe. Tum quia aſſignat dn̄s iſtius rationē. Facite vobis ſacculos ꝗ non veteraſcāt ⁊c. que omnia ita ſunt contra tēpoꝛalia in communi/ ſicut in

ſpeciali.quū fur ⁊ tinea iſta auferant/vt patuit/cōmunia ſicut ſpecialia. ¶ Duodecimū fundamētum eſt q: Mat. viij.⁊.ix.ipſe redemptor dixit cuidam ipſum volēti ſequi. Uulpes foueas habent ⁊ vo.ce.ni.ſi.autem ho.nō habet vbi ca.ſu.re. Et ꝙ iſtud verbū faciat ad propoſitū declaratur.quia ipſe dn̄s voluit in hoc verbo oſtēdere ꝙ ipſe magis exproprìatus eſſet ꝙ̄ beſtie:vt ptꝫ ex ipſorū verborum contextu.⁊ tamen conſtat ꝙ bruta nullū habent in cōmuni dominiū nec in ſpeciali:niſi tantū in eorū foueis vſum determinatū.quem tamē chriſtus non habebat in domibus:quū eſſet vagans: ſicut de ipſo fuerat prophetatum Hiere.xiiij. Quare quaſi colonus futurus es in terra: et quaſi viator declinans ad manendū? Quare futurus es velut vir vagus ⁊ fortis q̄ non poteſt ſaluare:que omnia ſunt officia ſolū in rebus vſum habentia. ¶ Iſta aūt veritas cōfirmat̄ primo:quia chriſtus fuit ita pauper in ſuo ortu/vt virgo mater ipſum pariens in diuerſorio reclinaret:⁊ pānis inuolueret in preſepio. Lu.ij. Ecce quāta paupertas in rebus/in loco/in ſeruientib⁹. Unde Hiero.contra Eluidiū. Nulla autem ibi obſtetrix:nulla muliercularum ſedulitas interceſſit. Ipſa pānis inuoluit infantem. ipſa mater ⁊ obſtetrix fuit. Unde ſequitur. Et pānis eum inuoluit. Itē Beda. Qui totum mundū nouo veſtiuit ornatu:pānis vilibus inuoluitur:vt nos ſtolam primā recipere valeamus iuſtitiā ⁊ innocētiam. Luc.xv. de peni.di. ij.§.romanos.℣.quō renouari.al's eſt.c.ibi. ſtola illa pma ⁊ ipſa iuſtitia eſt.⁊ ℣.ſed nec adam.al's eſt.c. Itē grecus ibi. O admirabilem peregrinationem ⁊ coarctationem quā ſubijt qui continet orbem.ab initio captat penuriā:⁊ eam in ſe decorat. Nimirū ſi voluiſſet:venire poterat mouendo celū/concutiendo terrā/emittēs fulmina. non autem ſic proceſſit.nō enim hominē perdere ſed ſaluare volebat:⁊ ab ipſis primordijs humanā conculcare ſuperbiā atꝙ ideo non tantū homo fit:ſed etiam homo pauper.et pauperem matrē elegit:que caret cunis quibus natū infantē reclinet.ſequitur em̄. Et reclinauit in preſepio. Itē Ambro. Propter te ergo infirmitas in ſe firmitas.poſtea ꝓpter te inopia in ſe opulentia. Noli hoc eſtimare quod cernis:ſed ꝙ redimeris agnoſce. Plus dn̄e Ieſu iniurijs tuis debeo ꝙ redēptus ſum:ꝙ̄ operibus ꝙ creatus. Non prodeſſet naſci:niſi redimi profuiſſet. ¶ Secundo q: ipſe pauper fuit in ſuo progreſſu: vt de eleemoſynis acceptis de facultatibus ipſum ſequentiū ſuſtētaretur.vt habetur Luc.viij.vbi dicit̄ ꝙ quū Ieſus iter faceret predicans per ciuitates ⁊ caſtella:mulieres que ipſum ſequebant̄ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.qd̄ tamen neceſſariū non fuiſſet:ſi aliquas facultates cōmunes cum apoſtolis ipſe dn̄s habuiſſet.immo fuiſſet ſuperfluū ⁊ peccatum. q: habere ⁊ aliena accipere auaritia ⁊ rapina eſt.xlij.diſtin.§.j. ¶ Tertio q: ip̄e pauper fuit in ſua paſſione:vt etiā oībus veſtimentis ſpoliatus nudus in cruce penderet. Ioā.xix. Et ipſa tunica inconſutilis ſuper quā ſors miſſa eſt/vilis erat. Unde.ibi.deſuper cōtexta per totum. Chryſ. Quia em̄ in Paleſtina duos pannos cōnectentes ſubtexunt indumēta:oſtendit Ioānes ꝙ talis erat tunica Ieſu:occulte vilitatem veſtimentorū inſinuans. ¶ Quarto q: pauper poſt mortem alienis funeralibus ⁊ ſepulcro ſepult⁹. Matth.xxij. Et ideo quū chriſtus ita intenſe exēpla ſumme paupertatis nobis oſtenderet in ſeipſo:nullus euangelicam veritatem diligens debet ambigere ipſum nihil in communi vel proprio habuiſſe.

Chriſti paupies multifariā oſtenditur.

B

Quib⁹ argumētis pn̄t īprobari q̄ de apoſtolorū paupertate dicta ſunt.

Ad partem cōtrariam introducuntur.xij. noui teſtamenti concluſiones ſiue inſtātie:que premiſſis obuiare vidētur. ¶ Quarum prima eſt que ſcribitur Io.iiij. ꝙ diſcipuli chriſti id eſt apoſtoli ipſo relicto iuxta puteum/iuerunt in ciuitatem Samarie vt cibos emerent. Ex quo colligitur ꝙ apoſtoli habebāt pecuniam vnde emebāt cibos. Ad quod reſpōdetur ꝙ ipſi nec propriam pecuniam nec eis cōmunem habebant:que ipſorū eſſet:ſed erat ſanctarum mulierū chriſto miniſtrātium.vt legitur Luc.viij. ⁊ ipſam pecuniam vel aliorū apoſtoli diſpenſabant:non ſicut ſuā/ſed ſicut alienam:donec cōmutaretur in victum neceſſariū chriſto ⁊ apoſtolis eius.quēadmodum ſeruus alicui⁹ patriſfamilias diſpenſat pecuniā eius in qua nihil dominij vel iuris habet: ſicut precipitur vel innuitur vel nouit placitū eſſe domino ſuo. Hec ſolutio probatur ꝑ parabolam de ſeruo diſpenſante pecuniā domini/⁊ cum eo lucrāte:⁊ de alio de mna dn̄i ſui lucrante.⁊ de alio eam in ſudario reponente.ad hec Matth.xxv.⁊ Luc.xix.⁊ vtrobiꝙ vocatur pecunia ⁊ mna dn̄i/⁊ non ſerui. ¶ Secūda inſtantia eſt:quia Luc.ix.dicente dn̄o apoſtolis vt darent māducare turbis:dixerunt. Non ſunt nobis plus ꝙ̄ qnꝙ panes:niſi eamus ⁊ emamus. Unde conſtat ꝙ pecuniam habebant vnde tante turbe poterāt emere cibos. Reſpōdetur ꝙ ſicut apoſtoli potuerūt de pecunia mulierum vel aliorū chriſto ⁊ ſibiipſis prouidere tāꝙ̄ executores eā adminiſtrantes:in qua nihil habebant dominij: ita de eorū voluntate toti turbe chriſtum ſequēti potuerunt prouidere:quādiu ille durabāt pecunie. Probatur hec ſolutio.q: pecunie quas diſpenſant executores/non ſunt eorum.ex̄ de teſta.tua.⁊.c.penul.facit.xij.q.j.habebat. ¶ Tertia inſtantia eſt:quia chriſtus ſoluit didrachmā ad vitandū ſcādalum. Mat.xvij.xxviij.q.j.iam nunc. Unde videt̄ ꝙ ſaltem habuit illum ſtaterem inuentum in ore piſcis per Petrum quem ſoluit. Didrachma continet duas drachmas. Drachma valet duos denarios vſuales. Stater duas didrachmas.⁊ ſic ſtater valet octo denarios. Iſtum ſtaterē inuenit Petrus de mādato chriſti in ore piſcis:quem ſoluit pro tributo pro ſe ⁊ chriſto.de hoc.xxiiij.q.j.eſt aliud.⁊ xxiij.q.viij.tributum.xj.q.j.magnum. adde hic quod ſcripſi ſupra.§.item iſtam queſtionē.℣.item Hieronymus.in arti.lvij. Sed ibi gloſ. Hieronymi ſoluit ad oppoſitū:que dicit ſic. Dn̄s tante paupertatis fuit: vt vnde daret tributum non haberet. Iudas enim in loculis habebat cōmunia:ſed res pauperū in ſuos vſus conuertere nefas duxit. Unde colligitur ꝙ chriſtus fuit pauper. non ſolū in proprio:ſed etiā in cōmuni.quū quilibet habens in cōmuni/de ipſo cōmuni poſſit tributa preſtare. Sed occurrit obiectio quomodo poteſt aliquis ſoluere aliquod tributū nil omnino habēs. Reſpondetur ꝙ ſicut ſeruus portans res domini ſui ſoluit vectigal de eius ⁊ nō de ſua pecunia:vel ali⁹ alicui⁹ domini negotiorū geſtor: Ita potuit chriſtus vel beatus Petrus de nō ſua pecunia ſoluere didrachmā Probatur hec ſolutio.quia ſeruus non poſſidet ea q̄ ſunt in peculio:ſed dominus.ff.de acqui.poſ.ꝙ ſeruus.⁊ no.xij. q.j.non dicatis.gloſ. Sed tunc occurrit ſecūda dubitatio cui⁹ erat ſtater ante ꝙ̄ ſolueretur.quū a nullo domino Petrus ipſum ſumpſiſſet. Reſpondetur ꝙ ille ſtater nullius fuit illo tēpore:quia nullus poteſt volens alicui⁹ rei accipere dominiū.ff.de acqui.poſ.ſi de eo.§.j. Et ideo ſic erat ſtater ille in manu Petri ſicut in ore piſcis quoad dominiū. Sed ſi dicatur:quomodo potuit ſoluere id quod ſuū non erat? Reſpōdetur ꝙ ad ſoluendū obligatus nō erat. vt dominus ibi dicit.ſed ſufficiebat ꝙ ſedaret ſcandalum iudeorū.⁊ ꝙ nulli preiudiciū fiebat:quia vt dictum eſt:ſtater in nullius dn̄io erat. Probatur hec ſolutio.q: neꝙ maris neꝙ piſcium ante capturam aliquis dominus eſt:niſi creator eorū deus.diſt.viij.quo iure.pſ̄.lxxj. Et dominabitur a mari vſꝙ ad mare. ¶ Quarta inſtātia eſt:quia Io. xij.ſcribitur ꝙ Iudas dicebat. Quare vnguentum iſtud non ve.⁊c̄.non quia de egenis pertinebat ad eū:ſed quia fur erat:⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. Ex quo habetur ꝙ chriſtus habuit loculos in q̄bus portabantur ea que mittebantur:⁊ ſic habuit in cōmuni. Reſpondetur ꝙ habuit loculos dn̄s ſ̄m Aug.q: eccleſia erat habitura loculos.xij.q.j.habebat.⁊.c.exemplum. Ex quo colligitur ꝙ chriſtus loculos nō habuit niſi quia eccleſia erat habitura.⁊ ſic non pro ſe:ſed vt eccleſie eſſe licitū demonſtraret:⁊ in perſonam infirmorum.vt in decre.extꝫ.⁊

ſupra ſepe

ſ.ſepe dictum eſt. Sicut et dicitur de fuga quã chꝛiſtus fe‑
cit ad condeſcendendum infirmis.vt dicit Augu.ſuper il‑
lud Jo.vij.Ambulabat Jeſus in galileam.¶ Quinta in‑
ſtãtia eſt:quia Jo.xiij.quum dixiſſet dñs Jude.Quod fa‑
cis fac citius.quidam putabãt quia loculos habebat Ju‑
das:vt diceret ei dñs. Eme ea q̃ neceſſaria ſunt nobis ad
diem feſtũ:aut egenis aliquid daret.Ex quo loco colligũt
quidam ꝙ aliquid tenuerit Judas in cõmuni. ſed iam ad
hoc facta eſt reſponſio ſm̃ Augu.xij. q.j. habebat. in figu‑
ram eccleſie loculos habiture. Unde non habuit chꝛiſtus
loculos ad pecuniam poſſidẽdam. quum hoc vt.ſ. patuit
apoſtolis pꝛohibuerit. ſed tñ ad pecuniam ſeruãdam ad
indigentiam egenoꝛum. Pecunie autem ſeruatio pꝛo ne‑
ceſſitatibus ingruentibus nullam in ſeruante arguit poſ‑
ſeſſionem:quũ alienum cõtingat in omni depoſito: cuius
apud deponentem dominium et poſſeſſio retinetur.ff.de‑
poſiti.licet.§.j. ¶ Sexta inſtantia eſt:quia Luc.xxij.vide‑
tur dñs reuocaſſe regulam quam dederit apoſtolis:quan
do inquit. Quando miſi vos ſine ſacculo et pera:nũquid
aliquid defuit vobis? Quib⁹ reſpondentibus/Nihil.dñs
ſubiunxit. Et nunc qui habet ſacculũ tollat:ſimiliter et pe
ram.⁊ qui non habet gladiũ:vendat tunicam ſuã et emat
gladiũ. Reſpondetꝛ ꝙ non reuocauit: ſed in illo tp̃e id qꝺ
pacis tempoꝛe inſtituerat diſpenſauit.Unde gloſ.ibi. Nõ
eadem inquit foꝛma viuẽdi vel regula perſecutionis:que
pacis tempoꝛe diſcipulos infoꝛmat.et cetera quã.ſ.poſui.
Et per iſtum modum etiam credunt aliqui doctoꝛes chꝛi‑
ſtum habuiſſe loculos: q꞉ non legimus chꝛiſtum habuiſſe
loculos niſi tempoꝛe paſſionis in textu diuine ſcripture.
¶ Septima inſtãtia eſt:quia chꝛiſtus in moꝛte habuit ve‑
ſtimẽta que erant ſua. Jo.xix. Partiti ſunt veſtimẽta mea:
et ſuper veſtẽ meã miſerunt ſoꝛtem. Sed inſtantia arguit
de pꝛopꝛio in ſpeciali. Sed reſpondetur ꝙ erant ſua quan
tum ad vſum:et pꝛopꝛietas illoꝛum qui dederant.ſicut ve
ſtimẽta filijfamilias ⁊ ſerui ſunt patris.et dic ſicut lati⁹.ſ.
dixi in.§.iſtam queſtionem.ver.ꝙ non obijcitur.in ar.lviij.
¶ Octaua inſtantia eſt:ꝙ Jo.xxj. dicitur ꝙ Petrus poſt
chꝛiſti reſurrectionem redijt ad piſcãdum.vbi dicit Augu.
ꝙ licitum fuit ei ſeruata perfectione apoſtolica victũ per
piſcationẽ acquirere. Et beatus Gꝛego.ibidẽ dicit. Nego‑
tium qꝺ ante conuerſionem ſine culpa extitit: poſt conuer
ſionem repetere culpa non fuit. de peni.diſt.v.negotium.
Et tunc videtur ꝙ licuit beato Petro piſces ſuos vende‑
re ad victum habendum:quod non potuit fieri niſi in eis
habuiſſet aliquod dominium. Reſpondetur ꝙ nũq̃ Pe‑
trus piſces ſuos vendidiſſet:ſed dediſſet:aut potius dimi
ſiſſet eos pꝛo victu ſibi neceſſario dãs laboꝛem ſolum. Et
ſi queratur cuius fuerunt illi capti piſces ante alioꝛum ac
ceptionẽ. Reſpondetꝛ ꝙ nullius ſm̃ dominiũ:ſicut nec in
mari.quum nullus acquirat ius in re inuitus: ſicut maria
et flumina et litoꝛa in nullius bonis ſunt hominis ſpecia‑
lis.inſti.de rerũ diui.§.litoꝝ.vbi no.et dixi.ſ. Et hoc eccle‑
ſia determinat in regula beati Franciſci:quã ex certa ſcien
tia appꝛobauit ⁊ toties confirmauit.in.c.fratres. Jlli qui‑
bus gratiam dedit dñs laboꝛandi:laboꝛent fideliter ⁊ de‑
uote ⁊c. Et infra. De mercede vero laboꝛis ꝓ ſe ⁊ ſuis fra‑
tribus coꝛpoꝛis neceſſaria recipiant:p̃ter denarios vel pe
cuniã. Uera regula iſta apoſtolica digito dei viui ſcripta
ſoluẽs dubia et abnegãs pꝛopꝛia. ¶ Nona inſtãtia:quia
j.ad Timo.vj.dicitur. ꝙ habentes alimenta et quibus te‑
gamur/his cõtenti ſimus.x.q.ij. epiſcopus. Ex quo habe‑
tur ꝙ ad minus opoꝛtet victũ et veſtitum habere: que cõ‑
mode haberi non poſſunt ſine aliqua pecunia. Sed reſpõ
detur ꝙ iſta authoꝛitas eſt magis ad oppoſitum:q꞉ nim‑
mis erat contentus apoſtolus ad vitam trãſitoꝛiam. Ali‑
mentoꝛum autem et veſtimentoꝛum vſus ſufficit ſine do‑
minio:vt patet in ſeruis et filijs. vnde plus in iſtis non re
quirebat apoſtolus:vt ibidem dicit. Q꞉ autem apoſtolus
idem nõ habuit niſi vſum ſolum: ipſe expꝛeſſe teſtificatur
ad Phil.iiij. vbi gratias agit quia ei miſerant bis alimo‑
niam.bis in vſum inquit:et non in dominium. ¶ Decima
inſtantia eſt: quia ipſe Paulus fuit ſcenofactoꝛie artis:id
eſt pelliparius.ſicut dicit Chꝛyſ.de laudibus Pauli.et de
miniſterio ſuo lucrabatur victum ſuum.Act.xviij.et ſic lu‑
crum illud erat ad minus ſuum. Unde dicit ad Ephe. iiij.
Unuſquiſq; magis laboꝛet manibus ſuis: qꝺ bonum eſt.
vnde operabatur ad lucrum vt non grauaret eccleſiam. j.
q.ij. ſacerdos. Sed reſpondetur ꝙ illi apud quos mane‑
bat:vt dicitur in pꝛealle.c.Actu.xviij. accipiebant lucrum:
et pꝛouidebant ei de victu: ſicut faciunt magiſtri pꝛincipa
les in mechanicis de ſcholaribus quaſi ſuis. At ſi ipſe reci
peret pꝛo neceſſitatibus ſuis ad ſeruandum: tunc reman‑
ſiſſet dominium apud dantem: et authoꝛitas donec pecu‑
nia fuiſſet expenſa.vel hic dicendum eſt ſicut de Petro.ſ.
in.viij.inſtantia. ¶ Undecima inſtantia eſt: quia Act.xx.
dicitur. Beati⁹ eſt dare q̃ accipere.ex̃ de cele.miſ. cũ mar‑
the.§.j. Et ideo ille religiones que habent aliquid in com
muni videntur beatioꝛes:et ſic perfectioꝛes:quia poſſunt
dare: q̃ ille que ſemper habent recipere. Reſpondetur ꝙ
iſta ratio pꝛobat ꝙ quanto eſt ditioꝛ ſtatus: tãto eſt perfe‑
ctioꝛ.immo ꝙ perfectius eſt habere in pꝛopꝛio/q̃ in cõmu
ni ſolũ. quum res que pꝛopꝛius poſſidentur/liberius poſ‑
ſint dari. Sed dicendum eſt ꝙ quo modo pauperes euan
gelici poſſunt recipere/eo modo poſſunt dare de licentia
dominoꝛum: ſicut et vti. et ſic faciebat ſanctus Frãciſcus.
et eſt expꝛeſſum ex̃ de verbo.ſigni.exijt.lib.vj. de miniſtris
qui de licẽtia pape poſſunt dare in oꝛdine et extra oꝛdinẽ/
excepta pecunia: quam etiam de voluntate illoꝛum quoꝝ
eſt nõ poſſunt cõtrectare aut diſpenſare. vt in decre. exijt.
de verbo.ſigni.lib.vj.⁊ in decre.exiui.de verbo.ſigni.in cle
men.§.cupientes. Et ſic dantes pauperes beatioꝛes ſunt/
q̃ alij pauperes non euangelici recipientes:quia cũ pau‑
pertate et de paupertate ſua faciunt miſericoꝛdiam. et ſic
intelligit iſtud verbum/Beatius eſt dare. Jo.caſſi.in.xij.
libelꝭ.in.x. libello de ſpiritu acidie. Unde chꝛiſtus non ſo‑
lum recipiebat:ſed et dabat pauperibus.et facit quod le‑
gitur ⁊ no.lxxxvj.diſt.non ſatis.in gloſ.ar.ꝙ pauper vſum
habet in rebus quas recepit:nõ dominiũ. Et hic adde qꝺ
longe.ſ.notaui de iſto ar.in.§. ex quo ſponſa.ver. item ad
Epheſ.iiij.in arti.lj.et.j.in.§.hoc autem pꝛeceptum.ver.ſu
per illud.in artꝭ.lxv. ¶ Duodecima inſtantia eſt de.c.ſepe
dicto.xij.q.j.dilectiſſimis.ꝙ apoſtoli viuebant in illa com‑
munitate eccleſie pꝛimitiue. Reſpõdetur per doctoꝛes ꝙ
illa fuit regula diſcipuloꝛum et non apoſtoloꝛum chꝛiſti.
¶ Jſta ſolutio declaratur quadrupliciter ex ipſo textu ſa Non ea‑
cre ſcripture. Pꝛimo quia ipſe dominus dedit aliam regu dem fuit
lam quoad aliqua apoſtolis et aliam diſcipulis. vt patet aplo꞉ et
Luce.ix.expꝛeſſe. Et ideo.c.pꝛealle.dilectiſſimis. loquitur diſcipu‑
de diſcipulis qui non fuerunt ita perfecti. nihil eſt ad op‑ loꝛum re
poſitum. ¶ Secundo quia ibi dicit tex.Act.iiij. Multitu gula.
dinis inquit credentium ⁊c.erant illis omnia communia.
Jllius autem multitudinis in communitate non nomina
bantur apoſtoli:ſed nominabantur conuerſi ad fidẽ. Un‑
de ſequitur ꝙ nemo ceteroꝛum audebat ſe iũgere apoſto‑
lis:ſed magnificabat eos populus. Ex quo patet ꝙ popu
lus et multitudo erant ab apoſtolis ſequeſtrati. ¶ Ter‑
tio quia fideles vendebant agros: et ponebant pꝛecia an
te pedes apoſtoloꝛum:et illi non detinebant ſibi:ſed diui
debant pꝛout vnicuiq; opus erat.vnde nõ erant ipſi poſ‑
ſeſſoꝛes: ſ; tñ diſtributoꝛes. quod officium in re dominiũ
non requirit.vel ſicut teſtamentoꝛum executoꝛes.vt.ſ.di‑
xi. ¶ Quarto quia Actu.iij. quum ille claudus ſperaret a
Petro eleemoſynam:dixit ei Petrus. Argentum et aurũ
non eſt mihi ⁊c. Si autem aurum et argentum in commu‑
ni habuiſſet: de illo ſibi communi eleemoſynam ſibi face‑
re potuiſſet: maxime quia caput erat totius eccleſie pꝛinci Quadri
pale. Adde hic quod ſcripſi.ſ.in.§. ſed cõtra hec dicendũ, fariã po
in pꝛin.in ar.lviij. ¶ Jntelligendum eſt tamen ꝙ habere teſt q̃d
aliquid in communi poteſt intelligi quatuoꝛ modis. Aut haberi i
per modũ vniuerſaliter aut naturaliter dominantis.ſicut cõmuni.

in communi omnia bona regni ſunt regis. diſt.viij.quo iure.ſicut dicebat Abneger ad Dauid.Cuius erūt queq; bona iſrael?ij.Reg.iij.in tex.Cui⁹ eſt terra?Unde reges non ſunt domini proprietarij rerum ſingularū regni:ſed quantum ad defenſionem et gubernationem.legitur et no.C. de quadri.preſcrip.bñ a zenone.facit ex̄ de ſup.ne.pre. grā di.lib.vi.ex̄ de iureiurā.intellecto. xxiij.q.viij.§.ecce. ſuper verbo/emeret.et in gloſ.ſuper hoc verbo/poſita.que incipit/et ita. Aut per modum particulariter poſſidētis. ſicut Saul preter regnum poſſeſſiones quas reddidit Dauid Miphiboſeth.ij.Reg.ix.Aut per modum fideliter diſtribuentis.vt Joiada ſacerdos diſtribuebat pecuniam operarijs domus domini quam populus offerebat.iiij.Reg. xij. Aut per modum ſumentis vtiliter.i.ad ſolum vſum ſibi neceſſarium: ſicut vidue et pupilli ſumebāt ſibi victum de ijs que conſeruabat Onias.ij.Macha.xij. Nunc autē chriſtus habuit omnia in ratione vniuerſaliter vel naturaliter dominātis:quia iure naturali:quum ipſe eſſet princeps omnium ſpiritualium ſm humanitatem habuit ſub ſe principatum temporalium.Sed non habuit in communi in ratione poſſidētis particulariter: quia oppoſitū precepit apoſtolis:vt nihil poſſiderent. Tertio habuit in cōmuni ad diſtribuendum: ex quo ad neceſſitatem ſuam ſumebat ex premiſſis.

Quatuor ob cauſas chriſt⁹ loculis vtebatur.

¶ Intelligendum eſt vlterius φ chriſtus vtebat̄ loculis quadruplici ex cauſa. Primo quoad neceſſitatem ſuam ſumendo.Et ideo dicitur Jo.xij.φ quidam putauerūt quādo dixit Jude.Quod facis fac citius: φ diceret ei/Eme ea que nobis ſunt neceſſaria ad diem feſtum.quod non cogitaſſent:niſi alias vidiſſent ſimile. Secundo vtebatur ad pauperum indigentiam releuandam. quia ibidem dicitur φ aliqui putauerūt φ ei quia loculos habebat mandaret φ egenis aliquid daret. Unde habet̄ φ de illis loculis cōſueuerat egenis aliquid prouidere.et eſt expreſſum.xij.q.i.habebat.Tertio vtebatur loculis ad dandum exemplum infirmis.vt.ſ̄.ſepe dictum eſt.Quarto vtebatur ad dandum exemplum perfectis: vt pro tempore tribulatiōis loculos habere poſſent. vt.ſ̄. patuit ſm Bedam. et burſarios quum per loca inhoſpitalia tranſirēt. Et nulla iſtarum cauſarum arguit pſum habuiſſe dominium aliquod in pecunia: quia de alieno poteſt quis ſuſtentari et aliena diſtribuere.ſicut de omnibus iſtis.ſ̄.longius copioſiſſime dictū eſt in.§.φ ſimplex facti vſus.in ar. lvi.cū quinq;.§.ſubſequentib⁹ poſitis ſub ſuis ar.τ.i.in.§. hoc autem preceptum.ver.fuit ergo vna cauſa. in art.lxv. Nec ad hoc obuiat Jo.xiij. φ omnia dedit ei pater in manu:et ſic videtur φ omnia in eius dominio fuerūt.q: ſicut dictum eſt/omnia extāt in manu eius iure naturaliter vel vniuerſaliter dominantis:non in ſpeciali vel in communi particulariter iure proprietario poſſidentis. Predicta de intellectu euangelij de paupertate loquētis et de vſus ſeparatione in religioſis a proprio quo carent: intelligo ſaluo intellectu conſtitutionum dñi noſtri dñi pape Joā. de iſta materia loquētium quibus ſto:et cuius correctioni cōmiſi in prin.iſtius operis/in medio/hic/et in fine hoc op⁹. Facta vtili digreſſione.a.§. porro omnis religio.huc uſq;. de perfectione euāgelica chriſti et apl'oꝝ:et fratrū minorū regula et declarationibus eius. Nūc ad materiam de qua incepi.ſ̄.§.nūc vero ad religioſoꝝ.in ar.liiij.ſcʒ de religioſoꝝ vitijs/et primo de proprietatis vitio redeamus.

¶ Articulus.lxiiij.

# Et adhuc petita venia a dominis religioſis:

de quorum numero indignus ego ſum: pro eorum et mea vtilitate/et quia eſt poſteris plurimum profuturum: de eorum ſtatu et defectibus latius ſcriptitabo.

¶ A Et quia in preall'.§.nunc vero. dixi quomodo religioſi offendunt in vitio ꝓprietatis in ingreſſu religionis: nūc dicēdum quomodo offendunt in eodem vitio in progreſſu. Nā iſtius tēporis hypocritalis noſtri regulares aliqui preſertim mendicantes/qui arctius paupertatem ſeruare tenentur.ex̄ de exceſ.prela.c.peñ.τ fi.in multis in iſta proprietate offendunt.

In religioſos auri cupidos.

¶ B Tum primo quia vltra veras neceſſitates/etſi frequenter non habeant:res tñ mundi et maxime pecuniam habere cupiunt et intēdūt. Unde auaritia dicitur ab aueo aues.i.cupio.vel ab auro et ſitio: quaſi aurū ſitiens. Ad hoc.xlvij.di.ſicut hi.xiiij.q.iiij.quid dicam.et.i.q.i.§.ex his.ibi.Craſſus aurum ſitiuit:τ aurum bibit.Unde nō ſunt pauperes ſpiritu.i.voluntate. Mat. v.Beati pauperes ſpiritu.vbi Hiero. Qui ſcʒ propter ſpiritū ſanctū volūtate ſunt pauperes. Alij pauperes etſi frequenter ſint rebus pauperes: non abijciūt tamen diuitiis volūtatem. vt dicit Daniel in collatione ſua que eſt.iiij. in lib.collationū Jo.caſſi.

¶ C Et de talibus dicit Climacus in gradu.xv.de auaritia.in tit.de celeſti curſu paupertatis. Qui eſt irrationabiliter.i.inuolūtarie pauper et indiſcrete:leditur in duobus: quia a preſentibus eſt abſtractus et elongatus:et priuatus eſt a futuris. Et ſm Hiere. contritione duplici conteruntur: et preſentis egeſtatis et future.Hiere.xvij.ſm enim Bernar.ſermone.cli. Duo habet paupertas voluntaria ſequentium chriſtum: afflictionem.ſ.et vilitatē.de quibus pſ̄.xxviij. Uide inquit humilitatem meam et laborem meum.Et propterea in terra ſua duplicia poſſidebunt.Eſa.lxij. vt pro pudore ſit honor iudiciarie poteſtatis. ꝓ labore refrigeriū placidiſſime ſeſſionis. Uñ Job.xxxvi. Judiciū dedit pauperibus. Mat.xix. Uos q̄ ſecuti eſtis me τc.et Grego. Quiſquis diuini amoris ſtimulo incitat⁹ hic poſſeſſa reliquerit:in iudicio ꝓculdubio culmē iudiciarie poteſtatis obtinebit.

¶ D Sed multi religioſi noſtri temporis neq; viles apparere appetunt:nec penuriam ſuſtinere.contra quos Bern. ſuper illud Mat.v.Beati pauperes ſpū.Sunt qui pauperes eē volunt:eo tamen pacto vt nihil eis deſit.et ſic diligūt paupertatem:vt nullam inopiam patiantur:nec vilificari/ſed glorificari appetunt. Unde tales a dño odiuntur:q: odit deus inter illa tria ſuperbum pauperem. Eccli.xxv. Tū ſecundo q: ſicut habent tales mentē auaram: ſic quum offeruntur vel dantur ſuperflua: recipiunt. et diuerſis modis et ingenijs aurum extorquent a barbaris.C. de cōmer. et merca.l.ij.et ex̄ de pe.τ re.abuſionibus. Et reuera nūq̄ tales communiter ſatiantur.vt in clemen.xiiij.q.iiij.quid dicam.quia habent animas calidas quaſi ignis ardens:nec extinguit̄ donec deglutiāt.Eccli.xxiij.Greg. Auaritia deſideratis rebus nō extinguit̄:ſʒ augetur: more ignis cuius flāma ex lignis adiectis videt̄ cōprimi: ſed paulo poſt cernitur dilatari.Uere tales religioſi mendicātes/ſunt pauperū qui vere indigēt necatores.Eccli.xxxiiij. Panis egētium vita pauperis eſt. qui defraudat illum homo ſanguinis eſt.ar.ad hoc.xiij.q.ij. qui oblationes.i.τ.ij.xij.q.ij. qui abſtulerit.et.c.amico. ſub.c.gloria epi. Tales etiā fures et latrones ſunt.quia ſm Hiero.Aliena rapere conuincitur: qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur.xlij.diſt.§.i.ver. quomodo.τ preall'.c.ſicut hi.ex̄ de reſti.ſpolia.ſepe.Et ſm Ambro.Qui accipit/et non indiget:rapit. Job.xv. Ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui munera libenter accipiūt. Eſa.xxxiij. Beat⁹ qui excutit manus ſuas ab omni munere.i.q.i.ſunt nonnulli.vbi verba Eſa. per Grego. de triplici munere exponuntur/lingue/adulationis/obſequij/et cuiuſcūq; rei temporalis.ad idem ex̄ de ſimo.etſi queſtiones.Et ideo dicebat beatus Franciſcus verus τ nō fictus expropriatus et pauper. Nūq̄ fui fur et latro.i.de eleemoſynis que pauperum ſunt hereditas: ſemper minus accepi q̄ me cōtingeret: ne defraudarentur alij pauperes ſorte ſua:quia contrarium facere furtum eſſet.

¶ E Cōtra tales Luce.xxi. Uidete ne grauentur corda veſtra crapula et ebrietate et curis huius vite. Qđ exponens Iſaac in.i. ſua collatione de oratione. vt legitur in li. collationū Jo. caſſi.ait. Eſt notādum quibus ex cauſis grauari mētē dñs deſignauerit. Non enim adulteria/non fornicationes/nō homicidia/que mortalia eſſe nullus ignorat.xxv.diſtin.§.

criminis.ver.ea deinde.⁊ ex̄ de iureiuran.etſi chriſtus. ſed crapulam poſuit et ebrietatem et curas ſeculares: que intantum nemo hominum huius mundi cauet: aut damnabilia iudicat: vt etiã nonnulli (quod pudet dicere) ſemetipſos monachos nuncupantes iiſdemipſis diſtentionibꝰ velut innoxijs et vtilibus implicentur. Nã ꝙ ſeculares cure cadere in nos religioſos nonnunꝗ̃ poſſint: certa et manifeſta rõne monſtratum eſt ſm̃ regulam ſeniorũ: qui quicquid neceſſitatem victus quotidiani ⁊ ineuitabilem vſum carnis excedit: ad ſecularem definierunt curam et ſolicitudinẽ pertinere. vt verbi gratia. Si quum poſſit operatio vnius ſolidi neceſſitatem corporis expedire: ad duorũ vel trium ſolidorum acquiſitionẽ noſmetipſos propẽſiore velimus opere et labore aut habendi ſolicitudine et cura diſtendere. Et quum duarũ velamẽ ſufficit tunicarũ. Mat. x. ad vſum ſcʒ noctis et diei: tres vel quatuor fieri procuremus. Quumqꝫ vnius vel duarum ſufficiat habitatio cellularum: ambitione ſeculari atqꝫ amplitudine delectati quatuor ſeu quinqꝫ cellas et eaſdem exquiſiti ornatus ⁊ capaciores ꝗ̃ vſus deſiderat, extruamus: paſſionem libidinis mundialis in quibus poſſumus preferentes: quod nõ niſi inſtinctu demonum fieri manifeſta nos experimenta docuerunt. ⁊ paulopoſt. Et idcirco morbum ambitus ſecularis noſtris mentibus non ineſſe, non vtiqꝫ tantum eorum ignotorum abſtinẽtia comprobabit: que etiam ſi velimus explere nõ poſſumus: neqꝫ illarum rerum aſpectus quas ſi affectauerimus, tam apud ſpirituales viros ꝗ̃ apud ſeculi homines notabiles prima facie redderemur: ſed etiã quũ illa que noſtre ſuppetunt poteſtati: ⁊ honeſtate quadam videntur obnubi: rigida mente reſpuimus. Et reuera non minus hec que minima videntur: queqꝫ ab ijs qui noſtre ꝓfeſſionis ſunt cernimus indifferẽter admitti: pro qualitate ſua aggrauãt mẽtem: ꝗ̃ illa maiora que ſm̃ ſuũ ſtatum ſecularium ſenſus inebriare conſueuerunt: non ſinentia depoſita fece terrena ad deum in quo ſemper defixa debet eſſe intentio monachi, reſpirare: cui ab illo ſummo bono vel parua ſeparatio mors preſens ac ꝑniciosiſſimus interitus eſt credendus. hucuſqꝫ verba Iſaac. ꝗ etiã in eadem collatione de huiuſmodi ſuperflua ſeculari cura tale ponit exemplum religioſis perpetuo recordandũ.

¶ ff Nam quidam probatiſſimus ſeniorum quũ tranſiret iuxta cellam cuiuſdam fratris hac animi quã diximus egritudine laborãtis: vtpote qui extruendis reparãdiſqꝫ ſuperfluis inquietus quotidianis diſtentionibus inſudaret: et eminus conſpexiſſet eum graui malleo ſaxũ duriſſimum conterentem: vidiſſetqꝫ ethiopem quẽdam. i. demonem adſtantem illi: et vna cum eodem ictus mallei iũctis conſertiſqꝫ manibus illidentem: eũqꝫ ad operis illius inſtantiam ignitis faſcibus inſtigãtem: diutiſſime ſubſtitit, vel impreſſionem duriſſimi demonis vel fraudem tãte illuſionis admirans. quum enĩ nimia laſſitudine fatigatus frater requieſcere iam finemqꝫ operi voluiſſet imponere: inſtigatione illius ſpiritus animatus iterũ reſumere malleum, nec deſinere ab intentione cepti operis vrgebatur: ita vt eiſdẽ eius incitamentis infatigabiliter ſuſtentatus tanti laboris non ſentiret iniuriam. Tandem igitur ſenex tam dira demonis ludificatione permotus ad cellam fratris diuertit: ſalutanſqꝫ eũ ꝗd inquit eſt frater iſtud opus quod agis? At ille, laboramus ait cõtra iſtud duriſſimum ſaxum: vixqꝫ illud potuimus aliquãdo conterere. Ad hec ſenex. Bene dixiſti, potuimus. nõ enim ſolus eras quum illud cederes: ſed alius fuit tecum quem non vidiſti: qui tibi in hoc opere non tam adiutor: ꝗ̃ violentiſſimus impulſor adſtabat. hucuſqꝫ Caſſi. Adde hic quod ſcripſi. s. in. §. labor autem. in ſi. in. li. art. ¶ De religioſis etiam iſtius tẽporis multis ſatis illud competit Baruch. iij. Argentum et aurum theſaurizant: et non eſt finis theſaurorum eorũ. Nam nedum inter monachos ſed inter mendicantes aliqui maxime prelati ⁊ literati inter eos ſummas librorum pannorum et ſupellectilium habent: ⁊ ducunt ſcrinia magna et capſas: nedum contra euãgelium peram. Luc. xxij. Et eorum celle non pauperum domũcule et tuguria et diuerſoria videntur: ſed mercatorum camere et pontice et ſpeciariorum apothece et enthece. contra illud canonis. enthecam habere non licet. et loquitur de religioſis. xij. q. j. nolo. Quicquid quaſi precioſum habere poſſunt: reponunt non in celis. Matthei. vi. ſed vbi fures effodiunt et furantur: et tinea demolitur. Multorum ſupellectilia religioſorum plus conſtant ad portandum: quum ſe mutãt de loco in locum: ꝗ̃ valeat quicquid in mundo antea poſſidebant. Nummos et pecunias tantas quidam mali religioſi habẽt: quãtas habere poſſunt: immo nedum in vno loco quidam eorum, ſed in locis diuerſis ſcrinia et armaria tenent. Contra quos omnes predictos Io. caſſi. in. iiij. lib. de inſtitutis renuntiantium ait de illis ſanctis monachis egyptijs inter quos nullum peculiare opus a quoꝗ̃ penitus affectatur. Quumqꝫ totã enthecam cenobij ſuã credat eſſe ſubſtantiam: ad retinendam nihilominus arrepte nuditatis virtutem quam ſtudet ad finem perfecte inuiolabiliter cuſtodire: ita ſemetipſm̃ quiſqꝫ a cunctis extraneum ⁊ ex omnibus iudicat alienum: vt tamꝗ̃ peregrinum ſe gerat: alũnũqꝫ ſe potius monaſterij reputet ac miniſtrum, ꝗ̃ dominiũ cuiuſꝗ̃ rei preſumat. Ad hec nos miſerabiles quid dicemus? qui in cenobijs commorãtes, ac ſub abbatis cura et ſolicitudine conſtituti peculiares circumferimus claues: omniqꝫ profeſſionis noſtre verecundia et confuſione calcata, etiam annulos quibus recondita preſignemus in digitis geſtare palam non pudet: quibus non ſolum ciſtelle vel ſporte, ſed nec arce quidem vel armaria ad ea que cõgerimus vel que egreſſi de ſeculo reſeruauimus condenda ſufficiunt. Quiqꝫ ita nõnunꝗ̃ pro viliſſimis nulliſqꝫ rebus in iram accendimur: eas duntaxat velut proprias vendicantes: vt ſi quis vel digito quicquid ex ijs contrectare preſumpſerit: tanta cõtra eum iracundia inardeſcamus: vt commotionem cordis noſtri ne a labijs quidem ac tota corporis indignatione reuocare poſſimus. hucuſqꝫ Ioã. ¶ Contra quemdam ſic peculiaria poſſidẽtem ait ſanctus Baſilius. Et ſenatorem inquit Syncleti perdidiſti: et monachum nõ feciſti. vt narrat ibidem Io. caſſi. Sed contra hoc dicunt multi ex talibus regularibus tepefacti ꝙ talia omnia etiam ſuperflua tenẽt de ſuorum licentia prelatorum. Ad quos reſpõdeo ꝙ prelati ſimplicium et clauſtralium regularium adminiſtrationes non habentium non poſſunt cum talibus ꝙ habeant et vtantur ſuperfluis diſpenſare: quia iſtud non eſt diſpẽſare vel rectam licentiam dare, ſed diſſipare: quia diſpenſatio eſt diſcreta penſatio neceſſitate vel vtilitate ſuadente. j. q. vij. §. vbi rigor. vbi de hoc. cum. c. ſequentibus. Quũ enim quilibet religioſus victu et veſtitu debeat eſſe contẽtus. j. Timo. vi. vt ſuperius eſt ꝓbatũ. xij. q. j. clericus. c. epiſcopus. c. habebat. quomodo cõtra iura et eorum regulas poteſt cum talibus in tali auaritia diſpẽſari? nam vbi peccatum implicatur: licentia vel diſpenſatio nõ habet locũ. arg. diſt. viij. que contra. et. xiiij. diſt. §. j. cum. c. ſeq. et de iureiuran. etſi chriſtus. §. quedam. Vnus enim in congregatione debet eſſe prelatus: et ille cui cõmittit: qui bona monaſterij aut illius religionis debet diſpenſare prout vnicuiqꝫ opus fuerit. vt. xij. q. j. c. ij. c. quia tua. c. ſcimus. xviij. q. ij. nullam. et. c. abbates. Et ꝙ in hoc prelati diſpenſare nõ poſſunt cum ſuis religioſis ſubditis ſuper peculio habendo vel proprietate, expreſſum eſt in concilio Lateranenſi ex̄ de ſta. mona. c. ij. §. qui vero. et. c. cum ad monaſteriũ. §. fina. et maxime in pecunia ad libitum monachi expendenda: nunꝗ̃ ſalutifera eſſet diſpenſatio: quia in pecunia magis ineſt quedã ſpecies proprietatis ꝗ̃ in alijs rebus. Vnde magis denominatur peculium de pecunia ꝗ̃ de alijs rebus: quamꝗ̃ nomen pecunie quicquid habẽt homines comprehendat. j. q. iij. totum. et argu. ad hoc ex̄ de pigno. c. vlti. lxxxviij. diſt. eijciens. palea eſt. Vnde quamꝗ̃ poſſit prelatus dicere ſuo ſubdito religioſo, De pecunia tibi da

ta vel quam tibi de monaſterio do vade eme tibi habitum
vel tunicam/vel calciamēta/vel alia neceſſaria ſicut in pꝛe
ſenti indigeret: non tamē poterit ei dicere/Concedo tibi
tot floꝛenos vel tantam pecuniam vt expendas ſicut tibi
placuerit:vel vt dones cam cuivis:quia hoc eſt pꝛopꝛie in
pꝛopꝛio diſpenſare: quia illa pecunia que vſu conſumitur
donataria efficitur:quod eſſe non poteſt.vt pꝛeall'.c. de pi
gno.c.vlti.et pꝛealle.c.de ſta.mo.c.ij.et.c.cum ad monaſte/
rium. Nec poteſt abbas a ſe excutere iugū diſpenſationis
rerum monaſterij que ſibi competit de iure: vt alius eius
ſubditus ſit ſuijpſius et diſpenſatoꝛ: niſi eſſet cellerarius
vel alia perſona communis que loco abbatis communia
diſpenſaret: quia hoc non eſſet viuere in cōmuni ſicut ha/
bent viuere religioſi.vt in pꝛeall'.c.dilectiſſimis.xij.q.j.vbi
dicit.Et dabatur vnicuiq; pꝛout opus erat.q.d. a pꝛepoſi/
to vel abbate.tunc a.vij.diaconibus ad hoc electis.Actu.
vj.ſed ſeculariter viuere.vt hec ſunt expꝛeſſa.xij.q.j.non di
catis. ¶ Unde peſſima cōſuetudo quoꝛūdam monacho/
rum eſt et alioꝛum mendicantium et pꝛopꝛietatis nutriti/
ua/ꝙ quādo debent indui:dantur eis certe pecunie a pꝛe/
latis: vel tenentur eis dare certam pecunie quantitatem
annuatim pꝛo indumentis et calciamētis et alijs neceſſa/
rijs: quam poſtmodū expendunt et dant et reponunt pꝛo
libito voluntatis:et efficiuntur pꝛopꝛietarij. Unde debe/
rēt eis dari et alia neceſſaria ſm indigentiā vniuſcuiuſq;:
non pecunia,vt pꝛealle.c.dilectiſſimis. Nec religioſus de/
bet recipere quaſi pꝛo ſua pꝛebēda determinata tunicam
vel veſtem non neceſſariam:quia tunc ſuperfluū recipien
do quaſi furtum videtur committere. vt ſuperius eſt pꝛo/
batum.nec talis communiter viueret.vt eſt expꝛeſſum.xij.
q.j. quia tua.et.§. de rebus vero eccleſie.qui.§. ſi loquitur
de religioſis: ad literam debet intelligi. ſi de clericis ſecu/
laribus qui non ſunt adſtricti viuere in cōmuni: habet lo/
cum ſequens.§.Gꝛatiani. ſi ergo res eccleſie.quia haben/
ti dare eſſet perdere.j.q.ij.paſtoꝛ.quod.c.cum pꝛecedenti/
bus.c.multum facit contra religioſos pannis multis et re
bus ſuperfluis ſuffarcinatos:quia nihilominus veſtimen
ta non neceſſaria vel pecunias recipiunt quolibet anno a
communitate:quia ſacrilegium et grande peccatum com
mittunt ſuum alijs pꝛofuturum communitatibus et eccle
ſijs auferentes: et homicide reputantur.xij.q.ij.pꝛedia. et
c.qui abſtulerit.⁊.xiij.q.ij.qui oblatiōes.j.⁊.ij.in fi.ibi. Ec/
cleſiam vero fraudare ſacrilegiū eſt. Et ſi.c.paſtoꝛ.pꝛeall'.
cū alijs pꝛeced.loquatur in clericis ſecularibus:multo po
tius in religioſis/qui ſtrictius debent viuere/habet locū.
Et eadem eſt ratio in vtriſq;:ergo idē ius.ex̄ de confir.vti.
cum dilecta. Si autem in pꝛedictis non poſſunt diſpenſa/
re pꝛelati cum ſuis ſubditis religioſis:multo minus ꝙ ha
beant ſpecialiter redditus vel pꝛouentus/ vel vſufructum
in aliqua terra vinea/vel domo/vel ſylua: quia omnia ta/
lia monaſterio cedunt poſt pꝛofeſſionem.xix.q.ſi.perlatū.
et no.xxvij.q.j.de viduis et puellis.in gloſ.de pba.c.in pꝛe
ſentia.poteſt ergo.in additione Bar.que incipit/Credo.
et plenius.xix.q.vlti.in.l. ſi qua mulier. in gloſ. ꝙ ſi habēt.
in fi.ibi.quid ſi ingrediens. ¶ Diſpēſare etiam in hoc vel
licentiam dare/eſſet eis licentiam dare ꝙ non viuerent in
communi:quod facere non poſſunt. ſaluis ijs que legun/
tur et no.ex̄ qui cleri.vel vo.c.vlti.in gloſ. ergo non erat.⁊
pꝛeall'.c.de viduis. Si in pꝛedictis pꝛelati diſpenſare non
poſſunt cū ſuis ſubditis:quid dicemus de pſeudo religio/
ſis qui faciūt cum ruſticis laboꝛatoꝛibus ſocietates beſtia
rum:que vocantur Socheta in vulgari:qui etiam dāt pe/
cunias ſuas mercatoꝛibus ad partem lucri: qui etiam fa/
ciunt maſſaritias ſuas ad partem et lucra ſua nefanda:et
licet ſub vno tecto viuant cum alijs:non tamen communi
ter viuunt in refectoꝛio: et vix in choꝛo: nec in laboꝛe ma/
nuum/ ſed per ſe vel cum vno ſocio/ vel vna monacha cū
alia ſua ſocia non cum communitate ducunt communiter
vitam ſuam? Dico ꝙ tales coꝛam deo et coꝛam eccleſia cū
tota de facto tolerantia ſuperioꝛū fractoꝛes ſui voti ſunt.

et in pꝛopꝛio vere viuūt:et toti moꝛtui ſunt:quia hypocri/
te ſunt: et melius fuiſſet eis in ſeculo cum rebus pꝛopꝛijs/
q̄ in oꝛdine remanſiſſe: quia malum eſt cadere a pꝛopoſi/
to: ſed peius eſt ſimulare pꝛopoſitum. Si nō ſeruat foꝛis
ſanctitatem: dimidius cecidit. ſi intus habuit ſimulatio/
nem:totus cecidit. xij.q.j.certe ego.et.c.ſcimus. Melius
eſt habere claudos: id eſt non pꝛofeſſos ſeculares/q̄ plā/
gere moꝛtuos. Quicūq; enim hypocrita eſt:moꝛtuus eſt.
xij.q.j.nolo. ſuper quo verbo moꝛtuos dicit ibi gloſ. id eſt
qui renuntiauerunt pꝛopꝛijs:et tamen volūt habere pꝛo/
pꝛium. Pꝛeter id autem quod dictum eſt de pecunia poſ/
ſunt ſubditi religioſi de licentia ſuperioꝛum ſuoꝛum tene
re libꝛos et res alias neceſſarias ad vſum ſuum.vt no.xij.
q.j.non dicatis. in gloſ. numquid. ſed non ſuperfluas: vt
ſuperius eſt pꝛobatū. ¶ Quicquid ſuperioꝛes cōtra pꝛe/
dicta faciunt:cum ſuis religioſis ſubditis contra deum fa
ciūt:nec diſpenſatio nec licentia illi cui data eſt et facta eū
tuetur:ſed tales pꝛelati vel ignoꝛātes diſpenſant:quia ce
ci ſunt et duces cecoꝛum. Luce.vj.Matthei.xv. ex̄ de eta.
et quali.cum ſit. Et ideo tales ſubditi nō ſunt tuti tali diſ/
pēſatione. vt ſcribit Bernar. ad Robertum monachum
et conſanguineum ſuum. Immo tales pꝛelati permittūt
eos habere talia vel potius diſſimulant: quia ipſi in eadē
dānatione ſunt quam diſpenſant: ſed quod permittimus
inuiti toleramus.xxxj.q.j.hac ratione. et diſtin.iiij.deniq;.
Si dicatur ꝙ omnes quaſi religioſi ſic viuunt cū ſua pꝛo/
pꝛietate permiſſa:reſpondeo cum Augu.ꝙ non minus ar
debunt qui cum multis ardebunt.ij.q.j.multi.in fi. ⁊ opti.
ar.diſt.viij.que contra moꝛes. Et multi ſunt vocati:pauci
electi.Matthei.xx. Adde hic quod ſcripſi.ſ.in hac ſecun/
da parte.in.§. qui autē.ver.xvj. et in additione ibi que in/
cipit/non poteſt.in ar.xxiiij. ¶ Tum etiam tertio apparet
quoꝛundam talium pꝛopꝛietas: quia authoꝛitate pꝛopꝛia
emunt et vendunt et donant: et alios contractus qui ad
veros(vide quod ſcripſi.j.§.poꝛro. ver. et quia vt ſepe. in
ar.lxvij.)dominos pertinent celebꝛant. cōtra id.liiij. diſt.
abbati.xij.q.j.non dicatis.et alia iura ſuperiꝰ allegata. Nā
multi eoꝛum libꝛos et ſupellectilia congregant:vt tempo
re infirmitatis/vel vagationis per mundum/ vel alr̄s ſine
cauſa poſſint ea diſtrahere. Quidam etiam eoꝛum paren
tibus non pauperibus extoꝛta a pꝛelatis licentia potius
q̄ obtenta dant res et pecunias quas habent ad vſum et
pꝛo ſuis neceſſitatibus. Quidā libꝛos ſcribunt et vendūt:
et libꝛos emunt et vendunt carius: et alia opera faciunt
que diſtrahunt pꝛo libito voluntatis. vt potius mercato/
res et negotiatoꝛes q̄ religioſi videantur. Faciunt etiam
ſe pꝛocuratoꝛes et aduocatos ⁊ defenſoꝛes in curijs foꝛē/
ſibus:et diſpēſatoꝛes in curijs dominoꝛum.contra omnia
iura.lxxviij.diſt.eijciens.palea eſt.xv.q.ij.c.j.cū.§.ſequen.
xvj.q.j.qui vere.c.monachi.ij.c. de pꝛeſentium. vbi de hoc.
et.c.ſunt nōnulli.ex̄ ne cle.vel mo. per totum. ex̄ de poſtu.
ij.c. Mutuant etiam ſibi adinuicem pecunias: et faciunt
aliqui in ſtudijs et in ſuis foꝛeſtarijs expenſas nedum nō
neceſſarias nec vtiles/ immo ſuperfluas et voluptuoſas:
enceniantes ſibi adinuicem et pꝛelatis et pictantiātes de
emptis de pecunia quam tenent:et libꝛos delicatos ſcribi
facientes: perlis et auro et argento eos munientes et co/
operientes:iocalia ementes:coꝛallia et cultellos cum ma
nubꝛijs de argento et de eboꝛe:et pater noſter pꝛecioſiſſi/
ma de coꝛallio que ſufficerēt reginis: cum quibus parum
exaudit oꝛantes huiuſmodi pater noſter: pannos delica/
tos et molles ementes:quia mollibus veſtiuntur:quia re
gales ſunt.xxj.q.iiij.c.j. Matth.xj.xlj.diſt. parſimoniā.nō
viles. contra eoꝛum regulas.emētes ſuperfluos libꝛos et
duplicatos habentes: per mūdum vagantes cum burſis
plenis et in hoſpitijs et in tabernis voluptuoſe expendē/
tes.xliiij.diſt.non opoꝛtet.et.c.clerici. edificia adoꝛnata et
ſuperflua cum celaturis et picturis pꝛecioſiſſimis fabꝛicā/
tes: ac ſi deus in auro et picturis et politis marmoꝛibꝰ ex/
colatur.cōtra id.xij.q.ij.gloꝛia epi.Et(quod deterius eſt)

aliqui eorum encenia care empta libros et pannos et nu/
das pecunias prelatis et alijs qui eos poſſunt ad officia
promouere indebite largiētes: ita ꝙ ſepe pecunias quas
dicunt ſe pro eorum neceſſitatibus a prelatis cōceſſas per
eos et eorum mandato non pro neceſſitate vera/ſed ficti/
tia diſpenſant. contra omnia iura et eorum regulas neceſ
ſarias eis expenſas ſolummodo concedentes ſuperius al
legatas.xliij.diſt.comeſſationes.xvj.q.j.monachi vagan/
tes.ex͂ de offi.ordi.quanto.j.q.j.ſunt nōnulli. Si enim mo
derate et neceſſarie et vtiles expenſe et non ſuperflue etiā
ſecularibus conceduntur ſolūmodo:multo potius ſuper/
flue religioſis qui ſtrictius debent viuere.xvj.q.j.ſic viue.
interdicuntur. Ad hoc ex͂ de dolo et contu. finem litibus.
vbi de hoc. et.c.ſeq.et de eo qui mit.in poſ.cau.rei ſer.c.pe/
nul.vbi etiam de hoc.et ex͂ de elec.vt preterite. vbi de hoc.
et.ij.q.j.in primis.in gloſ.de expenſis.vbi de hoc. ¶ Fedū
enim et profanum mendacium et hypocriſis.xxij.q.v. ca/
uere.xij.q.j.nolo.eſt maxime in religioſis mendicantibus
exterius more pauperum mendicare: et interius more di/
uitum affluere ⁊ delicate viuere ſicut ille diues epulo. Lu
ce.xvj.vbi Grego.in homil. ſuper verbo/epulabatur quo/
tidie ſplendide. Ubi ſolerter intuendum eſt quia celebra/
ri conuiuia ſine culpa vix poſſunt: pene enim ſemper epu/
las comitatur voluptas. Nam dum corpus in refectionis
delectatione reſoluitur:cor ad inane gaudium relaxatur.
Pauperes autem vilibus debent eſſe contenti.xlj.diſt.nō
cogantur. Iſti etiam religioſi qui ſic nimis voluptuoſe ex/
pendunt pecunias eorum vſibus deputatas: vel in alioꝝ
vſibus ꝙ proprios expēdunt:furtū quaſi cōmittunt: quia
contrectant pecuniam inuito domino in alios vſus ꝙ fue
rit concedentis voluntas. Furtum enim eſt contrectatio
rei aliene inuito domino.inſtit.de obli.que ex delic.naſcū.
§.furtum. et ex͂ de elec.dudum.ij.§.j. vbi de hoc.in gloſ.ſi/
mile. Aliqui etiam religioſi ſe mēdicos fingentes cōtra il
lud quod dicit Augu. Ulceroſi ſe medicos iactitant:nihil
vel parum in phyſica ſcientes:licet in ea aliqualiter ſtudē/
tes vt lucrentur pecunias et ſecularibus adulentur:mul/
tos decipiunt et in periculo irregularitatis ſe ponūt:et ex
iſtis lucris proprietarij fiunt,et contra iura in tali ſcientia
prohibita eis ſtudent: et ſm hoc excommunicationem in/
currunt de mente capituli ex͂ ne cle.vel mona. nō magno.
vt ibi no.et facit eo.tit.c.ſi.⁊.c.j.lib.vj. faciunt ad hoc ex͂ de
etate ⁊ quali.ad aures. et de homici.tua.et hic vide quod
ſcripſi.ſ.eo.§. viſo de abbatibus. ver.xiiij. et in additione
ibi poſita in ar.xxv. ¶ Tum etiā quarto proprietarij ſunt
religioſi noſtri temporis multi:quia vſum rerū ſibi appro
priant ſicut ſi res eoꝝ eſſent proprie. Et ſic iſto modo pro/
prium poteſt dici in vſu.i.abuſu:qꝛ abuſus eſt malus vſus.
ex͂ de reſcrip.ſedes.et.c.nonnulli. et ex͂ de conſue. ex parte.
et vide quod ſcripſi.ſ. eo.§. Item ꝙ ſimplex facti vſus.in
ver. item dicere. et in additione ibi poſita que incipit/no/
tat etiam Archi.in ar.lvj.ſicut in alio proprio.contra illud
c.xij.q.j.dilectiſſimis. et.c.res eccleſie.et.xiiij.q.j.§. his ita.
Nam appropriant ſibi loca vt vix forenſem fratrem niſi ſit
eis nimis vtilis velint ſubſiſtere ꝙ ſit de familia. Semper
volunt in locis proprijs commorari:vt proprie dicatur eis
illud pſ.xlviij. Uocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Li/
bros et res alias quibus non vtuntur:aut ſenio:aut infir/
mitate grauati: aut quia tunc in eis ſtudere non habent:
aut quia vadunt alio:⁊ ibi libros et res dimittunt ſub ſua
clauſura: aut quia eos duplicatos habent: ſuis fratribus
preſtare nolunt:et ſic vere ſunt proprietarij:et peccāt mor
taliter. Nam ex quo libro vel re alia religioſus non vtitur
in preſenti:vel in proximo modico nō vſurus eſt:ille liber
vel res.i.eius vſus cōpetit alteri religioſo volēti vti: quia
vſus communis eſt.vt preallег.c.dilectiſſimis. Nec prela/
tus poſſet alteri religioſo vſum alicuius rei alteri ſubdito
ſuo concedere niſi eo indiguerit vti: alꝯ faceret eum pro/
prietarium in illo vſu:quod non poteſt facere.vt ſuperius
eſt probatum. ¶ Contra huiuſmodi tales ſibi appropriā
tes res communes loquitur Daniel in collatione.iiij. in li
bro collationum Jo.caſſi.dicens. Nam illud ridiculū qua
liter exprimatur:quod nonnullos poſt illum prime renū/
tiationis ardorem quo vel res familiares vel opes pluri/
mas ac militiam ſeculi relinquētes ſemetipſos ad mona/
ſteria contulerunt: tanto cernimus ſtudio in ijs que peni
tus abſcindi non poſſunt: ⁊ neq͂ queunt in hoc ordine nō
haberi:ꝙuis parua viliaq͂ ſint/eſſe deuinctos: vt horum
cura priſtinarum omniū facultatum ſuperet paſſionē:qui
bus profecto non magnopere proderit maiores opes et
ſubſtantias contempſiſſe:quia affectus earum ob quos il
le reſpuēde ſunt:in res paruas atq͂ exiguas tranſtulerūt.
Nā vitium cupiditatis et auaritie quod erga ſpecies pre/
cioſas exercere non poſſunt: circa viliores materias reti/
nentes/ non abſcidiſſe ſed commutaſſe ſe probāt priſtinā
paſſionem.liij.diſt.legem. Nam nimia deuincti diligentia
erga curam pſiacij vel ſeſtorij ſportelli ſaccelli/codicis ſu/
darij atramentarij aliarumq͂ ſimilium rerum ꝙuis viliſſi
marum/eadē tamen qua antea libidine detinentur. Que
etiam tanta emulatione cuſtodiunt atq͂ defendūt:vt pro
ipſis commoueri aduerſus fratrem eos (et quod turpius
eſt) litigare non pudeat. In quibus adhuc egritudine cu
piditatis priſtine laborantes/hec eadem que vſus corpo/
ris poſſidere monachum vel neceſſitas cogit ſm numerū
mēſuramq͂ communem nō ſunt habere contenti. In hoc
quoq͂ ſui cordis auaritiam deſignantes:quum vel ea qui
bus vti eſt neceſſe/propēſius ſtudēt habere:ꝙ ceteri. Uel
excedētes diligentie modum/ peculiarius ea attentiuſq͂
cuſtodiunt: et ab aliorū vſu et contrectatione defendunt:
que vniuerſis fratribus debent eſſe communia.xij.q.j.c.ij.
quaſi verbo differentia metallorum et non ipſa paſſio cu/
piditatis habeatur in nota:et pro rebus quidem magnis
iraſci non liceat: pro vilioribus vero rebus hoc ipſum fe/
ciſſe ſine culpa ſit:⁊ non idcirco precioſiores abiecerimus
materias vt facilius contemnere vilia diſceremus. Quid
enim differt vtrum quis perturbationes cupiditatis erga
opes magnas et magnificas/an erga ſpecies exerceat vi/
liores: niſi ꝙ in eo reprehenſibilior iudicandus eſt ꝙ qui
ſo.in laudibus Pauli dicit ꝙ nihil habebat niſi corpus:ſꝫ
et in hoc exemplum ſe aliis prebuit quum ait.j.Cor.xj.in
princi.Imitatores mei eſtote:ſicut et ego chriſti.Hierony
mus ad Lucinum.Seipſum et res omnes deo offerre
chriſtianorum et apoſtolorũ eſt:qui duo paupertatis ſue
in gazophylacium era mittentes.Marci.xij.in fi.xiiij.q.j.
odi.Luc.xxj.totum cenſum quem habuerunt domino tra/
diderunt:⁊ merentur audire.Matthei.xix.Sedebitis ſu
per ſedes duodecim:iudicantes duodecim tribus iſrael.
Chryſ.ſuper Mattheum.homilia.xxxviij.Veruntamen
quecunq; dixero:nihil repreſentabit tale ſermo quale re/
rum experientia.Et ideo vellem illos qui in illum deuene
runt philoſophie verticem/nobis adeſſe:et tũc manifeſte
videre huius rei delectationem:et qualiter nulli illorum qui
diligunt paupertatem/acceptarent ditari decem milibus
prebendis:tamq̃ qui non lamentãtur in ſolicitudinibus:
ſed rident et ſaltant:et iis qui diadema ſibi circumponũt
magis in paupertate decorantur.¶Chryſ.ſuper Mat.
homilia.xlvj.Quid autem ſi quis tibi proponeret facere
fenum aurum/et poſſe omnes pecunias vt fenum cõtem/
nere:nõ vtiq; hoc ſuſciperes magis.⁊ valde decẽter.etem
hoc homines maxime attraxiſſent.Si enim videretur au/
ro affici:concupiſcerent et ipſi hanc virtutem.vt Simon
magus.Act.viij.j.q.j.c.qui ſtudet.xxvij.diſt.quod interro/
gaſti.et augeretur eis pecuniarum cupido.Si autem vi/
derent homines vt fenum aurum deſpiciẽtes:olim vtiq;
ab hac egritudine exuti eſſent.Letitia mentis pauperem
comitatur.Unde gloſ.ſuper illud pſ.lxviij.Ego ſum pau
per ⁊ dolens:ſalus tua deus ſuſcepit me.Laudabo in me
et in membris nomen dei cum cantico:id eſt cum delecta/
tione:quia ſi omnia deſint:deus tamen mecũ eſt.vt ſequi/
tur.Videant pauperes et letentur.vide.s.ver.Chryſ.ho
milia.iiij.Grego.nazanzenus.Sed facultatibus/inquis/
defraudabunt meis:ſed facilius mihi abſcindẽt quas nõ
habeo.Si autem eccleſiaſticis hoc vtiq; eſt pro quo omĩs
pugna et omne certamen eſt:an ignoramus ꝙ per pecu/
nie cupiditatem et loculorum fraudem Judas ad prodi/
tionẽ proficiſcitur chriſti?Jo.xij.⁊.xiij.et Luce.xxij.in prin.
xxiij.q.iiij.c.ij.⁊.iij.ij.q.j.vnus.Augu.in fine libri/vnde ma
lum.Qui(inquit)bene vult vti temporalibus bonis:non
eis amore conglutinetur:et velut mẽbra anime ſue faciat
quod fit a mundo:ne cum reſecari ceperint:cum cruciatu
tabeſcat:ſed eis totus ſuperferatur:et habere illa atq; re
gere paratꝰ ſit:amittere vero ac non habere paratior.Am
bro.Nullum adminiculum preſtant diuitie ad vitam bea
tam.quod euidenter monſtrauit dominus dicẽs Mat.v.
Beati pauperes ſpiritu.et Beati qui nunc eſuritis.Luce
vj.Itaq; paupertatem/famem/dolorẽ/que putantur ma
la pene.ex de iureiuran.⁊ ſi chriſtus.non culpe.xv.q.j.illa.
non ſolum impedimento non eſſe ad beatam vitam:ſed
etiam adiumento eſſe euidentiſſime mõſtratum eſt.Sed
et illa que videntur bona.ſ.corporalia/diuitias/ſatietatẽ/
letitiam expertem dolorum/detrimentum eſſe ad fructũ bea
titudinis dominico.Luce.vj.Ve vobis diuitibus.declara
to iudicio liquet.Sic ergo non ſolum adminiculo nõ ſunt
ad vitam beatam corporis externa bona:ſed etiam diſpẽ/
dio ſunt.Hiero.in vita Malchi monachi.Eccleſia poſtq̃
ad ꝓncipes chriſtianos venit:poſtea ⁊ diuitiis maior eſt/
ſed virtutibus minor effecta:ſed inter turbines et aduer/
ſa mũdi ſuccreuit.xij.q.j.futuram.Hiero.ad Euſtochium.
Alia fuit in veteri lege felicitas:in qua beatus dicitur qui
habet ſemẽ in ſion.Exo.xxiij.et repromiſſio fit diuitiarum
in toto pentatheuco.⁊.xxiij.q.v.§.hinc notandũ.Statim
autem vt filius dei ingreſſus eſt ſuper terram:nouam ſibi
legẽ inſtituit:vt qui ab angelis adorabatur in celis.Heb.
j.haberet angelos et in terris.Tunc holofernis caput Ju
dith continens amputauit.Judith.xiij.Tunc Jacobus ⁊
Joãnes relicto patre rete ⁊ nauicula/ſecuti ſunt ſaluato/
rem.Mat.iiij.affectum ſanguinis et vincula ſeculi et cu/
ram domus pariter relinquẽtes.Tũc primũ auditum eſt.
Mat.x.⁊.xiij.Mar.viij.Luce.ix.et.xiiij.Qui vult venire
poſt me ⁊c.Nemo enim miles cum vxore pergit ad preliũ.
Diſcipulo ad ſepulturam patris ire cupienti non permit/
titur.Matthei.viij.Luce.ix.Vulpes foueas habẽt:et vo
lucres celi nidos:filius hominis non habet vbi caput re/
clinet.ne forte contriſteris ſi anguſte permanſeris.Hiero.
ad Nepotianũ.et eſt.xij.q.ij.gloria.Neq; vero aliquis mi/
hi opponat diues in iudea templum:mẽſas/lucernas/tu/
ribula/patellas/ciphos/mortariola/et cetera ex auro fa/
brefacta:tunc hec probabantur a domino quãdo ſacerdo/
tes hoſtias immolabãt:et ſanguis pecudum erat redem/
ptio peccatorum:quãq̃ hec omnia in figura preceſſerunt.
Nunc vero quum paupertatẽ domus ſue pauper dñs de/
dicarit:portemus crucem:et diuitias lutũ eſſe putemus.
chriſtus vocat Luc.xvj.xiiij.q.v.§.ſed hec.Iniquum mã/
mona non amemus quod Petrus ſe non amare teſtatur.
Act.iij.Alioquin ſi tantum literã ſequimur:⁊ in auro atq;
diuitiis ſimplex nos delectat hiſtoria:cum auro obſerue/
mus ⁊ cetera.Ducant pontifices vxores virgines.Leuit.
xxj.xxviij.diſt.q:ſunt.xxvij.di.nemo.⁊.c.ſeminatim.xxxiiij.
diſt.curandũ.et.c.precipimus.Lepra corporis.Leuit.xiij.
et.xiiij.de peni.di.j.§.ex his.ver.moyſi.et in gloſ.id eſt ali/
qua macula.vitiis anime preferat.Creſcamus:multipli/
cemur:et repleamus terram.Geñ.j.Figamus duodecim
menſe tabernacula.Deut.xvj.et ſolennia ieiunia buccinis
concrepemus.Qui ſi hec omnia ſpiritualia ſpiritualibꝰ.j.
Cor.ij.comparantes ſic intelligamus vt dñs noſter intel
lexit et interpretatus eſt(ſabbatum iſta cum ceteris figu/
ralibus euacuata conſtat.dicit Gratianus.xxxv.q.j.§.hac
itaq;.)Aut aurũ repudiemus cũ ceteris ſuperſtitionibus
iudeorum:aut ſi aurũ placet:placeant ⁊ iudei:quos cũ auro
aut ꝓbare nobis neceſſe eſt:aut damnare.Si opponatur
de eo quod dicit Paulus alibi ad Phil.iiij.⁊.xlj.diſt.ꝙ di
cit Scio abũdare.nõ debet intelligi quantum ad affluen/
tiam rerũ:ſed quantũ ad ſufficientiam mẽtis.de qua Au/
gu.in lib.de beata vita.Nullus perfectus aliquo eger.Et
qđ videtur corpori neceſſarium:ſumet ſi adfuerit:et ſi nõ
adfuerit:iſtarũ rerũ nõ frangitur inopia.¶Hãc pauper/
tatis formam Joannes etiã ſeruauit euangeliſta cũ diſci
pulis ſuis.inter quos duobus.ſ.Tito et Eugenio.de qui/
bus legitur ⁊ no.xvij.q.iiij.§.ſed notandũ.qui magnas re
liquerãt opes/egeſtate tẽtatis.ſicut ſcribitur in eius legẽ/
da/ait.Nũquid nõ valet manus dñi vt faciat ſeruos ſuos
diuitiis affluentes?ſed hoc certamen ſtatuit animarũ:vt
ſciant ſe eternas habituros diuitias/qui pro eius nomine
tẽporales opes hic habere noluerũt.Mar.v.Chryſ.ſuꝑ
Mat.homi.lxiij.Nihil ita extinguit cupiditatis ſitim/ſic/
ut deſiſtere ab acquirẽdi cõcupiſcẽtia:ſicut amaram chole
ram abſtinẽtia et euacuatio.Facilius enĩ eſt hoies exiſten
tes volare:q̃ adiectiõe pluris quieſcere facere deſideriũ.
Et Aug.lib.lxxxiij.queſtionũ.Charitatis venenũ eſt ſpes
adipiſcendorum tẽporaliũ.Greg.ſuꝑ Ezech.homil.vj.Neq;
enĩ ſanctus vir ideo terrena deſerit:vt hic alia tp̃alia cen/
ties plus recipiat.Mat.xix.Sed per centenariũ numerũ
perfectio deſignat:q: ſi quis pro dei nomine tẽporalia cõ
tẽnit:hic perſecutionẽ mẽtis recipit:vt ea nõ appetat que
cõtempſit.Centies itaq; recipit quod dedit:q: ꝑfectionis
ſpiritum accipiens terrenis non indiget:etiam hoc ſi non
habet:his conſentit.Bernar.in ſermone illo.Dixit ſimon
Petrus Mat.xix.dicens.Quid eſt centuplum iſtud fra/
tres:niſi conſolationes/viſitationes/primitieq; ſpũs qui
ſuper mel dulcior eſt?Illud centuplum pulchre lateq; ex/
ponit Abraam de charitate et virtutibus et pace animi:

et etiã literaliter in collatione ſua que eſt de mortificatione: que eſt vltima. et. xxiiij. in lib. collationum Jo. caſſi. Et poſt pauca. Non eſt pater aut mater: non eſt domus aut ager: nõ denicꝫ aliquid corporale: ſed plane his omnibus eſt delectabilius: ſuper oĩa hec dulcius: et vniuerſis his iocundius eſt: ⁊ quecumcꝫ deſiderantur in ſeculo hoc: nequaꝗ̃ huic valent cõparari. Beda etiã ſuper illud Mat. xix. Nemo eſt qui reliquerit domum ⁊c. Quia nimirum a fratribus atcꝫ conſortibus propoſiti ſui: quia ei ſpirituali glutino colligãtur / multo gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatem. Cui conſonat gloſ. ibidem. Omnes ſancti et quecumcꝫ habent communicãt. xij. q. j. c. ij. xxiij. q. vij. c. j. et. iij. et. iiij. Item gloſ. ſuper illud Matth. vj. Hec omnia adijcientur vobis. Omnia ſunt filiorum: ideo hec omnia adijcientur: et nõ querentibus. ſi ſubtrahãtur / ad probationem: ſi dentur / ad gratiarum actionẽ erunt. Grego. in moral. Solet inquit rerum abundantia tanto a timore diuino mentem ſoluere: quanto hanc exigit diuerſa cogitare. Nam dum foris per multa diſtrahitur vel ſpargitur: ſtare in intimis ſita ꝓhibetur. Idem Grego. in homil. ſuper illud Luc. viij. Exijt qui ſeminat ⁊c. Si nos inquit vobis ſemen verbum / agrum mundum / volucres demonia / ſpinas diuitias ſignificare diceremus: ad credendum nobis mens forſitan veſtra dubitaret. Unde et idem dominus per ſemetipſum dignatus eſt exponere que dicebat. Quis vnꝗ̃ mihi crederet: ſi ſpinas diuitias interpretari voluiſſem: maxime quum ille pungant: iſte delectent? ⁊ tamen ſpine ſunt: quia cogitationum ſuarum pũctionibus mentem lacerant: et dum vſcꝫ ad peccatum pertrahunt: quaſi inflicto vulnere cruentant. Hec etiam duo originalia. ſ. ſunt poſita inter iſta originalia. Gregorius in homil. vnius martyris ſuper euangelium / Si quis vult. Nudi cũ nudo ſcꝫ diabolo luctari debemus: quia ſi veſtitus quiſcꝫ cum nudo luctatur: citius ad terram deijcitur: quia habet vnde teneatur. Quid enim ſunt terrena omnia: niſi quedam corporis indumenta? Qui ergo ad certamen properat: veſtimẽta abijciat: ne ſuccumbat. Hieronymus ad Nepotianum et transfertur. xij. q. j. clericus. ꝑs. xv. Si autem ego pars domini ſum: et funiculus hereditatis eius: nec accipio partem inter ceteras tribus. xiij. q. i. §. his ita. ex̃ de deci. c. j. ſed quaſi ſacerdos et leuita viuo de decimis: et altari deſeruiens. j. Cor. viij. ex̃ de prebẽ. cũ ſm. altaris oblatione ſuſtentor: habens victum ⁊ veſtitum: ijs contentus nudam crucẽ nudus ſequor. ij. Timo. vj. xij. q. j. epiſcopus. Hiero. ad Heliodorum. Nolo priſtinarum neceſſitudinũ recorderis: nudos habet eremus. Bern. de colloquio Simonis et Jeſu. Age ergo et qui relinquere omnia diſponis: te quocꝫ inter relinquenda numerare memento. Immo vero ⁊ principaliter abnega temetipſum. Matth. xvj. Marci. viij. Luce. ix. Hieronymus loquens de paula. Teſtis eſt Jeſus nec vnum quidem nũmum ab ea derelictũ. Quid hac virtute mirabilius: feminam nobiliſſime familie magnis quõdam opibus tãta fide omnia dilargitam: vt ad egeſtatem vltimam perueniret? Iacent alij pecunias in corbonam. Luc. xix. xxiiij. q. j. odi. funibuſcꝫ aureis dona pendeant. Nemo plus dedit pauperibus ꝗ̃ qui ſibi nihil reliquit. Mar. iiij. ibi Grego. in homil. Greg. in dialogo de abbate Iſaac ſic ait. Quũcꝫ ei crebro diſcipuli innuerent vt pro vſu monaſterij poſſeſſiones que offerebãtur acciperet: ille ſolicitus ſue paupertatis cuſtos fortem ſententiam tenebat dicens. Monachus qui in terra poſſeſſionẽ querit: monachus non eſt. Sic quippe metuebat paupertatis ſue ſecuritatem perdere: ſicut auari ſolent diuites perituras diuitias cuſtodire. Chryſo. homil. viij. ſuper Mattheum. Nunc veniens in eremum egypti paradiſi hanc videbis meliorem effectam. Etenim eſt videre vbicꝫ regionis illius chriſti exercitum ⁊ regalem gregem et ſuperiorum virtutum vrbanitatem. Exiſtẽtia enim omni exuti et mundo omnino crucifixi? Galathas vltimo. et vltra prorſus procedunt ad corporis operationem: ad indigentiam vix cibum ſumentes. Necꝫ enim quando ieiunant et vigilant: vacare per diem dignum exiſtimant: ſed noctes quidem ſacris hymnis et vigilijs / dies in orationibus et manuum operationibus conſumunt: apoſtolicum imitantes zelũ. Luce. xviij. Oportet ſemper orare. j. Theſſalonicẽ. vlti. de conſecra. diſtin. v. j. Corinth. iij. Verecũdemur igitur omnes et diuites et inopes. quum illi nil penitus habentes niſi corpus ⁊ manus ſuas / cogunt ſe ⁊ ſecum litigant impenſas hic indigentibus inuenire. ſicut Paulus Actuum. xx. Nos autem multis modis terre recondiris nec ſuperflua ad hoc tangimus. Gregorius nazanzenus in apologia ſua. libro. ij. Sed paupertatem inquit et penuriam exprobrabũt. Iſte ſunt diuitie mee. Iſta me non ſolum gloriantem / ſed arrogantem facit. Videor enim mihi hec audire ab inimicis: quia veſtigijs illius incedã: qui ꝓpter nos egenus factus eſt quum diues eſſet. ij. Corinth. viij. Atcꝫ vtinam exuere me iſtis panniculis quibus circumdari videor poſſem: vt nudus effugerẽ ſpinas / diuitias. Matthei. xiij. Luce. viij. ſeculi que retinent et reuocant pergentes ad deum. Chryſo. ſuper Matth. homilia. ix. Si ab honore quidem qui in ſuperioribus eſt pre alijs pecunie nos expulerint: contemptibiles erunt. Celorum autem rege per ſingulos dies clamante et dicẽte Matthei. xix. quia difficile eſt cum illis celum intrare: non proijciemus omnia: et non deſiſtemus ab omnibus: vt cum libera facie regnũ ingrediamur? Idem ſuper Joannem homil. xix. Omnia agamus vt chriſtum imitemur. Quid igitur chriſtus ait Matthei. viij. Luce. ix. Vulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos. filius autẽ hominis nõ habet vbi caput reclinet. Augu. ſuper illud apoſtoli. ij. Corinth. viij. Scitis inquit gratiã domini noſtri Jeſu chriſti: qui ꝓpter nos egenus factus eſt: quum eſſet diues ⁊c. Factus eſt egenus intantum vt non haberet quod haberẽt vulpes. Luc. ix. et in hoc conſilium do vt paupertatẽ eius ſeruemus et imitemur.

Predicta originalia que recollegi pro magna parte de apologia fratris Bonauenture de expropriatione et de paupertate et de prohibitione pecunie apoſtolis et apoſtolicis viris data / ideo ſuperius cumulaui: vt ſciãt viri euangelici maxime fratres minores ad quid ſunt per euangelium et ſuam regulam obligati. de quo euangelio et regula et declarationibus et conſtitutionibus generalibus et prouincialibus aliqui non curantes / votum paupertatis frangunt: ſuperflua recipientes: que habent ad vſum ſibi appropriãtes: et pecunias per alios verius per ſe poſſidentes.

¶ Articulus. lxvj. A

Offendũt autem in iſta receptione aliqui fratres minores / prout cõmuniter ⁊ multipliciter per hunc modum. Tum quia de pecunia que pro eis deponitur: emunt et faciunt ſuꝑflua. quum vſus moderatus et pauper cõcedatur in rebus eis et non ſuperfluus. vt in decre. Exijt qui ſeminat. li. vj. ⁊ in clemẽ. Exiui de paradiſo. de ver. ſigni. clarius continetur. Expenſe em̃ voluptuoſe oĩbus ſunt prohibite: vtiles conceſſe: ſecularibus neceſſarie ſine quibus res ſtare nõ põt: expẽſe neceſſarie: ⁊ vita iſta nõ ducitur: religioſis maxime fratribus minoribus cõcedũtur. vt de hoc no. ſuperius in §. adhuc petita. ver. tum etiam tertio. in fi. in ar. lxiiij. Itẽ q: de illa pecunia de emptione precioſorum faciunt emi iocalia ⁊ precioſa: ⁊ ſcribi libros delicatos / ⁊ veſtes precioſas / et fercula lauta / cum diuite epulone. cõtra illud Luc. xvj. xlj. diſt. non cogantur. et. c. parſimoniã. vide. s. in. §. adhuc petita. ver. tum etiam tertio. in articulo. lxiiij. Item non pro neceſſitatibus ingruentibus vel emergentibus faciunt pecuniam deponi: ſed pro futuris neceſſitatibus et non neceſſitatibus: vnde non ſolum curant de craſtino

Fratres minores multifariã abutũtur pecunia.

contra verbum dei. Mat. vj. in fi. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. xij. q. j. habebat. ſed de annoꝝ circulo. cōtra preal. decre. exiit. Item quum pecunia deponatur pro taliū neceſſitatibus: ipſi frequenter faciunt eam expendi et expendunt pro aliorum fratrū neceſſitatibus et ſeculariū. quod fieri nō poteſt ſine licentia illius a quo depoſita eſt: et pro quo retinetur. vt preall. c. exiit. Item tota die emunt per ſe aliqui fratres: et vendunt per alios: ⁊ ſic per perſonam interpoſitam pecuniam accipiunt et dant. contra eoꝝ regulam ⁊ declarationes predictas. Fratres enim minores quicquid ſit de alijs religioſis, nec emere nec vēdere poſſunt per ſe vel per alios: nec cū licentia nec ſine licētia prelatorum: quia qui per aliū facit: per ſe facit. ex de reſti. ſpo. cum veniſſet. quia tales contractus ad veros dominos et proprietarios pertinent. vide. j. §. porro. ver. et quia vt ſepe. in ar. lxvij. quia emptio et venditio ſine precio nō procedit. ex de emp. ⁊ ven. cū dilecti. ff. eo. l. ij. et inſti. eo. §. preciū. ſed omnis vſus et contrectatio pecunie p̄ ſe et p̄ alios eſt fratribus minoribus interdictus: vt in eorum regula ⁊ declarationibus continetur. Item tota die vendunt aliqui fratres minores ligna de ſyluis: granum de terrulis quas aliqui habēt iuxta hortos: vinum de quibuſdam vineolis et pergolis: hortolitia de horto: mel de aluearijs apum: fructus de arboribus: legumina de hortis: panem eleemoſyne vel commutant (quod idem eſt quod vendere: ⁊ qui contractus ad verum dominum pertinet) et alia ſupellectilia que eis dantur. quod facere nō poſſunt: quia non debent aliquid recipere, vt id vēdant. ſicut expreſſe dicit eoꝝ declaratio ſepe dicta. exiit. §. preterea. ver. non em̄.

Item vadunt aliqui per terras ⁊ villas, et vbi nō habēt loca et habent loca, eleemoſynas pecuniarias procurando et petendo: et importunitates frequenter ingerendo: famulum retro ducēdo: et denarijs pixides et loculos implendo. quod eſt contra eorum ſtatum. quia nō eſt ille modus deponendi pecuniam pro neceſſitatibus fratrum. vt dicunt per eorum declarationes. Itē ponunt aliqui cyppos et arcas in eorum eccleſijs: vt ibi ſeculares ponant pecunias: faciunt etiam per pueros vaſa et bacinilia per eccleſiam deportari: ⁊ aliquoties extra: in quibus ponāt pecuniam ſeculares. que ſunt expreſſe contra declara. eorū. Exiui de paradiſo. §. porro. Quando etiam non habēt famulum paratum ad recipiendum eleemoſynam pecuniariam eis datam: faciunt per dantem eam poni in feneſtra vel alio loco: et poſtmodum faciūt eam inde accipi. quod eſt expreſſe contra mentem declarationum eorum. Item intromittunt ſe aliqui de executionibus teſtamentoꝝ vbi pecunie expenduntur et diſpenſantur. Item recipiunt eleemoſynas pecuniarias in altaribus. Item recipiunt compotum a famulis de pecunia pro eorum neceſſitatibꝰ depoſita. Item portant claues cellarum ſcriniorum monetarum capſarum capſidilium in quibus pecunie reconduntur. Item tangunt pecunias vel cum cera vel cum ligno vel cum palea. Portant etiam quidam eorum pecunias ſutas in habitibus et tunicis. Quidam etiam eorū faciunt ſibi pecuniam poni in capitijs: ⁊ ſic per tales pecunia contrectatur. contra declara. predict. in caſibus prelibatis. et ꝯtra predi. decla. maxime in clemē. exiui. §. deniq̄. de ver. ſigni. eoꝝ que eis precipiunt a contrectatione qualibet pecunie abſtinere. Vadunt etiam aliqui per indulgentias: et ad viſitandos ſuos parentes, et ad procurandum facta regum et baronum et comitū et aliorum, et ad ſtudia, et ad eorum conſolationes alias corporales, ⁊ ad faciendum ambaxatas et legationes, equitando et peditando cum burſarijs, et cum maximis frequenter quantitatibus florenorum et turonum et alioꝝ denarioꝝ. contra eoꝝ ſtatum. qꝛ iſti et eoꝝ ſimiles non ſunt caſus in quibus licitū eſt eos burſarios ducere: nec in quibus pro eorū neceſſitatibus ſit pecunia deponenda. et ſic faciunt expreſſe cōtra declara. exiui. §. quocirca. ex de ver. ſigni. in cle. Nūq̄ enim per viam burſarios ſecum poſſunt ducere: niſi quum per veram obedientiam non procuratā, multo fortius nō extortam, a prelatis eorum pro cauſis neceſſarijs ordinis vel alijs mitterentur: et per regiones inhumanas tranſirent: in quibus non eſſet veriſimile q̄ mendicādo eleemoſynam exibilem inuenirent. In quo caſu et peram poſſent ducere et burſarios. ſm Bedā. vt ī ſuo originali poſito. s̄. §. prori. inter alia paupertatis originalia cōtinetur. Itē precipiūt aliqui depoſitarijs ſuis vel nuntijs, vel famulis tenentibus pecunias a deponētibus pro fratrum neceſſitatibus expendendis, quomodo et qualiter expendant illas pecunias. Capſas pecuniarū aliquoties portāt. Pecunias deponunt: aut deponi faciūt: eas repetūt. hec omnia contra predic. §. quocirca. et. §. deniq̄. eiuſdem decre.

Item ſi centum milia florenoꝝ et totidem talenta argēti et auri darētur quibuſdam fratribus: maxime eoꝝ communitatibus: nunq̄ reſpuerēt: quia nunq̄ talium neceſſitas finem habet nec ſatietatē: vt ad literā taliū cupiditati ſatiſfieri nunq̄ poſſit: et totus mundus ei oblatus eſt p̄ obolo. xiiij. q. iiij. quid. Sed falſo vocant neceſſitatem ſuperabundantiam et voluptatem: promptuaria eructantia, ad literam ſm Dauid, ex hoc in illud. pſ̄. cxliij. quia ſm Remigium neceſſitas prope neceſſe eſt: et ſine qua quis non poteſt viuere: que circa victum et veſtitū, ſm apl̄m. j. ad Timo. vj. et pauciſſima ſupellectilia his annexa, eſt puro et fideli oculo eſtimanda. x. q. ij. epiſcopus. et. xij. q. j. clericus. et. c. epiſcopus. ſed quidam fratres nec prope mortē expectant: nec prope infirmitatem: nec prope verā neceſſitatem: quia nullam neceſſitatem habere volunt nec pati, nec penuriā: que tamen paupertati euangelice, ſm Amb. eſt annexa. Et Bernar. ſicut ſuperius eſt probatū in. §. s̄. prori. in eorum originalibus. in ar. lxv. Vere ergo et veraciter hodie de facto pecunie parū vel nihil a fratribus aliquibus minoribus cōmuniter obſeruatur: ⁊ eorum in hoc potiſſimū per eos apertiſſime regula violatur. Recipiūt em̄ aliqui et quaſi omnes maxime ciſmontani per ſe ⁊ per perſonam interpoſitā denarios ⁊ pecuniā affectu pariter et effectu: eas ſine neceſſitatibus veris ⁊ emergētibus vel ingruētibus iā pro ſe deponi faciēdo: ⁊ in caſibus prohibitis et pro libito expendendo. vt ſuperius eſt multipliciter declaratum. Generalis em̄ eoꝝ cū toto capitulo generali nō poſſet alicui vnū denariū etiā cauſa eleemoſyne elargiri. vt dixi ſuperius in. §. religio. in ver. nō poſſet. in ar. lxj. qꝛ nemo dat qđ nō habet: nec habere poteſt: nec dare. xxviij. diſt. preſbyterū. j. q. j. ventū. c. gratia. ⁊. c. qui perfectionē. ⁊ q. vij. daibertū. cū. c. ſeq. de cōſe. di. iiij. quō. in prin. ex de iure patro. qđ aūt. in fi. Quia denarius fratrū nō eſt nec eſſe poteſt: ſed illius qui depoſuit quouſq̄ in eoꝝ nō alioꝝ veris neceſſitatibus ingruētibus ſit cōſumptus. vt in decre. Exiit. et Exiui de paradiſo, luculenter apparet. Et hoc qđ eſt eis ad ſummā gloriā, carnales et ceci ⁊ cupidi recipiūt ad ſuū defectum et iniuriā. Prouerb. xviij. Nō recipit ſtultus verba prudētie: niſi ea dixeris que verſantur in corde ſuo. ¶ Qꝛ autem gloriantur quidā fratres minores pecuniam nō tangere nuda manu: in hoc mores phariſeorum vſurpant: qui decimant mentam et anetum, culicem colātes, et camelum deglutientes. Matth. xxiij. Non em̄ proprie receptio eſt in tactu: licet etiam eius cōtrectatio et tactus ſit eis per decre. Exiit. ex intellectu regule, ab eccleſia interdictus: qꝛ etiā ante pedes apoſtoloꝝ olim precia ponebantur: et ab eis non tangebantur. Actuum. iiij. Multi etiam mundi nobiles pecuniam tangere dedignantur: tamen expendi eā faciunt et maxima quantitate: quia eorum eſt. tangeretur enim ſicut petra vel lignum pecunia a fratribus: ſi haberent eam voluntatem habendi et expendendi ſine peccato: niſi eccleſia prohiberet tamq̄ ſpeciem mali in fratre minore. j. Theſſalonicen. vltimo. j. q. j. emendari. Decens enim et conſequēs eſt q̄ ab eius etiam contactu debeant abſtinere: quia contactus pecunie eſt etiā ad habēdum pecuniam illectiuus: et qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. Eccl̄i. xiij. Quidam frater noſter

lecto: Pariſieñ. dixit mihi ⁊ gloriabatur ꝙ in .xl. annis nō
tetigerat denarium: et tamen trecentas libras turonēſes
habebat reconditas (vt audiui) Et adde hic qđ ſcripſi .ſ.
§. religio autem. ver. quia vere. in ar. lxi. ⁊ in additione ibi
poſita que incipit/maxima. ¶ Quod autem aliqui fratres ce

*An pro fratre minore liceat pecuniā deponere.*

ci dicunt ꝙ pecuniam procuratam legatam vel ſponte eis
datam deponi faciant apud depoſitarios fratrum vel nū
tios per eos pecunias largiētibus preſentatos ſm̄ decla/
rationes de licentia prelatorum: et ſic tuti credunt in ſuis
conſcientijs exiſtere/ propter hoc ſolum quia de licētia fa/
ciunt eam deponi: Sciant ꝙ nec prelati nec totus ordo ſi/
mul iunctus poteſt dare licentiam ꝙ pecunie deponātur
pro fratribus vel in ſpeciali vel in communi. niſi ſm̄ decla
rationes predi. exijt. et. c. exiui. ſcʒ pro neceſſitatibus veris
et proprijs ⁊ preſentibus/vel iā ingruētibus. vt ibi. ¶ Li
centia autem ideo petitur a prelatis: quia ipſi debent ſci/
re et determinare pure et fideliter pro quibus veris neceſ
ſitatibus ingruentibus fratrum non aliorum pecunia de/
ponatur. Unde mortaliter peccant prelati: et preuaricato
res regule ſunt: et ſunt occaſio peccati mortalis ſubditoꝝ
ſi aliter q̄ꝫ in ſepe dictis declarationibus continetur/licen
tiā dent fratribus ꝙ ꝓ eis aliqua pecunia deponatur. Du
pliciter enim peccāt tales prelati. tum quia dant licētiam
fratribus habendi pecuniam: contra regulam et declara/
tionē predic. tum quia in peculio cum eis diſpēſant: quod
nedum prelati fratrum minorum facere non poſſunt: ſed
nec alioꝝ ordinum qui poſſunt alš habere pecuniā in cōi.
vt ex̄ de ſta. mo. c. ij. ⁊. c. cum ad monaſterium. Si de licētia
igitur prelatoꝝ pecunia nō poteſt deponi pro fratribꝰ mi/
noribus niſi ſm̄ declarationes predictas: quid dicemꝰ de
illis pſeudo fratribus qui ſolo fratrū nomine gloriantur:
qui ſine aliqua licentia vel conſcientia prelatoꝝ ſuorū pe/
cunias maxime ſine vera neceſſitate faciūt deponi vbi vo
lunt: et diſpenſant pro libito voluntatis. His peccant ta/
les mortaliter: et quia contra regulā ⁊ declarationē predi
ctam/pecuniam recipiūt: et quia ſine licentia proprietarij
ſunt: et ſicut proprietarij puniēdi tam per coꝝ conſtitutio/
nes q̄ꝫ per canonicas ſanctiones. xij. q. j. non dicatis. ex̄ de
ſta. mo. ſuper quodam. Quidam etiam fratrum minoꝝ di
cūt/ Pauperes ſumus: nō habemus niſi. xx. ſolidos: vel. x.
vel. v. vel vnū. Uere tales pauperes ſunt ſpū: et ſine ſpū:
q: etſi pauperes ſunt in cenſu: nō tn̄ in affectu. q: etſi non
habent: hoc ideo eſt quia habere nō poſſunt. parati enim
tales ſunt recipe ſine aliqua neceſſitate vera: ſi qui darent
inuenire valerent. ſicut et ſemper recipiunt quū offertur:
et ſine oblatione quantū poſſunt procurāt. Immo etiam
illa modica pecunia que pro eis eſt depoſita non indigēt.
et ſic illud modicū tenendo/peccant mortaliter. xiiij. q. vl/
ti. furantē. quia nec vnus denarius ꝓ fratre minore depo/
nendus eſt: niſi pro vera et non ficta neceſſitate ingruēti.
vt probant declarationes eoꝝ predicte. Et cōtra tales di/
xi. ſ. verbū Danielis anachorite. ſ. in. §. adhuc petita. ver.
contra hmōi. in ar. lxiiij. ꝙ etſi cenſum habeant pauperis:
habent tamē diuitis voluntatem. Paupertas enim ſpiri/
tualis. i. voluntaria et penurioſa remuneratur a dn̄o: non
inuoluntaria/nec abundans. vt probat Grego. in homil.
ſuper illud Mat. xix. Ecce nos reliquimus oīa. Et ſatis
de iſta materia in. vij. §. preall. ſuperiꝰ pertractaui. Nec er/
go credant ſe tales fratres ꝓ modica pecunia excuſari cō/
tra regulam recepta pro qua peccant mortaliter (vt dixi)
ſicut pro mille florenis. licet fatear ꝙ qui plus offendunt
in affectu et in pecunie quantitate: amplius punictur: im/
mo et aliquo modo ſceleratior videtur auaritia in quanti
tate modica/q̄ꝫ in magna: q: minus de incitatione habet.
facit quod no. xcvj. di. c. duo. Et ſuperius eſt dictū ſm̄ Da/
nielem anachoritam in collatione ſua. iiij. in li. collationū
Io. caſſi. ꝙ eādem auaritiam quidam in religione cōmit/
tunt in paruis et paucis: quam in magnis et pluribus re/
bus in ſeculo committebant. Quanta ergo demētia ⁊ be/
ſtialitas eſt maxime in fratribus minoribus/pro vno ſoli/
do quo vere non indigent: et tenent repoſitū apud repo/
ſitarium: perdere animas ſuas: ſicut perderent pro centū
milibus florenoꝝ: quum tamen dicat dn̄s. Quid prodeſt
homini ſi vniuerſum mundū lucretur: anime vero ſue de/
trimentum patiatur? Mat. xvj. ex̄ de ſimo. c. mattheus. et
Luc. ix. Tantum autem inualuit iſta peſtis et iſta manife/
ſta regule preuaricatio in ordine minorū de pecunia: ſicut
et in alijs ordinibꝰ: qui tamen tātū nō offendunt: ꝙ aliqui
ſunt mali fratres minores/et vtinam non ſint plures/pro
quibus aliqua pecunia tenetur: etſi veram neceſſitatē nō
habeant. Et aliqui mali fratres minores/qui etſi vere nō
indigeant: eam tamen non reſpuunt ſibi datam: immo te
nent eam in ciſtis ſuis: et vt propriam pro libito exponūt.
In ordine enim minoꝝ non habent aliqui pecuniā (vt de
alijs ordinibus taceamus) quia habere nō poſſunt: quia
nō inueniunt largitorem: ſicut conſciētia et experiētia ma
nifeſtat. ¶ Aliquoties frater minor cōtra aliū coram ſuo
prelato ſuper pecunia nedum ſuper alijs ⁊ libris et ſupel
lectilibus litigat: et actiones et petitiones ſuas intentat:
et libellū format ac ſi ſua eſſet pecunia. et vere ſua eſt quā
tum ad eius voluntatem et affectū: quum tamē petitio et
repetitio et actio vero dn̄o pecunie deponenti pro neceſſi
tate fratris competat: et non ſibi. Ceci etiam et preuarica
tores eoꝝ aliqui prelati ſuper huiuſmodi pecuniarijs que
ſtionibus audiunt aliquos: et faciūt eis iuſtitie/immo in/
iuſtitie complementum. Ceci duces aliqui prelati cum ali
quibus ſuis ſubditis cecis in foueam mortis baratri pari
ter incidētes. Luc. vj. Mat. xv. xxxviij. diſt. que ipſis. ex̄ de
eta. ⁊ quali. c. penul. Tales vero prelati circūeunt mare et
aridam vt faciant vnum proſelitū peiorem ſe. Mat. xxiij.
et ſecum ducunt fratres ſubditos ſuos tales cū primo ge
henne mācipio. ſ. diabolo plagis multis in perpetuū cru/
ciandos. xl. diſt. ſi papa. Et tales ipſi prelati tot mortibus
digni ſunt: quot in fratres ſuos de huiuſmodi ⁊ ſimilibus
criminibus perditionis exempla trāſmittunt. xi. q. iij. pre/
cipue. ¶ B Quidam etiā minoꝝ fratrū reditus pecu/
niarios annales vel biēnales vel vltra habent: quos ſibi
in teſtamento dimiſerunt parentes: aut alš a dominis da
ri ſibi faciunt annuatim: ſicut faciūt ſtipēdiarij ſeculares:
quum tamē nedum pecuniarios (quod eſt peius) ſed nec
alios reditus quoſcūqꝫ habere poſſint ſm̄ eorum regulā:
quia tāq̄ꝫ aduene et peregrini/vt ibi dicitur/ debēt ire per
mūdum mendicando: non reditus habēdo. Et eſt expreſ/
ſum in predicta declaratione eorum/Exiui de paradiſo. §.
proinde. in clemen. Et quamq̄ꝫ ordines alij poſſint ſucce/
dere in talibus legatis et reditibus dimiſſis fratribꝰ ſuis:
et per eos eorum ordinibus acquiratur: per ea que legun
tur et notantur. xviij. q. j. c. j. xix. q. vltima. ſi qua mulier. et
ex̄ de priuilegijs. cum olim ꝓpter. in gloſ. quia quicquid.
Non tamē ordo minorum poteſt ſuccedere alicui: nec per
fratres ei poteſt acquiri: quia nō poteſt habere proprium
in communi ſicut alij ordines. vt in predicta declaratione
Exijt qui ſeminat. et Exiui de paradiſo. liquido contine/
tur. ¶ Illud etiā quod in ordine minorum in aliqua pro/ *Fratres minores nihil oīno dare poſſunt.*
uincia ſtatui conſueuit: ꝙ gardianus tantum et cuſtos tā
tum ⁊ miniſter tantum dare poſſit: ſi ad pecuniam refera
tur: contra regulam et declarationes eſt: quia totus ordo
non poteſt dare vnum denarium: quia nō eſt ſuus: nec po
teſt eo vti. vt ſuperius eſt declaratū. Donare enim ad do/
minium vel adminiſtratorem rerum pertinet. ex̄ de dona/
tionibus. ceterū. Sed nullus frater minor poteſt eſſe do/
minus vel adminiſtrator pecunie: vt patet per declaratio
nes predictas. ¶ Illud etiam quātum ſit contra eoꝝ ſta/
tum: quis cecus non videret? Recipiunt enim et petunt
aliqui prelati eorum pecunias et res apoſtatarum ſuorū:
quas extra ordinem ſunt adepti: quum nunq̄ꝫ ordini mi/
norum poſſit acquiri per aliquē fratrem aliquid. vt in pre/
alleg. decre. exiui. §. proinde. Nec obſtat quod legit̄ et no.
xviij. q. ij. abbates. q: illud loquit̄ in ordine quocūqꝫ alio
qui poteſt habere propriū in cōmuni. Et cui per monachū

vel fratrem alium acquiritur vagabundum: ſicut acquirit҄ dño per ſeruum fugitiuum. ff. de acqui. poſ. l. j. §. per ſeruū. Si aūt religioſus eſſet expulſus: vel rediens ad ordinem non admiſſus: tunc etiam monaſterium prius nō ſuccederet ei in bonis extra monaſterium acquiſitis: quia ſeruus pro derelicto habitus non acquirit domino. ff. de ſtipula. ſeruo. quod ſeruus. ⁊ expreſſum. C. de lati. liber. tollen. l. j. §. ſed et ſcimus. et no. preal. c. abbates. ⁊ ex҄ de infan. ⁊ lan. expo. c. vnico. et Inno. ex҄ de priuil҄. cum olim. ij. ¶ Sꝫ nec minus abſurdum eſt/ ꝙ quando frater minor moritur: prelatus aliquis eius preuaricator regule ⁊ cecus/ facit ei ſuā eleemoſynam pecuniariam aſſignari: ⁊ eo mortuo eam retinet vel retineri facit pro communitate contra deū et ſtatum ſuū: quia ordo nedū in pecunia in qua nihil habet facere/ ſed nec in re aliqua fratri ſuccedit. Nam pecunia que erat depoſita pro illo fratre: eo mortuo redit ad illum dominum et deponentē pro quo antea tenebatur. vt in pall҄. decre. exijt. ⁊ c. exiui. et tātū in illa pecunia habet facere ordo: quantum in illa que remanſit in arca illam deponētis. Si autem non inueniatur deponens aut heredes eius: illam pecuniam que ſtabat pro fratre mortuo/ habet dioceſanus epiſcopus pro deponētis anima diſpēſare: ſicut habet facere de incertis: quia ipſe eſt et eſſe debet diſpēſator et pater pauperū principalis. xij. q. ij. ſancimus. ⁊ c. mos. c. conceſſo. c. quatuor. et. q. j. eps habeat. ex҄ de teſta. tua. de iude. cum ſit. in aut҄. de ſanc. epiſ. §. ſi autem. C. de epiſco. et cleri. nulli licere. C. cōia de ſucceſ. aut omnes peregrini. Vide quod ſcripſi. s. in. §. in predictis. ver. ſi queris. in ar. lxv. ¶ Alia autē preter pecuniam/ que reliquit frater moriēs: ad vſum fratrum ordinis remanent: ꝙdiu rerum illarum dator et proprietarius patietur: quia donator non potuit transferre in ordinem proprietatis non capacem etiam in communi proprietatē illarum rerū/ quas ordini vel fratri ad vſum tm̄ cōcedere potuit: vſqꝫ ad ſue vel ſuoꝝ heredū beneplacitum voluntatis. Non enim donator talis vel teſtator potuit facere quin in donatiōe ſua vel legato leges eccleſie et declarationes locum haberent fratrum minoꝝ proprietatis incapacium. ex҄ de teſta. requiſiti. legit҄ et not҄. ſ. rn̄. et in gloſ. x. q. j. Vſus autē illarum rerum diſpēſabitur per prelatos ordinis: ſicut eis cū fratribus videbit҄ expedire. vt in preal. decla. exijt. ¶ Item tota die faciunt pictanciam aliqui fratres ꝑ quoꝝ neceſſitatibus pecunia eſt depoſita/ bonitati fratrum vel prelatis vel alijs ſpecialibus ſuis amicis fratribus ⁊ ſecularibus. Condēnantur etiam per p̄latos aliquos fratres aliqui ad eas faciendas. quod totum eſt barataria et cōtra ſtatum: vt ſuperius tactū eſt. quia pecunia pro neceſſitate fratris preſenti vel ingruenti depoſita: quia nec aliter deponi potuit: nec debuit ſ҄m declarationem predi. in alienos vel alios vſus expendi non poteſt ſine voluntate deponentis ꝙ fratri neceſſarios et ingruētes pro quo eſt depoſita. vt preall҄. c. exijt. ¶ Iterū qua conſcientia ceci et carnales prelati quidam eoꝝ maiores vt miniſter et cuſtodes/ poſſunt condemnare ⁊ taxare et collectas imponere ſuper gardianos ⁊ vicarios eorum in certa pecunia exoluenda eis et contribuēda pro eorum neceſſitatibus aut prouincie: et mandare per obediētiam et aliquoties ſub pena excommunicationis quam ipſo facto incurrunt niſi dederint? Hoc enim totum contra ſtatū eorum eſt et regulam. Pecunia enim aſſignata pro neceſſitatibus loci fratrum/ nūꝙ poteſt ſine licētia expreſſa cōcedentis in vſus vel neceſſitates prelatorum vel prouincie deputari. vt in p̄all҄. decre. exijt. ⁊ illa maledicta obediētia non eſt timenda nec ſeruanda: quia contra regulam ⁊ declarationes eius eſt: et contra deum. xj. q. iij. non enim. c. ſi dñs. c. iulianus. c. qui omnipotētem. c. qui reſiſtit. c. ſi imperatores. c. ſi is. Nec illa ſententia excommunicationis timenda eſt nec ſeruāda: quia errorem continet intolerabilem. ſ. peccatum. vt legitur ⁊ no. ex҄ de ſentē. excō. per tuas. vbi de hoc. et. c. venerabilib⁹. lib. vj. ¶ ⁋ De pecunia fratrum aliquorum ſtudentium quid dicemus? Illi enim tales abſqꝫ aliqua conſciētia cum tota inflatiua. j. Cor. viij. ſciētia. eam extra neceſſitates veras preſentes vel ingruētes recipi faciunt et expendi. Primo procurādo ſtudia: et frequēter emēdo muneribus et adulationibus. j. q. ij. ſunt nonnulli. et inquietationibus: ad que vadūt et in quibus ſtant aſſidue cum pecunia. Quum enim ſ҄m decla. predic. deponi nunꝙ poſſit pecunia niſi pro neceſſitatibus veris preſentibus vel iam ingruētibus fratrum: vt ſepe dictum eſt: poſtꝙ ordo per obedientiam non procuratam nō mittit fratres ad ſtudium: ſed potius ipſi cum ſuis ambitionibus ſe mittūt: que neceſſitas poteſt dici/ que eſt potius et verius importunitas/ ſtudia ꝓcurare in quibus expendūt tantas pecunie quātitates/ quas nūꝙ tantas in ſeculo habuerunt? nec loquendo veriſimiliter. Vere talis nō eſt neceſſitas: quia ordo plenus multis eſt ſtudentibus et regulam frangentibus: et vtinam talis ⁊ tanta in ordine ſcientia inflatiua. ex҄ de renū. niſi cum pridem. §. pro defectu. j. Cor. viij. ſcientia nunꝙ eſſet: occaſione cuius quorūdam fratrū conſcientia eſt conſumpta. contra quos Paulus. j. ad Cor. j. et. xlix. diſt. c. j. ver. albuginem. Vere ergo nō eſt talis neceſſitas: ſed preſidendi ⁊ ambitionis cupiditas/ ⁊ tollendi deſuper caput iugum obedientie regularis. Vere enim hodie aliqui fratres qui vadūt Pariſios maxime et alio de gratia et licentia/ non proprie de obediētia: non vadunt vt ſtudeant et ſibi ⁊ alijs proficiant. vt ex҄ de magiſtris. c. vlti. ſed vt preemineant: et ordinem et fratres cum ſuis partialitatibus et diuiſionibus et honoribus et pompis et diſſolutionibus inficiant. Nam veraciter aliqui magiſtri et lectores primi ⁊ precipui regule preuaricatores ⁊ ordinis deſtructores. Legem dedit eis euangelicā legiſlator almus Franciſcus: et nemo ex eis ad literam ſeruat legem. Io. vij. Vtramqꝫ legem regule nouam et veterē verbis predicant: moribus impugnant: tota die diſputāt: tota die ſyllogiſmos cōponunt: et tota die forastarias ⁊ hoſpitia implent. ex҄ de vita ⁊ hone. cle. a crapula. calices fecūdos euacuāt: loculos copulant. xij. q. j. nolo. ⁊ poſt buccas rubentes. xxxv. diſt. eccleſie. et eructantia viſcera de crapula ⁊ ebrietate/ de paupertate regule ſacratiſſime carnales intellectus euomunt. xxxv. diſt. eccleſie principes. In capitulis regulam allegant: et regulam beatificant: et digito eam mouere nolunt. Vere ſucceſſores tales et heredes filij ſcribarum et phariſeorum: quia ad eorum vitia deuenerunt. Mat. xxiij. xxvj. q. vij. alligant. Qua ergo conſciētia miſeri maxime euntes de gratia Pariſios ſoluunt pro expenſis: ⁊ alij fratres ſtabularij recipiunt tantam ſcilꝫ. xxx. florenos pro anno pecunie quantitatem? quoꝝ parentes in mundo vix vnqꝫ vnum habuere florenum: et vix ventrē pane miliaceo repleuerunt. xij. q. ij. gloria. Non video: nec aliquis habens oculum ſimplicem et clarum poteſt videre: ſed video ꝙ expreſſe eſt cōtra regulam ⁊ declarationes predictas. ¶ Deinde quū ſunt in ſtudio aliqui nō contēti vita cōi fratrū: emi frequēter faciūt aliqui omni die comeſtibilia ⁊ potabilia: adinuicē ſibi pictancias faciunt: ⁊ ſymbolizant pro gula. tunicas delicatas emunt. libros precioſos et vere ſuperfluos/ multos nō neceſſarios emūt: ⁊ ſcribi faciūt. pecunias ſibi mutuāt adinuicē: et frequēter ſecularibus libros emūt ⁊ vēdūt: nec per ꝓcuratores Romane eccleſie: per quos tm̄ hodie venditiones/ ⁊ emptiones/ et pmutationes/ quietationes/ remiſſiones/ donationes/ locationes/ et alij cōtractus ad veros dños ⁊ adminiſtratores pertinētes fieri nō pn̄t: q: per dñm papā Ioan. xxij. reuocati ſunt. vt in ſua cōſtitutione/ Ad cōditorē canonū/ incipiēte ꝺ: manifeſte. Qua cōſtitutione nihilominus nō obſtāte/ quidā fratres abutunt҄ ꝓcuratoribus ſicut prius: et aliqui abſqꝫ aliquo ꝓcuratore ſicut peſſimi proprietarij predictos actus exercent: quum hodie in ordine nec extra ordinem: nec per fratres: nec per alios noīe fratrū/ multo minus nomine proprio/ quum ad eos non pertineant: aliquid de rebus fratrum cum aliquo poſſit de predictis actibus exerceri: niſi ſolū per illos qui res quarū vſum habēt

Fratrū minorꝫ extra cenobia ſtudētiū deliria.

fratres/

fratres/fratribus dederūt:⁊ qui ſunt veri ꝓprietarij ⁊ do
mini earundē. Loca autē fratrū libꝛi eccleſiaſtici ⁊ vaſa ⁊
alia eccleſie paramenta/ſiue que habet vel habebat oꝛdo
ante illā cōſtitutionem/Ad conditoꝛē canonum. ſiue que
poſtmodū habuit:non poſſunt diſtrahi nec aliquo titulo
alienari:ſine voluntate expꝛeſſa romani pontificis: q̄ ad/
huc in talib⁹ ſibi ꝓprietatem ⁊ dn̄ium reſeruauit. ſicut in
dicta conſtitutione. ad cōditoꝛē/continet̃ expꝛeſſe. ¶ De
fratribus autē euntibus per verā obedientiā non pꝛocu/
ratā/q: tunc non eſt licētia ſi pꝛocuret̃: ꝙ ꝙ in lr̄is pꝛelato
rum obedientia vocet̃: ad ſtudia de voluntate pecunias
pꝛo eis deponentiū ſatis crederem ſm̄ declaratiōē Nico
lai que cōcedit fratribus libꝛos ſcientiales ⁊ ſtudia: ꝙ ex/
penſas neceſſarias poſſunt facere pꝛo eis illi depoſitarij
vel nuntij eoꝝ tenētes eleemoſynas: libꝛos paucos ⁊ ne/
ceſſarios ⁊ paupes ipſis facere: emere tunicas viles ſm̄
regulam: ⁊ alias expenſas neceſſarias de illa depoſita re
cipere pecunia. Quia ex quo eis ſtudia conceduntur: et oīa
illa neceſſaria ſine quib⁹ ſtudere nō poſſunt/cōceſſa ſunt
ar. pꝛe. declara. exīt. ex̄ de offi. dele. pꝛeterea. et. c. pꝛudētiā
⁊. c. ſuſpitionis. ⁊. no. ij. q. vij. cū paſtoꝛis. xij. q. j. non dicatis
ex̄ de accuſa. ex parte. j. in gloſ. ij. ⁊ per Jo. an. ex̄ ne cle. vel
mo. vt periculoſa. in gloſ. ⁊ tunc. li. vj. Magis tamen con/
ſulerem ſm̄ beatū Franciſcū viam ſimplicitatis et purio/
ris paupertatis tenere: non eundo per ſtudia cū burſis/
⁊ burſarijs/cū eq̄s ⁊ ſummis libꝛoꝝ ⁊ ſupellectiliū. q: oc
caſio depoſitionis pecuniarū pꝛo neceſſitatibus fratrum
pꝛeuaricationē regule pꝛopter abuſum cōmuniter ope/
ratur. q: vbi lex declarationis de facto pecunie/ibi ⁊ occa
ſio pꝛeuaricationis. Lex enī ſm̄ Paulū iram operatur. ad
Ro. iiij. Ubi enī non eſt lex/nec pꝛeuaricatio. vt ibi. ergo a
contrario vbi declaratio de facto pecunie fratrū: ibi pua/
ricationis occaſio. vnde ⁊ ſancta eoꝝ regula dicit. Pꝛeci/
pio firmiter fratrib⁹ vniuerſis vt nullo modo per ſe vel ꝑ
perſonam interpoſitā recipiant denarios vel pecuniam.
Sed fratres multi recipiunt omni modo: nō negatiuam
ſed affirmatiuā tenētes: q̄ carnis eſt magis amica. Et hoc
ex occaſione alicuius modi quē pꝛedicta Nicolai declara
tio adinuenit: q̄ modus ſatis pur⁹ ſi ſeruaret̃/difficillim⁹
et ſubtiliſſim⁹ ad ſeruandū a paucis bene obſeruat̃. Ad/
de qd̄ ſcripſi. ſ. in. §. religio autē. ꝟ. vtinā. cū. ꝟ. ſe. in ar. lxj.

Regule bti Frā/ciſci de/claratio/nes cul/pantur.

¶ Uolentes enī fratres per vias incedere amplioꝛes ⁊ a
puritate pꝛomiſſe euangelice paupertatis recedere/con/
tra voluntatē beati Frāciſci declarationes fieri pꝛocura/
runt: q: mandauerat pater per obedientiā in teſtamento
ſuo qd̄ fecit/ꝙ fratres ꝓ nulla re a ſede apoſtolica literā
aliquā impetrarent: pꝛeuidens per declarationes apoſto
licas ⁊ pꝛiuilegia regulā relaxandā ſicut impꝛeſentiarum
videmus. Si tamen declaratio ſeruaret̃: tuti ſtarent in cō
ſcientijs fratres. ſed ex ſpiritu tepeſcēte ⁊ declarationum
occaſione nec regula nec declaratio cōmuniter obſeruat̃.
Quia enī ad literā etiā de facto pecunie ⁊ de ſancta paup
tate ⁊ de alijs regule articulis vult regula obſeruare: de/
clarationibus non indiget. q: vnctio ſpūſſancti eā decla/
rat ⁊ docet. j. Joā. ij. ex̄ de ſacra vnc. c. vnico. §. de ſecunda
Et bonā habentibus voluntatē non eſt regula difficilis:
ſed facilis ⁊ poſſibilis: q: non eſt aliqua lex de impoſſibili
ff. de re. iur. impoſſibiliū. ex̄ de pac. c. ſi. Et erroneum eſt di
cere ꝙ ſancta Romana eccleſia mater oīm ⁊ magiſtra. ex̄
de pꝛiuil̃. antiqua. regulā impoſſibilē ꝯfirmaſſet: aut legē
captioſam fratrib⁹ dediſſet. vt eſt expꝛeſſum. diſt. iiij. erit
autē. xxvij. q. j. de viduis. ij. Unde pꝛopꝛijſſime pōt dici de
declarationibus ſuper regulā fratrū minoꝛum: qd̄ dicitur
de creaturis. Sapi. xiiij. ꝙ facte ſunt in odiū ⁊ in tentatio
nem anime hoīm: ⁊ in muſcipulam pedib⁹ fratrū inſipiē/
tium. Nam vt dixi quū regula pecuniā nullo modo reci/
pi patiatur: fratres nōnulli ex declarationū aliquali mo/
do ⁊ occaſione eam recipiunt indiſtincte. q: occaſio pecu
niarum ſm̄ declarationes pꝛo neceſſitatibus fratrū depo
ſitarū pꝛeuaricationem regule cōmuniter operatur. facit
enim multa occaſio ⁊ oppoꝛtunitas. ex̄ de eo qui cog. con
ſang. vx. veniens. Et ſm̄ apoſtolū. j. Theſſa. vlti. Ab omni
ſpecie mala abſtinēdū eſt. j. q. j. emēdari. ex̄ de vi. ⁊ ho. cleri
coꝛum. ab omni. ⁊ de ſimo. audiuimus. Et ſm̄ Iſaac de vi
ta contēplatiua/quum rerū oppoꝛtunitatem accipimus
noſipſos non poſſumus cōtinere. Et qui occaſionē pecca
ti non tollit: ſm̄ eum inuitus trahitur ad peccatū. nec ta/
men talis ſimpliciter eſt inuitus. xv. q. j. merito. ⁊. c. non eſt
q: voluntarius occaſionē peccandi accipit. nemo enī pec/
cat inuitus. vt pꝛe. c. non eſt. ⁊. §. j. vbi de hoc. ⁊ de pe. di. ij. ſi
enī. ⁊. xxiij. q. iiij. vaſis ire. al's eſt. §. ſub. c. nabuchodonoſoꝛ
Depoſitio ergo ſcilicet pecunie facta pꝛo fratribus/pꝛeua
ricationis regule occaſio eſt. Eſt enī occaſio delicatas ex/
penſas ⁊ ſuperfluas faciendi: et neceſſitatē veram in fal/
ſam cōmutandi: ⁊ veram paupertatē rumpendi. Ex occa
ſione ergo declarationum ab eccleſia ſancta ſancitarum
⁊ male ſeruatarum/data eſt occaſio cōmuniter fratribus
infirmis cōtra eoꝛum regulā pecunias habendi recipien
di ⁊ eis abutendi. licet eccleſia ſancta Romana has ſan/
cte ⁊ ſancta intentione ediderit: pꝛopter fratrū multitu/
dinem relaxatam: quibus arcta via. Mat. vij. maxime de
facto pecunie ſancte regule videbatur. Et q: in oꝛdine te
puerat feruoꝛ pꝛim⁹ ⁊ apoſtolicus ⁊ Franciſci: et a via diſ
ceſſerat ſimplicitatis: ⁊ viā acceperat ſcientie curioſitatis
Unde (vt dixi) data occaſione pecuniarū per declaratio/
nes vere facta eſt in oꝛdine paupertatis religio pꝛeuari/
catio cōmuniter generalis. ⁊ qd̄ ab eccleſia pꝛouiſum fuit
ad remedium fratrū infirmoꝛum/tetendit ad eoꝝ notā
vnde pꝛopterea reuocande eſſent declarationes. ad hoc
expꝛeſſuꝫ. ex̄ de reſcrip. ſtatutū. j. rn̄ſo. li. vj. ⁊ de excep. pia. j.
rn̄ſo. li. vj. ⁊ de ſen. ex. alma. j. rn̄ſo. li. vj. lxiij. di. §. verum. ex̄
de deci. ſuggeſtum. Si abeſſet regula literalis: daretur ſi/
ne alia gloſſa ſicut ab initio fuit data. Non enī pater bene
dictus almus Franciſcus vir totus apoſtolic⁹ tale reme/
dium ad non rumpēdū euangelicam paupertatē: quam
ſuam matrē ⁊ ſoꝛoꝛem ⁊ dominā appellabat/potuit inue
nire: vt ſe chꝛiſti euangelio totaliter cōfoꝛmaret: q̄ de nul/
lo modo recipiendi pecuniā per ſe nec per perſonā inter/
poſitam vt continetur in regula a ſpirituſancto dictata/
firmiter pꝛeciperet ſuis fratribus vniuerſis. Unde (vt di/
xi) contra voluntatē eius patefactā in teſtamēto fratres
fecerunt ⁊ contra ſuam obedientiā illi qui declarationes
a ſede apoſtolica pꝛocurarunt. Et licet dn̄s Nicolaus pa/
pa in declaratione ſua dicat ꝙ fratres non ſunt obligati
ad eius teſtamentum ſeruandū: q: ille almus Franciſcus
ſucceſſoꝛes non potuit obligare: q: non habet imperium
par in parem. ex̄ de elec. innotuit. Nec credo ſalua eccleſie
veritate ꝙ parem in oꝛdine in ſpiritu et de ſcienda circa
hoc voluntate dei habuit vel habebit. Si enī (vt dictum
eſt) litera regule literaliter eſt poſſibilis ad ſeruandū: ad
quid declaratio? Nec enī regularum inſtitutoꝛes ſcripſe/
runt eas figuraliter: q: non eſt obligatio in figura. de cō.
di. ij. reuera. xxxv. q. j. §. hoc itaq;. ſed literaliter. ⁊ talis lite
ra non occidit: ſed viuificat. nec iudaizat obſeruans: ſed
chꝛiſtianizat ⁊ apoſtolizat. ex̄ de ſacra. vnc. c. vnico. §. fin.
Credo in hoc eum condeſcendiſſe infirmitati cōmunita/
tis fratrum nolentiū ſequi perfectiſſimā voluntatem bea
ti Franciſci edocti a ſpirituſancto ⁊ ſanctum rigoꝛē eius
⁊ teſtamenti ſui. quo durante ſancta paupertas in oꝛdine
perduraſſet. ¶ Nec dicere intendo (quod abſit) ꝙ papa
regulam non potuit declarare. q: bene ſcio ꝙ ſicut eā po/
tuit dare ⁊ cōfirmare: ⁊ dedit et confirmauit: ita eam po/
tuit declarare. q: ad quē ſpectat datio legis ⁊ pꝛiuilegio/
rum ⁊ regularū ⁊ editio: ad eum pertinet ⁊ interpꝛetatio
⁊ declaratio. xj. q. j. §. ex ijs. C. de legi. l. vlti. ex̄ de ſen. ex. in/
ter alia. ex̄ de iudi. cū veniſſent. vbi de hoc. ſed q: etſi hoc
dn̄s papa pꝛoculdubio potuit et bonam intentionem ha/
buit: beato tamen Franciſco non placuit. Nam ⁊ beatus
Paulus ⁊ beatus Barnabas de ſocietate beati Joānis
cognomento marci. Act. xv. diſcoꝛdauerūt ⁊ ſeparati ſunt

bona intentione ⁊ zelo. ſic in caſu noſtro. Non autē credo
ꝙ almus Franciſcus teſtamentū ſuum quod eſt ſue regu
le declaratio: ⁊ chriſti ⁊ ſua intentio: ſpirituale non carna
le/non tēporale ſed eternale/alio ſpiritu fecerit ⁊ dictaue
rit ꝙ quo regulam ſanctam ſuam: ſed vtrūq; ſpiritus dei
viui digito conſignauit. Nec enim quū teſtamētum fecit:
erat minus perfectus immo magis. q: creſcebat de virtu
te in virtutem ſicut vir iuſtus. pſ. lxxxiij. Prouer. iiij. de pe.
di. ij. non reuertebantur. ⁊ c. dum ſanctā. Nec minꝰ de vo/
luntate dei ſciuit: imo plus/ꝙ quādo ſpirituſancto dictā/
te conſcripſit regulā. imo magis cum deo coniūctus erat
⁊ illuminatꝰ magis qñ fecit teſtamentū ſuum prope finē
ſuum: ꝙ qñ conſcripſit regulam parū poſt cōuerſionē ſuā
Sed (vt dixi) fratres minores tepefacti a ſancto feruore
patris ⁊ patrum ſuorum primorū nauſeantes ſuper mā/
na cibum angelicū. i. regulam paſcentē animas per virtu
tes ibi inſertas ⁊ dicentes/Quis dabit carnes ad veſcen
dum? Recordamur piſcium quos comedebamus in egy/
pto gratis. In mentē veniunt nobis cucumeres ⁊ pepo/
nes/porriq; ⁊ cepe ⁊ allia. Aīa noſtra arida ē. Nihil aliud
reſpiciunt oculi noſtri niſi man. Numeri. xj. querentes oc/
caſionē recedendi a rigore ſancte paupertatis et humili/
tatis ⁊ ab obſeruantia regule ⁊ euangelij poſſibili litera
liter que nedum poſſibilis erat ⁊ eſt feruorem bonevolunta
tis habentibus: imo ſuauis ⁊ leuis. Mat. xj. et ſm Augu.
Amor imania ⁊ difficilia facit leuia. Nō curantes ſeruare
voluntatem patris: quam in teſtamēto ſuo fratribus no/
tificauerat ⁊ ſeruare mandauerat. Et ſic fractores teſta/
menti ⁊ indigni hereditate perfectionis euangelice: que
maxime in paupertate ⁊ humilitate ⁊ charitate conſiſtit.
xj. q. j. ſylueſter. a ſede apoſtolica declarationes et priuile/
gia plurima impetrarunt. per que a ſancta paupertate ⁊
humilitate quaſi oīmode receſſerūt. Nam eorum priuile/
gia per q̄ nemini ſubſunt niſi ſedi apoſtolice: eos in ſuper
biam erexerunt: ⁊ in cōtumaciam cōtra omnes prelatos.
Quū eñ omni creature ſm beatum Petrū. j. Pet. ij. et ex̄
ctis terrenis: eāq; quantū humana fragilitas preſumit ⁊ imbecillitas ſinit, viuere cum chriſto. de quo dr̄ Threñ. iij. Sedebit ſolitari⁹ ⁊ tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. ⁊ pſ. cj. Similis factus ſum pelicano ⁊c̄. Raro ergo eſt ⁊ pauciſſimis dono dei conceſſa perfectio. Iſte enim vere ⁊ nō ex parte perfectus eſt: qui ⁊ in eremo ſqualorem ſolitudinis, ⁊ in cenobio infirmitates fratrum equali magnanimitate ſuſtentat. Et ideo in vtraq; profeſſione per omnia conſummatum inuenire difficile eſt. quia nec anachorita contēptum ⁊ priuationem materialium rerū: nec cenobita theorie ad integrum poteſt aſſequi puritatē. Io. caſſi. in. iiij. lib. de inſtitutis renuntiātium ait, ꝙ ingrediēs monaſterium in Egypto primo ponebatur ⁊ probabatur ad portam monaſterij ad ſeruitium peregrinoꝝ ⁊ hoſpitum per annum. quo cōpleto admiſcebatur cōgregationi fratrum: et tradebatur in cura vni ſeniori: qui. x. iunioribus preerat ⁊ gubernabat. Cuius hec erit ſolicitudo ⁊ eruditio principalis: per quam iunior introductus ſcandere cōſequenter etiā culmina perfectionis preualeat: vt doceat eum primitus ſuas vincere voluntates. quem ſtudioſe ⁊ diligenter in his exercēs ea ſemper illi imperare de induſtria procurabit: q̄ ſenſerit animo ſuo eſſe contraria. Multis ſiquidem experimentis edocti tradunt monachos et maxime iuniores ne voluptatem quidem concupiſcentie ſue refrenare poſſe: niſi prius mortificare per obedientiā ſuas didicerint voluntates. Ideoq; pronuntiant nullatenus vel iram vel triſtitiam vel ſpiritum fornicationis poſſe extinguere: ſed nec humilitatem cordis veram nec cum fratribus vnitatem perpetuam nec firmam diuturnamq; poſſe retinere concordiam: ſed nec in cenobio poſſe quidem diutius permanere: eum qui prius voluntates ſuas non didicerit ſuperare. Idem Io. caſſi. ibidē. Tanta obſeruantia obedientia regule cuſtoditur: vt iuniores abſq; licentia prepoſiti ſui non ſolum non audeant cellam egredi: ſed nec ipſi naturali neceſſitati ſatiſfacere propria authoritate preſumant. Sicq; vniuerſa complere quecumq; fuerint ab eo precepta, tāꝙ ſi ex deo ſint celitus edita, ſine vlla diſcuſſione feſtinant: vt nonnūꝙ impoſſibilia etiam ſibimet imperata ea fide ac deuotione ſuſcipiant: vt tota virtute ac ſine vlla cordis heſitatione perficere ea ac conſummare nitantur. ⁊ ne impoſſibilitatem precepti pro ſenioris reuerentia metiantur. Itaq; conſidentes intra cubilia ſua, ⁊ operi ac meditationi ſtudium pariter impendentes, quū ſonitum pulſantis oſtium audierint, ad orationem ſcilicet eos vel ad opus aliud inuitātis: certatim vnuſquiſq; de ſuo cubili prorūpit. Ita vt is qui opus ſcriptoris exercet: quam repertus fuerit inchoaſſe literā finire non audeat: ſed in eodem puncto quo ad aures ei⁹ ſonitus pulſantis aduenerit: ſumma velocitate proſiliens, nec tātum quidem more interponat quantū cepti apicis cōſummet effigiem: ſed imperfecte litere lineam derelinquens non tam operis compēdia lucra ve ſectetur: ꝙ virtutem obedientie exequi toto ſtudio atq; emulatione feſtinet. quā non ſolum operi manuum vel lectioni vel ſilentio ⁊ quieti celle, verū etiam cunctis virtutibus ita preferunt: vt huic iudicent omnia poſtponenda. ⁊ vniuerſa diſpendia ſubire contenti ſunt dūmodo hoc bonum in nullo violare videantur. ¶ F Item Io. caſſi. ibidem. Per humilitatem ⁊ veram obedientiam ceterarum virtutum quis poteſt culmina aſcendere, ſicut in Ioāne abbate patet. qui toto mundo claruit: ⁊ vſq; ad gratiam prophetie per virtutem obedientie extitit ſublimatus. Hic itaq; Ioannes ab adoleſcentia ſua vſq; ad virilem etatem ſeniori deſeruiens, donec ille in huius vite conuerſatione durauit: tanta humilitate inheſit eius obſequijs: vt ipſi quoq; ſeni obedientia eius ſtuporem ſummū incuteret. Cuius hanc virtutem vtrum de vera fide ac profunda cordis humilitate et ſimplicitate deſcēderet, an affectatitia eſſet et quodammodo coactitia, atq; ad imperantis faciem preberetur, volēs manifeſtius explorare: ꝙ plurima et etiam ſuperflua minuſq; neceſſaria vel impoſſibilia frequētius iniungebat. Ex quibus tria ponam quibus manifeſtari poſſit volentibus ſcire vel mentis eius vel ſubiectionis integritas. Sumpſit naq; lignum aridum ⁊ putre: et fixit in terra. precepitq; Ioanni vt illud aqua vecta quotidie bis rigaret: vt in antiquā arborē reuiuiſcens diffuſis ramis amenitatem oculis atq; vmbraculum eſtu feruenti ſubter reſidentibus exhiberet. Quod preceptum veneratione ſolita ſine vlla impoſſibilitatis cōſideratione ſuſcipiens adoleſcens, ita quotidianis dieb⁹ expleuit: vt aquā fere per duo miliaria indeſinēter apportans, nullatenus lignum ceſſaret rigare. atq; per totius anni ſpatium non infirmitas corporis, non feſtiuitatis ſolēnitas, non occupatio neceſſitatis vllius que illum etiam honeſte excuſaret ab executione mandati: non deniq; hyemis aſperitas intercidens, ab obſeruantia precepti huiuſmodi potuit impedire. Quūq; hanc eius ſedulitatem tacitus ſenex cōſideraret: videretq; eum ſimplici cordis affectu mandatum ſuum velut diuinitus emiſſum ſine vlla permutatione vultus vel rationis diſcuſſione ſeruare: ſinceram eius obedientiam cōprobans pariter ⁊ admirans tam longū laborem quem per totum anni ſpatiū ſtudio deuotionis impēderat: ad aridum virgultum accedens, O (inquit) Ioannes: miſitne radices hec arbor an non? Quūq; ille neſcire ſe dixiſſet: ſenex velut inquirens rei veritatem ⁊ tāꝙ tentans vtrumnam ſuis radicibus teneretur: euulſit coram ipſo leui cōmotione virgultum: ſicq; proijciens illud, precepit vt deinceps rigare deſineret. Hic idem Ioannes ad dicti ſenis imperium tentatiuū lenticulam olei que ſola in eremo remanſerat: per feneſtram cōminuendam demiſit ad terram: parum cogitans vel retractans precepti ineptiam, diutinam neceſſitatem, infirmitatem corporis, penuriam ſumptuum, eremi ſqualentis anguſtias ac difficultates. Hic idem ad obedientiam dicti ſenis ſaxū quod multe turbe hominū mouere non poſſent: cōplicita nunc ceruice nunc toto corpore prouoluere contendebat: non metiens impoſſibilitatem precepti pro reuerentia ſenis, ⁊ obſequij ſimplicitate ſincera: qua credebat fiducia ſenem non poſſe incaſſum ac ſine ratione precipere. Abbas pater mutius cū filio ſuo circiter. viij. annorum intrauit monaſterium. quadam die quum abbas infantem vidiſſet plorātem: ſimulans ſe commotum, ad probandum patris conſtantiā mortificationem ⁊ obediētiam, precepit patri vt tolleret filium: ⁊ iactaret in fluuiū. quod preceptum velut a deo ſibi factum adimplens filiū in vlnis rapiens proiecit in fluuiū. quem tamen procurati fratres poſt currentes de fluminis alueo leuauerunt. Reuelatū autem continuo fuit ſeniori hac eum obedientia. Gen. xxij. Abrae patriarche opus impleſſe. quem poſt ſemigrans ad chriſtū abbas ſucceſſorem monaſterio dereliquit. Quidam filius comitis ditiſſimi ſtudijs literalibus non mediocriter inſtitutus in monaſterio conuerſus, ad ſenioris preceptū confeſtim poſtꝙ intrauit monaſterium. x. ſportas ceruicibus ſuis portans ⁊ per plateas circūferens, ſingillatim multis ⁊ non vni ſicut ſibi preceptum erat ſtatuto precio venūdedit: non cōſiderans tam vilis ⁊ inconſueti officij nouitatem, ſplendorem nataliū, venditionis iniuriam: dū illam chriſti humilitatē. Mat. xij. (que eſt vera nobilitas animum que moribus ornat) per obedientie gratiam deſiderat obtinere. Abbas Pynuſius abbas in egypto ingentis cenobij ſignis ⁊ virtutibus glorioſus timens ne fauor populi fructus ſibi premij vacuaret eterni: occulte ſuū monaſterium fugiēs habitu ſeculari indutus receptus eſt ſicut nouiti⁹ ignotus in monaſterio Tabenſiotarum in Thebaida. datuſq; eſt tāꝙ ſenex inutilis ⁊ incognitus in adminiculum cuidam fratri adoleſcenti qui hortum ſuſceperat excolēdum. qui non ſolū omnia que ipſe prepoſitus imperaſſet ⁊ que iniūcti operis cura poſcebat, cum ſumma humilitate complebat: fimum humeris portando, ⁊ alia officia vilia fa-

ciendo: verū etiam quedam neceſſaria opera que propter horrorem a ceteris vitabantur noctis labore complebat. tādem cognitus a ſuis monachis eum querentibus/ coactus eſt ad ſuū redire monaſteriū: dicens ſe inuidia diaboli proditum/ ne bono ſubiectionis ⁊ obedientie potiretur. Simile fecit idem receptus in monaſterio Bethlemitano: qui tādem coactus ad ſuum rediit monaſterium in egypto: ⁊ coactus eſt eſſe quod erat. ❡ Quidam iunior cū a ſuo increparetur abbate cur humilitatem ⁊ obediētiam quā renuntians mundo pro modico tempore retentare cepiſſet/ dimitteret: diabolica inflat⁹ ſuperbia ſuaqꝫ contumacia reſpondit. Nūquid ob hoc memetipſum humiliaui pro tēpore: vt ſemper ſubditus ſim? ad quod eius effrenatū ſceleſtūqꝫ reſponſum ita eſt ſenior ſtupefactus: percipiens verba hec non ab homine ſed ab antiquo lucifero eſſe prolata: vt nullam vocem aduerſus tantā proteruiam de ore ſuo emitteret: ⁊ non niſi gemitus de corde tātummodo ⁊ ſuſpiria potuerit propalare: tacitus intra ſe voluens illud qđ legitur de chriſto. Phil. ij. Qui quum in forma dei eſſet: humiliauit ſemetipſm̄ factus obediens: non vt ille diabolico ſpiritu ac tumore poſſeſſus/ ꝑ tempore: ſed vſqꝫ ad mortem. Jo. caſſi. Nullo modo poterit in anima noſtra virtutum ſtructura cōſurgere: niſi prius iacta fuerint vere humilitatis in corde noſtro fundamina: que firmiſſime collocata perfectionis ⁊ charitatis culmē valeāt ſuſtinere. Jta videlȝ vt primum fratribus noſtris veram humilitatem intimo cordis exhibeamus affectu. in nullo ſcȝ acquieſcentes eos cōtriſtare vel ledere. quod nullatenus poterimus implere: niſi renuntiatio vera que in expoliatione omniū facultatum ac nuditate cōſiſtit/ in nobis fuerit chriſti amore fundata. deinde obedientie iugum ⁊ ſubiectio ſimplici corde ac ſine vlla fuerit ſimulatione ſuſcepta. Jta vt preter abbatis mandatū nulla penitus in nobis viuat voluntas. Quod non aliter poterit obſeruari: niſi quis ſe non ſolum mortuū huic mundo/ verū etiam inſipiētem iudicauerit ac ſtultum: vniuerſa que fuerint a ſenioribus imperata/ ſine vlla diſcuſſione perficiens: ſacroſancta ea credens ac diuinitus promulgata. Jn qua conſiſtentibus qualitate proculdubio ſtatus ille humilitatis vere tranquillus ac immobilis ſubſequetur: vt noſmetipſos inferiores omnibus iudicantes/ vniuerſa que nobis fuerit irrogata tametſi iniurioſa ſint vel triſtia vel dānoſa: tamꝙ̄ a ſuperioribus noſtris illata patientiſſime toleremus. hucuſqꝫ Jo. caſſi. in dicto. iiij. lib. de inſtitu. re. ❡ ℞ Quū Paulus ſimplex diſcipulus magni Antonij ſemel ex ſimplicitate preſentibus alijs fratribus interrogaſſet ipſum an chriſtus prius fuerit an prophete beatus Antonius verecūdatus pro eo/ ꝙ ſic eum diſcipulus ſuus abſurde interrogaſſet: ſilere eum ac abire iuſſit. Jlle vero quia omne quod ab eo dictū fuiſſet tāꝙ̄ preceptum dei ſeruare propoſuerat: accedens ad cellam ſuam tāꝙ̄ mandato accepto ſilentiū gerere inſtituit: nec omnino aliquid loqui. ⁊ ſic. x. annis permāſit. Quod quū percepiſſet Antonius: mirari cepit vnde hec illi obſeruantia placuiſſet: quā anime ſciebat nō eſſe mandatam. Quūqꝫ eum loqui iuſſiſſet: ⁊ cur tantū ſiluerit indicaret: Tu (inquit Paulus) dixiſti mihi vt irem ⁊ ſilerē. Et ſtupefactus Antonius ita ab eo ſermonē quem ipſe negligenter protulerat obſeruatum. Omnes nos iſte (inquit) condēnat. Quū enim nos de celo nobis non audiamus loquētem: ab iſto qualiſcūqꝫ ſermo qui ex ore noſtro proceſſerit obſeruatur. multā tamen Antonius docere volēs eum obedientiā/ precipere ei ſolitus erat etiā que ratio non poſcebat: in quibus eius animus probaretur. Haurire nāqꝫ aliquādo eum aquā iuſſit ex puteo: ⁊ in terrā tota die effundere. ⁊ contextas ſportellas reſoluere: atqꝫ iterum retexere: ⁊ rurſus reſoluere. Et ita per hec ad obedientiā puriſſimā informatus in breui ad perfectionem peruenit. Ex cuius exēplo dicebat Antonius ꝙ ſi quis velit velociter ad perfectionem venire: non ſibi ipſi fieret magiſter: nec propriis voluntatibus obediret: etiam ſi rectum videretur eſſe quod velit. ſed mandatum ſaluatoris obſeruandum ante omnia/ vt vnuſquiſqꝫ abneget ſemetipſum ſibi ⁊ renuntiet proprijs voluntatibus. Matth. xvj. quia chriſtus dicit Jo. vj. Ego veni non vt faciā voluntatem meā: ſed eius qui miſit me. ⁊ vtiqꝫ voluntas ſua non erat contraria patris: ſed qui venerat obedientiā docere/ non inueniretur obediens: ſi propriam faceret voluntatē. quanto magis nos iudicabimur inobedientes: ſi faciam⁹ proprias voluntates: Deniqꝫ ſupra dictus Paulus exemplū nobis eſt. qui obedientie ⁊ ſimplicitatis merito in tantū ſpiritualium gratiarum culmē aſcendit: vt multo plures ⁊ potentiores virtutes per ipſum ꝙ̄ per Antonium dominus faceret. Tante fuit ſimplicitatis ⁊ fiducie apud deū: vt quodam tempore quum celeriter non curaret quēdam oppreſſum a diriſſimo demone more canis rabiētem: more infantium indignatus dixit ad chriſtum. Vere hodie non manducabo ſi eum non curaueris. ⁊ mox quaſi delicioſo infanti ſatiſfactum eſt a chriſto. ⁊ ſtatim curatus eſt rabidus. ❡ Abbas Baſilius interrogat⁹ quomodo ſibi inuicem fratres obedire deberent: reſpōdit. ſicut ſerui dominis ſuis. ſicut precepit dominus. quia qui vult in vobis eſſe magnus/ fiat omniū nouiſſimus ⁊ ſeruus. ſicut filius hominis non venit miniſtrari. Matth. xx. ſed miniſtrare. Dicebat ſenex quia nihil ſic deus querit ab ijs qui initiū habent conuerſionis: quō obediētie laborem. ❡ Quidā ſecularis renuntiauit ſeculo: ⁊ venit in monaſteriū adducens ſecum ſuū filium paruulum infantem. quem abbas tenens oſculabatur: et dixit patri ſuo/ Amas hunc? ⁊ ille reſpondit. etiam. Poſtea dixit illi abbas/ Tolle ergo ſi amas eum: ⁊ mitte eū in furnum ardentem. ⁊ tenēs eum pater ſuus iactauit in furnū ardentem. ⁊ ſtatim factus eſt furnus velut ros. Daniel. iij. Ex quo facto acquiſiuit ſibi gloriam quemadmodū Abraam patriarcha. Jdem quaſi ſupra eo. ℞. abbas pater. ❡ Beatus Benedict⁹ iuſſit dari oleū quod remanſerat cuidā ſubdiacono. ſed cellerari⁹ nō obediuit ne fratribus oleū deeſſet. Jratus pater iuſſit alijs fratrib⁹ vt ipſum vas vitreū in quo parū olei remāſerat/ per feneſtrā proijceretur: ne in cella aliquid per inobedientiā remaneret. factūqꝫ eſt. ſed proiectū vas remāſit incolume. Tunc collectis fratrib⁹ beatus Benedictus de infidelitate ⁊ inobedientia inobedientē monachū increpauit. ❡ Narrat Greg. in dialogo li. iij. de epo ſabino epiſcopo placētino. ꝙ cū Padus fluuius egreſſus alueū ſuū terras eccleſie occupaſſet: dixit diacono ſuo/ Vade ⁊ dic pado/ mandat tibi eps vt te cōpeſcas: ⁊ ad proprium alueū redeas. qđ diaconus irriſit: nec obediuit. Tunc vir dei accerſito notario dictauit/ dicens. Sabinus dn̄i noſtri Jeſu chriſti ſeruus cōmonitoriū Pado. Precipio tibi in noīe Jeſu chriſti vt de alueo tuo in locis iſtis vlteri⁹ non exeas: nec terras eccleſie ledere preſumas. ⁊ dixit notario Vade hoc ſcribe ⁊ in aquam eiuſdē fluminis hoc proijce. Quo facto ſancti viri preceptū ſuſcipiens aqua ad alueū eſt reuerſa. qua in re inobedientiū duritia cōfundiť quando in virtute Jeſu ⁊ elementū irrationale ſancti viri preceptis obediuit. ❡ Vir dei cōtra Samariā miſſus/ quia per inobedientiā comedit in itinere: hūc leo in itinere occidit. ſed ſtatim illic ſcriptū eſt. iij. Reg. xiij. vij. q. j. deniqꝫ. quia ſtetit leo iuxta aſinū ⁊ nō comedit de cadauere. Ex qua re ſm̄ Greg. in. iij. dialogorū oſtēditur ꝙ peccatū inobedientie in ipſa fuerit morte laxatū. Jn libro q̄ diciť paradiſus diciť ꝙ quū Didimus monachus rogaſſet beatū Antoniū magnū qui eū ad viſitādum venerat: ꝙ in cella ſua flecteret genua ⁊ precē funderet: ſtatim fecit. at ſecundo noluit ſe rogari. ipſis nos rebus docēs ſanctorū voluntatibus obedire: quia verus monachus nō contēdit. Joſeph in coll. ſua de definiēdo dicit. Seniores noſtri quoꝝ fidei apoſtolicarū ſigna virtutū teſtimonia reddiderunt: quiqꝫ vniuerſa iudicio potius ac diſcretione ſpūs/ ꝙ̄ rigida animi obſtinatione geſſerunt: eos q̄ alienis infirmita-

tibus ⁊ volũtatibus acquieſcerent/multo vberiores fructus penitẽtie ꝙ eos qui in ſuis volũtatibus perdurarẽt capere cenſuerunt. Deniq; abbas Piamon poſt.xxv. annos oblatã ſibi vuam ⁊ vinũ a quodam fratre ſine heſitatione ſuſcipiens/cõfeſtim ea que ingeſta fuerant cõtra cõſuetudinẽ deguſtare/ꝙ ignote cũctis continentie maluit propalare virtutẽ. Idem in eodẽ. Nunq̃ rationabiles ac probatos patres duros aut irreuocabiles in ſuis definitionibus fuiſſe meminimus. ſed velut cerã calore ita etiã eos ratione mollitos: ⁊ intercedẽte ſalubriori cõſilio melioribus partibus ſine heſitatione ceſſiſſe. Quoſcũq; aũt vidimus definitionibus ꝓprijs inherere: irrationabiles ſemper probauimus ac diſcretionis expertes. ¶ Quidã venit ad abbatẽ Siſoy volens fieri monachus vnicũ habens filiũ. cui dixit Siſoy. Si vis fieri monachus proijce filium in flumen. quo volẽte facere miſſus a Siſoy alius frater dixit. Ne iactes puerũ in aquã. dixit ille. Abbas precepit vt iactem. Cui frater. Ille ⁊ iterũ precipit ꝙ non facias. Ille autẽ relinquens filiũ factus eſt monachus probatiſſimus ꝓpter obedientiã. ¶ Dixit abbas Siſoy. Veni ad abbatẽ Achillem q̃ fuit magne obedientie. ⁊ ad abbatem O: qui magne humilitatis fuit. ⁊ quũ ſtarem ibi: allatus fuit eis quidã piſcis modicus: quem quũ abbas Achilles incideret vt pararet eum: vocatus eſt ab O. ille autem dimiſit cultellũ in medio piſcis ſtatim: ⁊ non precidit eũ: ⁊ cucurrit ad eum. ⁊ miratus ſum tãtam obedientiam eius. quia nõ dixit/expecta donec incidã piſcem. Et dixi ego abbati Achilli/Vbi inueniſti obediẽtiam hanc? reſpõdit. Non eſt mea: ſed iſtius ſenis. ⁊ dixit mihi. Veni et vide obedientiã ⁊ humilitatẽ eius. Coxit aũt Achilles partem piſcis male: ita vt perderet illũ volũtarie. ⁊ appoſuit ſeni. ⁊ ille manducauit nihil loquẽs. ⁊ dixit ei/Bonũ eſt ſenex? ⁊ ille reſpondit. bonũ eſt valde. Poſt attulit aliã partem nimis coctam. ⁊ dixit. Ecce illud perdidi ſenex: et iſtud nimis coxi. Reſpondit etiã modice mali cibi exiuit. Et cõuerſus ad me abbas Achilles dixit. Vide quia hec obedientia iſtius ſenis eſt. Et exiui ab eis. ⁊ quicquid ibi vidi: feci ſm meã virtutem. ¶ Quidam patrũ miſit diſcipulũ ſuum procul haurire aquã ad puteũ. qui oblit⁹ portare funem/reſidens ſuper puteum clamauit dicens. Lacus lacus: abbas meus precepit mihi vt implerem lagenam iſtã aqua. ⁊ ſtatim aſcendit aqua vſq; ad ſummũ putei obediens ſibi: ſicut ipſe ſuo patri ſpũali. ⁊ impleuit lagenam aqua: ⁊ reuerſa eſt aqua in locum ſuũ. ¶ Quidã puer cũ patre ſuo venit inſtincte ad penitentiã faciendã. qui quũ tẽtaretur a fornicatione: dixit patri. Vado ad ſeculũ: quia nõ poſſum carnis concupiſcentiã tolerare. Cui pater. Accipe panes. xl. ⁊ eſto in eremo deferens folia palmarũ. xl. diebus. qui obediens patri quũ quieuiſſet ibi. xx. diebus: ſtetit corã ipſo velut mulier ethiopiſſa turpiſſima et fetidiſſima: ita vt abijceret eã a ſe fetorem non tolerãs. Cui illa. Ego ſum que cordibus iuuenũ dulcis appareo. ſed propter tuam obedientiam ⁊ laborẽ ⁊ orationem nõ permiſit me deus te ſeducere. Ille autẽ ſurgens nũtiauit patri. Cui pater. Et ego inquit noui. ſed ſi permanſiſſes. xl. diebus iuxta mandatũ meũ maiora vidiſſes. ¶ Sanctus Abraam anachorita in cella occluſus perfecte viuẽs rogatur ab epiſcopo ire ad vicum gentiliũ: ⁊ conuertere eos. cui Abraam. Obſecro inquit ſanctitatẽ tuam vt me mala mea plangere permittas. Cui eps. Ecce mũdum ⁊ que in eo ſunt reliquiſti: ⁊ crucẽ chriſti amplexus es. attamen donec vniuerſa hec expleueris: agnoſce te obedientiã (que cunctis virtutibus eminet) non habere. Hec ille quũ audiret cepit flere. ⁊ ait. Fiat volũtas dñi. ꝓpter obedientiã quocũq; iuſſeris pergam. ¶ Beate memorie Arſenius dixit aliquãdo abbati Alexandro. Quãdo expenderis palmulas tuas: tũc veni ⁊ guſtabimus. Si autẽ aliqui peregrini ſuperuenerint: comede cũ eis. Abbas autẽ Alexander leuius operabatur. ⁊ quum facta fuiſſet hora mãducandi: ſupererat adhuc ei de palmulis ſuis. ſed volens cuſtodire ſermonem ſenis ſuſtinuit donec explicaret palmas. Abbas aũt Arſenius quũ videret quia tardaret: guſtauit. exiſtimãs quia forte peregrini ſuperuenerant: ⁊ cũ ipſis guſtaſſet. Abbas autem Alexãder. poſtq̃ explicauit palmulas: veſpere perrexit ad Arſeniũ. Et dixit Arſenius. Peregrinos aliquos habuiſti? Et ille reſpõdit/nõ. Et Arſenius. Quare ergo nõ veniſti? Et reſpõdit. Tu dixiſti mihi/quãdo defecerint palme: tũc veni. ego habens ſermonẽ tuũ in animo meo non veni. q: modo adhuc cõpleui opus. Et miratus eſt ſenex ſcrupuloſitatẽ obedientie eius: ⁊ dixit. Citius diſiungere ab opere tuo: vt ⁊ miniſteriũ pſallendi facias ⁊ aquã tibi haurias. Alioquin cit⁹ debilitabitur corpus tuũ. ¶ Venerunt aliquãdo fratres quatuor veſtiti pelliceas tunicas deſerti ad abbatẽ Pambo. Et indicauit vnuſquiſq; virtutẽ alterius non preſente eo de quo loquebatur. Vnus aũt ex eis ieiunabat multũ. Alter vero nihil poſſidebat. Tertius vero habebat plurimã charitatem. De quarto dixerunt. ꝙ. xxiiij. annos habebat permanẽs in obediẽtia ſeniorũ. Reſpõdit eis abbas Pambo. Dico vobis ꝙ iſtius virt⁹ maior eſt aliorum. q̃m vnuſquiſq; veſtrũ virtutem quã poſſidet propria volũtate retinuit. hic aũt ſolus ſuam voluntatẽ abſcindens aliene voluntatis ſe ſeruum fecit. Tales enim veri cõfeſſores ſunt ſi vſq; ad finẽ ita perſeuerauerint. Dicebant ſenes ꝙ iſta querit chriſtus a chriſtianis: vt obediat quis diuinis ſcripturis. quoniã inde accipiet loquendorũ ⁊ agendorũ formã. Et vt cõſentiat prepoſitis ⁊ patrib⁹ ſuis orthodoxis. ¶ Item ſciendũ ꝙ vbi inferior prelatus vel iudex aliquid precipit: ⁊ ſuperior alius contrarium: ſuperiori obediendũ eſt. quod qualiter intelligatur no. xj. q. iij. qui reſiſtit. vbi de hoc. Vnde ſuper illud Rom. xiij. Qui ſuperiori reſiſtunt: ipſi ſibi dãnationem acquirũt. dicit gloſ. Aug. Si quis iuſſerit: nũquid faciendũ eſt: ſi contra proconſulem iubebatur? Rurſum ſi q̃d ipe procõſul iubeat: ⁊ aliud imperator: nũquid dubitatur illo contẽpto illi eſſe ſeruiendum? De hoc etiã habetur di. viij. que cõtra mores. Notat etiam Innoc. ex̃ de appel. ad hec. ꝙ in dubijs maxime in ſpiritualibus obediendũ eſt. De hoc etiam plene no. ex̃ de tẽpo. ordi. ad aures. ¶ Itẽ non tenentur ſubditi obedire prelatis in his que nõ pertinẽt ad officiũ ſuum. xviij. q. ij. *In qb⁹ ſit obediendũ ſupiori* hoc tantũ. ⁊ no. in pre. c. ad aures. Dicit eñ Seneca in. iij. lib. de beneficijs. Errat: ſi q̃s exiſtimat ſeruitutem in totũ hominẽ deſcendere. pars ei⁹ ſcz corpora obnoxia ⁊ adſcripta ſunt dominis. mens quidẽ ſui iuris eſt. Et ideo in ijs que pertinẽt ad interiorem motũ vel votũ voluntatis: nõ tenetur homo obedire homini. ſed in ijs que exterius per corpus ſunt agenda. In quibuſdã tamẽ que ad naturam corporis pertinẽt/homo homini obedire nõ tenetur: ſed ſoli deo. quia oẽs homines natura ſunt pares. puta in ijs que ad corporis pertinent ſuſtentationẽ ⁊ prolis generationẽ. Vnde non tenẽtur nec ſerui dominis/nec filij parẽtibus obedire in matrimonio cõtrahendo: vel virginitate ſeruãda: aut aliquid hmõi: niſi de bono ⁊ equo. de hoc legitur ⁊ no. ex̃ de deſpon. impub. c. j. ⁊ no. ex̃ de regu. cum virum. in gloſ. paterna deuotio. ⁊. xxv. q. j. c. j. ⁊ de cõiu. ſeruo. c. j. xxxij. q. j. integritas. Sed in ijs que pertinẽt ad diſpenſationem actuũ ⁊ rerum humanarum tenetur ſubditus ſuo ſuperiori obedire: ſm rationem ſuperioritatis: ſicut miles duci exercitus in ijs que pertinent ad bellum. xxiij. q. j. quid culpatur. vbi de hoc. Seruus domino in ijs que pertinent ad ſeruilia opera exequenda. liiij. diſt. quicũq;. ⁊ quaſi per totum. ⁊ ex̃ de iudeis. c. ij. Filius patri in ijs que pertinent ad diſciplinam vite ⁊ curam domeſticã. xxij. q. iiij. duo iſta. de obedientia religioſorum ſupra plene dixi. ¶ Tenentur etiam chriſtiani poteſtatib⁹ ſecularibus obedire infidelibus. per fidem enim non tollitur ordo iuſtitie: ſed magis firmatur. ſed ordo iuſtitie requirit vt inferiores ſuis ſuperioribus obediant. aliter eñ non poſſet humanarum rerum ſtatus conſeruari. ad hec j. Pet. ij. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis: nõ

tantū bonis ⁊ modeſtis/ſed etiam dyſcolis.xj.q.iij.iulia/nus.⁊.§. Item in pſalmis.⁊ ex̄ de iude.multoꝛū. lxxxix.di. ad hoc. Non tamen per hoc poſſunt iudei aut ſaraceni habere ſeruos chꝛiſtianos.quia pꝛohibitū eſt ex cauſa. ex̄ de iudeis.c.j.⁊.ij.⁊.c.ad hec.⁊.c.fi. Excōmunicatis etiam dominis/quādiu extat excōmunicatio/non tenētur vaſalli obedire. Ad hec.xv.q.vj.c.nos ſanctoꝛū. ⁊.c.iuratos. vbi de hoc. Nec hereticis.ex̄ de here.c.vlti. Nec tyꝛannis vſurpantibus publice pꝛincipatum:niſi iam cōfirmatis. iij.q.vij.§.tria.℣.verūtamen.in gloſ.ecce quātum. Item ſuperioꝛi iudici/vbi ſunt duo/obediendum eſt.vt dictum eſt in pꝛe.c.qui reſiſtit.⁊ hoc habet locum quando ad ſuperiorem appellatum eſt.vel quādo vnus iudex habet iuriſdictionem ab alio.vt officialis ab epiſcopo.ff.de iudi. iudicum.C.de offi.rec.pꝛouin.potioꝛes. ad hec faciunt. xxj.di. inferioꝛ.ex̄ de offi.leg.volentes. Ubi autem ſunt equales domini quibus aliquis tenetur:⁊ pꝛecipiunt diuerſa:obediat vtriq̄ ſi poteſt.ff.de ope.liber.libertus.⁊ no.de peni.di.j.§.hoc idem.℣.nemo em̄.in gloſ.diuerſis.al's obediat cui pꝛimo iurauit.quia pꝛimū iuramentum ſeruandū eſt. ex̄ de iureiur.tua.⁊.c.veniens. Si autem quis in duobus beneficijs intitulatus eſt:⁊ ſub diuerſis pꝛelatis:tūc obediat ei a quo maius habet beneficium:⁊ qui vtilius pꝛecipit.ar.ex̄ de teſta.cum in officijs.⁊.c.relatum.ij.⁊ ex̄ de poſtu.c.fi. Si in omnibus ſunt equales: locus eſt gratificationi.ff.ad ſyluia.ſenatuſconſul.ſi q̄s in graui.§.ſicut oīs. Hec in oꝛdinarijs iudicibus locum habent. In delegatis vero ſeruatur quod dicit̄ ex̄ de reſcrip.cum cōtingat. Itē tam in oꝛdinarijs q̄ in delegatis locum habet.ex̄ de ſen.⁊ re iudi.c.fi. ¶ Si pꝛecipiat epiſcopus ſacerdoti excōmunicare vel denuntiare aliquē quē ſacerdos ⁊ maioꝛ pars parochie ſcit innocētem:nihilominus obediat ſacerdos. xj.q.iij.ſentētia.xxiij.q.j.quid culpatur.ex̄ de offi.delega.ſi quādo.c.paſtoꝛalis.§.quia vero. Unde Bern̄. ad Adam monachum. Quedam ſunt pura bona.quedam pura mala.⁊ in ijs nulla debetur obedientia hominibus.quia nec mala agenda:nec bona ſunt pꝛopter obedientiam dimittenda.ſed inter hec ſunt media. ⁊ in ijs nō eſt fas ſenſum noſtrum pꝛeferre ſententie magiſtroꝛum: ſcʒ vt vigilare/diſciplinare/ieiunare/peregrinari/⁊ ſimilia. ¶ Si epiſcopus pꝛecipiat clerico ſuo vt eat Romam pꝛopter negotia eccleſie:non poteſt ſe excuſare ab obediendo/quia dicit q̄ alij ſunt ibi magis idonei. quia in legationibus non eſt oꝛdo ſeruandus.ff.de lega.ſecūdo.§.penulti.⁊ no. de hoc xvj.q.j.vos autem. Nec poteſt ſe excuſare pꝛetextu cure familiaris.quia cōmunis vtilitas pꝛeferenda eſt pꝛiuate.ex̄ de poſtu.pꝛe.bone.⁊ hoc tamen intelligas ſm ea que no. vij.q.j.ſcias. Non tamen tenetur obedire vt pꝛomoueat negotium cōtra ſemetipſum.ff.de lega.ſecundo.§.ſi accuſatio.⁊ ar.ex̄ de iureiur.petitio.⁊ faciunt ea que no.xxij.q.v.de foꝛma.in gloſ.ſic ergo. ¶ Item nō tenetur clericus obedire pꝛelato ſuo ad dādū ei vel ſuo nepoti libꝛos ſuos: vel renūtiare beneficio vel eccleſie ſue.quia non pertinet hoc ad officiū pꝛelati.vij.q.j.quia frater. Ideo dixit cantoꝛ Pariſienſis q̄ non tenentur clerici ad obedientiā burſalem ſiue argentinam/ſiue mulinam/ſiue equinam. Si tn̄ iſte clericus ſit habens clericos dure ceruicis:ſit ⁊ ipſe ſuperioꝛ pꝛecipit q̄ cōmodet clerico bone indolis ⁊ ingenij:vt ſtudio theologie ad quod mittit ipſum ꝓficiat vel iuris canonici aut ciuilis:tunc obediendū eſt ei.quia non mouet ipſum cupiditas:ſed charitas ⁊ eccleſiaſtica vtilitas.ar.pꝛe.c.quia frater. ⁊ ex̄ de magiſtris. ſuper ſpecula. Et hoc intelligas quando ille clericus cui talis obedientia iniungitur/libꝛos de bonis eccleſie acquiſiuit.al's ſecus.ex̄ de teſta.requiſiſti.⁊.c.quia nos. ⁊ de iure patro. cū dilectus. §. nos igitur.xij.q.iiij.c.j.⁊.ij.⁊.q.v. ſitum. ⁊ no. xij.q.j.res eccleſie. Ray. Greg. in moral. Obedientia que habet aliquid de pꝛopꝛio/in ꝓſperis nulla eſt aut minoꝛ. quia ſcʒ voluntas pꝛopꝛia non videtur pꝛincipaliter tendere ad implendum pꝛeceptum; ſed ad adſequendū pꝛopꝛium volitum. In aduerſis autem niſi ex ſemetipſo animus appetat:obedientie ſibi meritum minuit.quia ad ea que in hac vita deſpecta ſunt/inuitus nolenſq̄ deſcendit. viij.q.j.ſciendum. ¶ Religioſi pꝛofitentur obedientiam quantū ad regularem cōuerſationem ſm quam pꝛelatis ſuis ſubduntur. Ideo quantū ad illa ſola obedire tenentur: que poſſunt ad regularem obſeruantiam pertinere. Et hec eſt obedientia ſufficiens ad ſalutem. Si autem in alijs obedire voluerint:hec erunt ad cumulum perfectionis.dummodo iſta non ſint contra deum aut contra pꝛofeſſionem. Unde Bern̄.dicit in lib.de pꝛecepto ⁊ diſciplina. Subditus nec citra pꝛomiſſum eſt inhibēdus: nec vltra pꝛomiſſum cogendus per legem obediētie. Credo tamen q̄ iſta regula fallat in obedientia fratrum minoꝛum: qui per regularem pꝛofeſſionem ſuam tenēntur eoꝛū pꝛelatis obedire in omnibus que non ſunt contra regulam/aut contra deum/aut animā.ſicut in eoꝛum regula continetur. Et hec obedientia ſtrictioꝛ ⁊ perfectioꝛ eſt obediētijs aliarum regularum. Et hoc eſt pꝛopꝛie ſm euangeliū ſeipſum ex toto abnegare. Matth.x.⁊.xvj. Mar.viij. Lu.ix.⁊.xiiij. Nihil enim fratres minoꝛes excipiendo in obedientia regule ad omnem ſunt generaliter obedientiam obligati.j.Coꝛ.xv.⁊ Heb.ij.ex̄ de pꝛiuil.quia circa.cum ſi. vbi de hoc. ¶ I Religioſo imponuntur aliqua q̄ ſunt ſm regulam.vt que continētur in regula:⁊ ea que ad debitam illoꝛum obſeruantiam expediunt vel requiruntur. Et in hoc non eſt dubium q̄ religioſus tenetur ſuo obedire pꝛelato.niſi impedimento legitimo excuſetur.ex̄ de maio.⁊ obe. cum in eccleſijs. ex̄ de ſimo.ne dei. Aliqua vero imponuntur pꝛeter regulam.vt que nec ibi continentur: nec expediunt ad illam: nec oꝛdinantur.vt eleuare feſtucam.⁊ hic etiam non tenetur obedire.quia non tenet̄ niſi quatenus ſe obligauit ſua pꝛofeſſione.vt ſupꝛa dixi. Perfecta tamen obedientia eſt in his obedire. Aliqua imponuntur contra regulam. Et hic diſtinguendum eſt.quia quedam ſunt in quibus pꝛelatus poteſt diſpenſare.vt abbas in eſu carnium ex cauſa.vt no.ex̄ de ſtatu.mona. cum ad monaſterium.in gloſ.ſic ergo.⁊.xx.q.vlti.c.vlti. Et tūc tenetur obedire.quia melius eſt mactare mentem q̄ ventrem.viij.q.j.ſciendū. Quedam in q̄bus non poteſt diſpēſare.vt in caſtitate:⁊ in habēdo pꝛopꝛium:⁊ ſimilibus.ex̄ de ſta.mona.c.ij.⁊.c.cum ad monaſteriū.§.ſi. Et tunc non debet obedire. Aut dubium eſt an diſpēſare poſſit aut pꝛecipere. Et tunc obediendum eſt.xxiij.q.j.quid culpatur.et de hoc ſatis notatum eſt ſupꝛa. ¶ Item tenetur religioſus obedire ſuo pꝛelato pꝛecipienti.q̄ ſtet in ſcholis vel q̄
addiſcat.quia non eſt hoc contra pꝛofeſſionē regularem. A q̄bus
excepto ſtudio phyſice/⁊ legum/eis pꝛohibito.ex̄ ne cleri. ſtudijs
vel mona.nō magno. De quo textu arguo q̄ ſtudere in ſa arceant̄
cra theologia ⁊ ſacris canonibus qui pꝛacticāt ipſam nō religioſi
eſt ipſis pꝛohibitum. Et ar.decre.eiuſdē ti. ſuper ſpecula.§.ſi.⁊ expꝛeſſum.ex̄ de renū.poſt tranſlationem.§. ceterū. ibi. Ac per exercitiū lectionis ſcientie reperit ſciētie margaritam.de cōſe.diſt.v.nunq̄.ibi. Ama ſcientiam ſcripturarum.⁊.xvj.q.j.doctos.in pꝛimo verbo.⁊.c.legi.ibi. ⁊ cū deſit ei inſtructio neceſſaria. Idē dico etiam eis cōceſſum ſtudere in liberalibus artibus tēperate ⁊ fine debito ad ſacras literas melius intelligendas/erroꝛes vitandos ⁊ confutandos.xxxvij.diſt.qui de menſa.⁊.c.ſi quid.⁊.c.turbat.⁊.§.ecōtra.⁊.§.cur ergo.excepta Arithmetica ⁊ Geometria ⁊ Aſtronomia: que non ſunt ſcientie pietatis ſm Hiero. Sciētia autē pietatis eſt legere ⁊ ſtudere in ſacris literis.xxxvij.diſ.ſi quis grāmaticam. Aſtronomia autem pꝛona ad idololatriam in deſuetudinem abijt.xxvj.q.j.§.his ita. ¶ Ad hoc tamen q̄ poſſit religioſus ſacro ſtudio intendere/duo pꝛecipue exiguntur. Pꝛimū/vt ex obedientia cogatur.vide ex̄ ne cleri.vel mona. vt periculoſa.li.vj. quia ſm apoſtolum ſciētia inflat.j.ad Coꝛ.viij.⁊ ex̄ de renun.niſi cum pꝛidem.§.pꝛo defectu. Et q̄ dicit inflat.i.ad ſuperbiam inclinat. Inflatio enim pꝛo ſuperbia accipi/

tur.ſe.q.iij.ſi autem. Et dicit Bern. Sicut cibus indigeſtus corrūpit ſtomachum ⁊ hydropicum facit:ſic ſcientia adiecta niſi ſit feruore charitatis decocta malos mores generat. Et quia ex ſe ſemꝑ debet in clauſtro manere.xvj.q.j.placuit.ibi. Sit clauſtro ſuo cōtentus.quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita:ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaq; ſolitari⁹ ⁊ taceat:quia mūdo eſt mortuus: deo autem viuit. Secundū ꝙ intentio eius nō ſit ad gloriam nec appetitū honoris:ſed ad ſapientiā/dictam a ſapore ⁊ guſtu diuino/adſpirare.quia monachus nō docentis ſed plangentis habet officiū:qui ⁊ ſe ⁊ mūdum lugeat.xvj.q.j.monachus.vij.q.j.hoc nequaq̄. Et dicebat ſacer Franciſcus requiſitus a fratre quid legeret/ꝙ ſufficiebat ei legere in libro crucis. Et dicebat fratribus ſuis. Tot erunt vacantes ſcientie: ꝙ beatus erit ille qui ſe ab ea ſterilem fecerit propter deum. ¶ Nec poteſt abbas nō exemptus mandare per obedientiā monacho ſuo ꝙ non cōfiteatur epiſcopo vel penitētiario ſuo.quia eſt ordinarius omniū de dioceſi clericorum ⁊ monachorū.xvj.q.vij. omnes baſilice.ex̄ de offi.ordi.conquerēte.ex̄ de offi.archipreſ. officiū. ex̄ de preſcrip.cum olim.§.ſi.ibi. Penitentia in leuioribus culpis. Nec tenetur monachus denuo ſuo abbati peccata illa de quibus ſemel fuit confeſſus ⁊ abſolut⁹ ab epiſcopo vel penitentiario/confiteri.de peni.diſt.j.§.his authoritatibus aſſeritur.℟.nec eſt neceſſe.niſi in caſibus poſitis ibi in gloſ.que incipit/in caſibus tamē. Unde dicit Thomas ꝙ non poteſt quis authoritate cuiuſcūq; hominis cōpelli ad confitendū peccatum quod alteri confeſſus eſt q̄ abſoluere potuit.quia confeſſio peccatorū eſt quoddā ſacramentale diuino imperio ſubiacēs:non humano. Non tenentur religioſi etiam non exēpti obedire in omnib⁹ epiſcopis. Unde ſi precipiant prelato eorū vel fratri ꝙ vadat ad papā vel regem pro ipſis aut pro alijs:aut ꝙ recipiant cōmiſſiones eorum in cauſis:vel executiones teſtamētorum aut ſimilia:non tenetur obedire. Ad hoc.xviij.q.ij.c. hoc tantū.xvj.q.j.de preſentium.ex̄ de ſimo.ne dei. Crederem tamen ꝙ propter neceſſitatem vel magnam vtilitatē poſſunt epiſcopi talia demandare.⁊ ipſi tunc obedire tenentur.per ea que leguntur ⁊ no.xvj.q.j.qui vere.⁊.c.quidam monachi.vbi de hoc.⁊.ij.q.vij.cura paſtoris. ¶ Non poſſunt religioſi non exēpti ſine licentia dioceſani vel eorum vicariorum vel capituli vacante eccleſia ad ordines promoueri per alium epiſcopū.quia ſubſunt epiſcopis:⁊ de eorum iuriſdictione ſunt.vt ſupra probatum eſt. ex̄ de preſcrip.veniens.§.chriſma.expreſſum ex̄ de tempo.ordi. cum nullus.§.inferiores.lib.vj.⁊ ſm̄ illum.§.⁊ ſequētem intellige quod dixi ſupra de vicarijs. ¶ Si epiſcopus velit monachū inſtituere rectorem in eccleſia ſeculari:⁊ abbas nolit:obediet monachus abbati.xvj.q.j.cum pro vtilitate.⁊.c.monachi.lviij.diſt.c.j.⁊.ij. Si tamen vtilitas eccleſie exigit:cogendus eſt abbas per ſuperiorem conſentire:⁊ monachū licentiare.vt pre.c.cum pro vtilitate.⁊ ex̄ de iure patro.nullus.⁊ facit ex̄ de ſta.mona.quod dei. Si prelatus vocet ad ſe aliquem religioſum ad ſuū comitatum vbi ille religioſus regulam ſuā vel ſtatuta alia regularia ſeruare non poteſt:cōſulo vt ad clauſtrū propriū reuertatur:nec periculum ſuum exponat cōmodis alienis. xlvij.di.ſicut. Si vero de precepto pape vel ſuperioris cogatur:⁊ nequeat miſericordiā inuenire:neceſſe eſt obedire.ar.ex̄ de offi.deleg.ſi quādo.xix.diſt.in memoriam.c.di. contra morem.⁊ ibi prout poterit regulam ſuā obſeruet. quia gratia dei vbiq; datur.⁊ regula vbilibet difficulter ſeruari poteſt.quia nec ſocietas nec locus eſt de ſubſtātia regulari.ar.bonū.xl.diſt.illud.⁊.c.quelibet. ¶ Itē notandum ꝙ regulares longe magis ſunt adſtricti p̄latis ſuis obedire.vtpote q̄ renuntiauerūt omnibus ⁊ proprie volūtati.q̄ꝫ clerici ſeculares epo.xij.q.j.non dicatis.ex̄ de offi. or.quāto.⁊ ſupra dixi. Et clerici magis ſunt adſtricti obedire epō q̄ꝫ laici.ar.lxxj.di.primatus.viij.q.j.quid aūt. Tenetur monachus obedire epō inuito abbate vocatus pro cubiculari.licet videatur priuilegiū papale.no.ij.q.vij.cū paſtoris.ſm̄ additionē Bar.licet alij ſint contra. vide qđ no.ſupra.§.ſed vt ſciant.℟.inquiūt.⁊ in additione ibi poſita.in ar.xx. ¶ Non ſolū non eſt obediendū precepto iniuſto manifeſte:ſed etiā inhoneſto ⁊ incommodo.no.xj.q.iij.non ſemper.huc uſq; Ray.ab illo.℟.ſupra ſi epo. ¶ Uerum ad ampliorem obediētie notitiā veniamus:⁊ primo eā deſcribamus. Obedientia eſt voluntas faciendi preceptū vel mandatum ſuperioris. Et intelligas mādatum quod ſit mediate:vel per nuntiū:vel per literas. Preceptū vero quod ſit immediate. Uel mandatum intelligas volūtatem iudicatā que eſt ſine coactione imperij. Preceptū vero eſt quando eſt imperij coactio. Probatur hec deſcriptio.xiiij.q.j.quod precipitur. vbi etiā de hoc no. Item ſic deſcribitur. Obediētia eſt ſpontaneum ⁊ voluntariū ⁊ rationabile ꝓprie voluntatis ſacrificium. Probat̄ hec deſcriptio.xx.q.iij.preſens.xv.q.j.non eſt.viij.q.j.ſciendū. Uel obedientia eſt pio ſtudio ꝓprie voluntatis abnegatio.ad hoc.xij.q.j.non dicatis. ¶ Et notandum ꝙ ꝓpria voluntas dupliciter accipitur. Uno em̄ modo dicitur volūtas ꝓpria:que non eſt deo ſubiecta. Et ſm̄ hoc abnegatio ꝓprie voluntatis ſit:quū voluntas noſtra diuine voluntati ſubijcitur. Phil.ij. Jo.iiij.⁊.vj. Luc.xxij. Mar.xiiij.⁊ Matth.xxvj. Alio modo dicitur ꝓpria volūtas:que non eſt ſubiecta homini.⁊ ſm̄ hoc volūtas ꝓpria abnegatur in eo qui ſe voto obligans homini volūtatem ſuam ſubdit volūtati humane. Et ſic abnegatio ꝓprie volūtatis ſpecialiter videtur pertinere ad religioſos.vt pre.c.non dicatis.⁊ ex̄ lib.vj.de elec.ſi religioſus. ¶ De prima abnegatione magiſter Hugo de ſancto victore ait ꝙ ſpiritus hoīs in medio quodā loco cōſtitutus/ſupra ſe creatorem ſuū habet:cui ſubiectus eſſe debet.ſub ſe carnē ſuā: cui debet eſſe prelatus. Rom.viij. Aliud ergo debet creatori ꝓpter ſubiectionem. aliud carni propter prelationē. Creatori debet vt nūq̄ preter eius volūtatem ſe moueat extra illā effluendo. Gen.xlix.ad Heb.ij.preſumens illa q̄ non debet:vel infra illam ſubſiſtendo:torpens ab ijs que debet. Carni vero ſcꝫ ancille debet vt eam ſm̄ arbitriū rationis ſcꝫ dn̄e diſponat. Hec caro non eſt habenda odio. ſm̄ apoſtolū Ephe.v.xiij.q.ij.non exiſtimemus. Ber. Nōne odit carnē ſuam qui ei cumulos gehenne mercatur:et ſm̄ duritiam ſuam ⁊ cor impenitens theſaurizat iram in die ire. Optime diligit carnē:qui conculcat ⁊ macerat eā: ſicut pannus a fullonibus cōculcatur: vt mundior et melior ſiat. Apoca.vij. Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna ⁊ lauerūt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Itē Anſ. Non eſt aliud peccare/q̄ꝫ nō reddere deo debitū. Omnis enim volūtas rationalis creature ſubiecta debet eſſe volūtati diuine. Hoc eſt debitum qđ debet angelus ⁊ homo deo. Et hec eſt iuſtitia ſiue rectitudo voluntatis:q̄ iuſtos facit ſiue rectos corde.i.volūtate. Hic eſt ſolus ⁊ tot⁹ honor quē debemus deo:⁊ a nobis exigit deus. Sola nāq; talis volūtas facit opera deo placita: quū poteſt operari ⁊ quū non poteſt. Ipſa ſola per ſe placet.q: nullum opus ſine illa placet. Hunc honorem debitū qui deo nō reddit: aufert deo quod ſuū eſt:⁊ deū exhonorat.⁊ hoc eſt peccare. Roma.ij. Per preuaricationem legis deū inhonoras. Nihil enim minus tolerandū eſt in rerū ordine:q̄ꝫ vt creatura debitam ſubiectionem ⁊ honorem ſuo creatori auferat:⁊ nō ſoluat quod aufert. Neceſſe ergo eſt vt aut ablatus honor ſoluatur:aut pena ſequatur. Nā aut homo debitam ſubiectionem deo volenti ſpōtaneam exhibet: aut deus eum inuitum ſibi torquēdo ſubijcit.⁊ ſic ſe dominū eius oſtendit. Un̄ Ezech.xx. Uiuo ego dicit dn̄s deus.q̄m in manu forti ⁊ in brachio extēto ⁊ in furore effuſo regnabo ſuper vos. ¶ Pio ſtudio dicit̄ in deſcriptione/ad differentiam illorum qui voluntatem ſuam humane voluntati ſubdunt timore ſeruili:qui non eſt in charitate.j. Joan. iiij. de quo etiam habetur.xxiij.q.vj.§.vlti. Obedientia

Obediētie deſcriptio.

autẽ vera charitate perficitur.j.Pet.j. Caſtificantes animas veſtras in obedientia charitatis. Uel ꝑ lucro terreno.qḋ excludit ſibi meritũ dandum a deo. Propter deuz eñ nõ ꝓpter lucrũ humanũ ſubiecti eſſe debem⁹.j.Pe.ij. Subiecti eſtote ꝓpꝛ deũ oib⁹.ex̄ de ma. ⁊ obe. ſolite.j.rñ. Et intellige hic pium ſtudium/vehementẽ animi applicationẽ ad cultum dei.vt pium hic dicaꝛ a pietate:que ḋ: theoſebia ſm Greg. ¶ Item notandũ ꝙ obediẽtia ꝓut eſt virtus ſpecialis: attenditur reſpectu coꝝ que ſunt in

Obediẽtie deſcriptio. differentia.vnde Augu.de vera religione. Peccatum eſt nõ ſolum malum ſed etiã vetitum facere. inferens a ſimili ꝙ opus virtutis eſt nõ ſolum bonũ ſed etiam preceptũ facere. Unde dñs obediẽtiam Ade experiri voluit in eo qḋ erat ſm ſe indifferẽs. ſcȝ in comeſtione fructus ligni ſcientie boni ⁊ mali.Geñ.iij.xj.q.iij.quid ergo. Itẽ obedientia generalis virtus eſt. mouere eñ põt ad oia opera virtutum;omne eñ opus virtutis iuberi põt a ſuperiore/vel deo/vel hoie. Unde ſi aliquis velit exire in op⁹ virtutis:q: iuſſum eſt a ſuperiore: voluntas illa erit obedientis. Unde voluntas faciẽdi iuſſum ſuperioris: quia iuſſum eſt:eſt ſpecialis actus obedientie. Item ſciẽduȝ ꝙ quũ ſubdere ſe alteri/ſit humilitatis ⁊ obedientie: differunt tamen. Subdere eñ ſe alicui ſm reputationẽ/eſt humilitas. Hoc eñ electoꝝ ꝓpꝛium eſſe ſolet: vt de ſe minus ſentiant q̃ ſint.iuxta verbũ Greg. Item quũ ſupbia ſit appetitus ꝓpꝛie excellentie.iuxta Berñ. in epl'is. Ad humilitatem etiã ptinet amor inferioritatis vel vilitatꝫ. ſm verbum Berñ.ſup Cãt. Uerus inquit humilis vilis vult reputari. ⁊ Luc.xiiij. Quũ vocatus fueris ſcȝ ad nuptias: vade ⁊ recũbe in nouiſſimo loco. Subiectio humilitatis reſpicit pſonam ſm ſe. Subiectio vero obediẽtie reſpicit eam pſonam cui aliquis ſubditur inquãtum eſt pcipiens:⁊ pſonam que ſubditur inquantum eſt agens. Exemplum harũ duarũ ſubiectionũ habemus in chriſto ⁊ Joanne. Matth.iij. ⁊ Luce.iij. Subiectione obediẽtie ſubiecit ſe Joãnes chriſto:quãdo conſenſit vt baptizaret chriſtum prout chriſtus volebat. Unde dicit ibi gloſ. Uera eſt humilitas quã non deſerit comes obediẽtia. Chriſtus vero ſubdidit ſe Joãni ſubiectione humilitatis:volẽs a Joãne minori baptizari. Unde ⁊ dicit ibi. Sic nos implere opȝ oẽm iuſtitiam.i.humilitatem:que eſt ſubdere ſe minori.ſm gloſ.ibi. Superioris eſt baptizare. inferioris eſt baptizari. Actuũ.xx. Beatius eſt dare q̃ accipere. ¶ Ad cõmendationẽ obedientie faciũt admonitiões ſacre ſcripture. Roma.xiij. Ois aia poteſtatib⁹ ſublimioribus ſubdita ſit.ex̄ de cenſi.ois. Ephe.vj. Filij obedite parentibus veſtris in dño. Coloſ.iij. Filij obedite parentibus veſtris per oia. Heb.xiij. Obedite prepoſitis vr̄is ⁊ ſubiacete eis.ipſi eñ peruigilãt quaſi rationẽ ꝓ aiab⁹ veſtris redditurí. Obediunt etiã deo creature inſenſibiles.ps.cxlviij. Preceptum poſuit:⁊ nõ pteribit. Baruch iij. Stelle vocate ſunt:⁊ dixerunt adſumus.ps.ciij. Terminũ poſuiſti quẽ non tranſgredientur. Mat.viij. Luce viij. Marci.v. Quis eſt hic cui mare ⁊ venti obediunt? Ambro.in hexameron. Non mediocris pudor eſt iperio dei inſenſibilia elementa parere:⁊ hoies nõ obedire:quibus ſenſus ab ipſo tributus eſt authore. Paruerũt rane beato Ambroſio que eũ predicantẽ impediebãt: ⁊ tacuerunt. Paruerunt hirũdines beato Franciſco predicanti:⁊ tacuerunt. Paruerunt ei cicade/⁊ cuniculi/⁊ cerui/⁊ ouis/⁊ agnus/⁊ lynx/⁊ phaſianus/⁊ alie aues. vt habetur in eius legenda. Sancto etiã Martino (vt habeꝛ in legenda ſua) obediebant ignis/⁊ aqua/⁊ arbor/⁊ canes/⁊ ſerpentes.vñ ſemel ingemiſcẽs ait. Serpentes me audiunt:⁊ hoies non audiunt. ¶ 2 Exempla obedientie pmo in capite noſtro chriſto obediẽte vſq; ad mortẽ.

Abrae obedientia. Phil.ij. Item obediẽtia Abrae. Triplici aũt pcepto ꝓbauit dñs obedientiã Abrae. In prie deſertione. Gene.xij. Egredere de terra tua. In circũciſione. Geñ.xvij. In filij imolatione. Geñ.xxij. In pmo fuit renũtiatio quãtuȝ ad effectũ terrenoꝝ. In ſecũdo conſanguineoꝝ ⁊ vitiorũ et carnaliũ deſiderioꝝ. In tertio renuntiatio ſilioꝝ. Sed ⁊ in pmo pcepto/Egredere ⁊c. triplex religioſoꝝ renũtiatio figuratur:ſcȝ terrenoꝝ/carnaliũ deſiderioꝝ/⁊ voluntatis ⁊ ꝓpꝛij intellectus. Prima ſit ꝑ ꝓmiſſionẽ paupertatis. Secũda ꝑ votum caſtitatis. Tertia per abnegationẽ ꝓpꝛie voluntatis.que adimpletur ꝑ veram obedientiã. De hoc loquiꝛ illa collatio Papuntij de tribus abrenuntiationib⁹/que eſt tertia inter coll'. Jo.caſſia. ¶ Sũt autem.xv.difficilia que cõmendãt obedientiã Abrae ⁊ aliorum vere obedientiũ in ijs que ſibi dñs imperauit. Primũ eſt/ꝙ Abraam voluit ad preceptũ dñi re ſibi chariſſima ſcȝ filio vnigenito carere. Scḋm/ꝙ dñs voluit ꝙ pater occideret filium ꝑ ſe.minor eñ fuiſſet dolor ſi ꝑ alium occidiſſet. Tertiũ/ꝙ voluit eũ occidi corã ſe.imo ipſemet manu ꝓpꝛia voluit h̄ facere. Multi eñ ſuſtinerẽt ꝙ filij ſui occiderenꝛ:tñ nõ poſſent h̄ aſpicere vel ꝓpꝛia manu h̄ facere. Propterea paſſio dñe nr̄e.Lu.ij.ibi. Tuã aiam.⁊c. maior fuit q: pſens erat cruci. Jo.xix. Quartũ ꝙ filius eius ille erat vnicus.nõ eñ habebat alium ex libera vxore. Unde dixit ei angelus de celo. Geñ.xxij. Quia non pepercisti vnigenito ꝓpter me.xxxij.q.iiij.recurrat. Quintum/ꝙ miraculoſe habuerat eum.quia ex vxore vetula ⁊ ſterili: ⁊ quum ipſe iam eſſet centenarius. Geneſis.xxj.

Sextum/ꝙ magna promiſſio facta erat Abrae de ipſo. Galatas.iij. Gene.xij.⁊.xv. Septimum/ꝙ ipſe ſolatiũ erat matri ſue.quod no.ibi quũ dicitur Jſaac.quod interpretatur riſus.dixit enim mater ſua eo ſibi dato. Riſum fecit mihi domin⁹.quicũq; eñ audierit:corridebit mihi. Geneſis.xxj. Quid dixiſſet mater Jſaac: ſi Abraam reuertens de eius immolatione dixiſſet ei immolaui filiuȝ tuum. Narrat etiam Joſephus ꝙ ipe puer gratioſus ad fauorem ſuum parentes potius prouocabat: eo ꝙ in omni virtute ſtuderet:⁊ parentum haberet ſolicitudinem: et affectum circa dei religionem. Octauum/quia voluit eum non ſolum occidi/ſed etiam incendi. Unde dicitur Geneſis.xxij. Offer eum ibi in holocauſtuȝ.quod interpretatur totum incenſum.noluit parcere nec viuo nec mortuo. Nonum/ꝙ voluit eum ducere per triduum ad locum immolationis. Unde gloſ.ibi. Non eſt Abraã iuſſus ſtatim occidere filium ſuum:ſed per triduum ducere ad immolationis locum.vt longitudine temporis tentatio augeretur.⁊ creſcentibus curis paterna viſcera cruciarentur.prolixo ſpatio pater filium intuetur. cibum cũ eo ſumit. tot noctibus ꝓpendet in amplexibus. pater cubat in gremio.⁊ per ſingula momenta in paterno amplexu dolor occidendi filium cumulatur. Decimũ/q: nõ apparebat aliqua pcepti vtilitas vel neceſſitas. Que eñ vtilitas inocentẽ occidere:dãnũ ꝓ̄o manifeſtũ erat. ⁊ ſumma crudelitas videbatur. Hiere.vij. xxviij.q.v. regum.

Undecimũ/ꝙ non excuſaſſet eum authoritas precipiẽtis.quũ nullus teſtis adfuiſſet. nec crederetur ei ſi dixiſſet hoc ſibi dñm precepiſſe. Duodecimũ quia hoc erat rationi ⁊ nature contrariũ. Decimũtertiũ/q: non pceſſerat in ſanctis patribus huiõi obedientie exemplum.

Decimũquartũ/ꝙ oim ad quoꝝ notitiam hoc pueniſſet imminebat ſcandalum. Decimũquintuȝ/Quũ ait/Tolle.q.d.nõ per alium:ſed per teipſum. Filium. non ſeruuȝ vel alienum. Unigenitum.non de multis vnum.q: iuxta illud poeticum.

Parcius ex multis mater deſiderat vnum:
Et que flens dicit/tu mihi ſolus eras.

Quẽ diligis.q: in ſenectute genitũ ⁊ a deo munere cõceſſum ⁊ exhibitũ ꝑ miraculũ.ſi eñ nõ diligeret ſec⁹ eẽt. Jſaac.in q̇ bñdictionis ꝓmiſſio. Geñ.xij.⁊.xv.tãq̃ ſi ille occideretur:tota ſpes ꝓmiſſionis fruſtrareꝛ. Aug. De charitatis admonitione ⁊ nois recordatione tentatio cumulatur. Et vade in terram viſiõis.ex hoc aggrauaꝛ dolor. ſi eñ precepiſſet ex impetu filium imolari: aliquãtulum eſſet tolerabili⁹ hoc. Per tres dies iubet deducere filiuȝ.

Unde mirū ꝙ viſu ⁊ colloquio ⁊ ſocietate dilectiſſimi fi
lij nō retardatur. vt ſupradictū eſt. Et offer eū ibi in ho/
locauſtum. Et ſummus cumulus doloris. holocauſtum
enī eſt totum incendiū. vt ſupradictū eſt. vt nihil de illo
remaneret. nec etiam os ad patris ſolatium. Sup vnum
montiū quē monſtrauero tibi. Hic eſt mons Moria/in
quo poſtmodum factū eſt templum. Sed vide multitu/
dinem obedientie. Abraam de nocte conſurgens ſtrauit
aſinū ſuuʒ: ⁊ preparauit neceſſaria holocauſto. Nemini
enī que facturus erat voluit indicare: ne forte ꝓhiberet
parere deo. xxij.q.ij. ꝓphetauit. quod eſt cōtra reuelātes
obedientias nō ſibi conſolatorias: ⁊ facientes eas ⁊ ꝓ/
curātes per ſeculares maxime reuocari. Precepto ergo
accepto tam difficili non ſe excuſauit. cauſam pcepti non
interrogauit. ſicut faciūt quidam religioſi diaboli imita
tores. qui ait Gen̄.iij. Cur precepit vobis deus vt nō cō/
ederetis ⁊c. Item nō procraſtinauit mandatum exequi.
ſed de nocte ſurrexit: ⁊ ne videretur ⁊ impediretur nulli
conſilium cōmunicauit. vt dictum eſt. Si aliquod horuʒ
feciſſet: forſitan meritum amiſiſſet. q: dn̄s dixiſſet ei. Uo
lebam ꝙ faceres hoc: ſed ad ꝓbandum te hoc dixi. xxij.q.
ij. non enī volebat. Item attendēdum eſt ꝙ vtile ſit prō/
ptum eſſe ad obedientiā. Abraam enī filium nō immola
uit: ⁊ tamen tātū meritū habuit obediētia eius quātum
ſi imolaſſet. Gen̄.xxij. Quia nō precepiſti filio tuo vnige
nito ꝓpter me. q: quātum fuit in Abraam filiū interfecit
q: votum eius ꝓ opere reputatur. de pe. diſt. j. magna. in
pn. diſt. cū legib⁹ canonizatis ibi ſe. vſqʒ ad. §. cōtra. Be/
nedicā te ⁊ multiplicabo ſemen tuū. ⁊ in. e.c. In ſemine
tuo benedicentur omnes gentes: q: obediuiſti voci mee.
Gen̄.xxij. ¶ Homo qui promptam volūtatem habet ad
obediendū deo: in omnibus placet deo. ⁊ ꝓ infinitis re/
bus quas nunq̄ facturus eſt meritū habet. Greg. Non
eſt manus vacua a munere: ſi arca cordis plena fuerit
bona voluntate. Tertio die vidit montē ꝓcul. ⁊ relictis
iuuenibus quos ſecum duxerat cū aſino: ne impedirent
eum: aut gemitu obſtreperent aut fletu. ſm Ambro. xxij.
q.ij. ꝓphetauit. et ſic creuit tentatio. quia remāſit ſolus
cum filio. Impoſuit ligna ſuper Iſaac. Et hic creſcit do
lor ⁊ tentatio. vt filius materiam ſue portaret mortis: ſi/
cut chriſtus crucem. Jo. xix. maior ꝙ ſi alius materiā ſue
mortis portaret. Et accipiens igneʒ ⁊ gladiū ſolus aſcē
dit cum eo. vt nemo eum impediret. Et hic augmentat̄
tentatio maior ꝙ ſi alius materiā mortis filij portaret. ⁊
ait Iſaac. Ecce ligna et ignis. vbi eſt victima? Et hic in/
geminantur dolores de verbis filij. Cui pater. Deus pro/
uidebit ſibi victimā fili mi. Et ſtatuit arā. ⁊ lignis diſpo/
ſitis ignem adhibuit. Et hic augmentatur dolor. Qui/
libet actus eius quaſi quedā occiſio filij eſt. Et (ſicut Io
ſephus ait) ad puerum dixit. O puer quē innumeris vo
tis obtinui: ſuſceptūqʒ diligentiſſime alui: in quo felicem
me arbitrabar quū viderem ad virilem etatem venire:
vt moriens mei relinquerem ſucceſſorem: q: ex volunta/
Qui zelũ indiſcretum habẽt/ſimiles ſunt illis qui reficiunt veteres patellas: qui foꝛamẽ vnum volẽtes obſtruere/vno ictu mallei multa faciũt: vel illud augent: vel patellam oĩno confringunt. facit. xxvj. q. vij. alligant. videntur tales credere ꝙ oĩa vaſa ſunt malleabilia quũ tamẽ fictilia vel vitrea malleatione potius cõfringantur. facit. xxiij. q. iiij. qui ſm carnem. Coꝛrectio eſt refectio vaſoꝛũ ſpũalium cõfractoꝛũ. Eccl̃i. xxj. Coꝛ fatui quaſi vas cõfractum. ij. Timoth. ij. In domo magna ſunt vaſa/non ſolũ aurea ⁊ argentea: ſed etiam lignea et fictilia. vt pꝛe. c. qui ſm carnem. Hi coꝛrectionem hoĩm facile deſperant: ad male ſentiendũ de hoĩbus faciles: ad male faciendum difficiles. cõtra illud Ambꝛo. de oĩbus iudicat. gloſ. i. bene pꝛeſumit qui fidem eſſe in oĩbus arbitratur. xxij. q. iij. innocens. hi peruerſum ianitoꝛeꝫ coꝛdibus ſuis pꝛefecerũt: qui mala fratrũ tam faciliter ꝑmittunt intrare: bona vero vix vel raro. Opinionẽ malam de aliquo cõceptã vix aut raro deponunt. ↄtra id. xj. q. iij. abſit. et melius. in. c. in multis. Contra muſcas vel pulices in gladio magno pugnare volunt: ſimiles cuidã qui dũ muſculam quãdam quam videbat ſuꝑ caput alterius volitantẽ ſecuri intenderet ꝑcutere excerebꝛauit eum. Multotiens dũ tales ligna peccatoꝛũ intendũt cedere: fugit ſecuris manum eoꝛũ: ⁊ ferrũ lapſum de manibꝰ pꝛoximuꝫ occidit. Deutero. xix. gloſ. ſimpliciter ligna ſuccidimus: quũ delinquẽtium vitia pia intentione reſecamus. ſecuris manum fugit: quũ increpatio in aſperitatem ſeſe pertrahit. ferrũ de manubꝛio pꝛoſilit: quũ de coꝛrectione ſermo durioꝛ exit. amicum occidit: qui per aſperã coꝛrectionem eum magis inobedientẽ facit. Bern. Cõmotio tua ibi moꝛiatur: vbi oꝛitur: ne ꝑmittatur exire que moꝛtem poꝛtat. Eccli. xxviij. Flagelli plaga liuoꝛẽ facit. ſcꝫ in mẽbꝛis coꝛpoꝛis: plaga autem lingue cõminuit oſſa: ideſt virtutes mentis. Tales zelatoꝛes pꝛo medicina venenum poꝛtant et ꝓpinant. Job. xx. Panis eiꝰ in vtero illius vertetur in fel aſpidũ intrinſecus. Tales ſimiles ſunt cuidam fatuo: qui rectiſſime volens incedere ſine ruina domoꝛũ: non poterat per ciuitatem incedere. Tales ſpũaliter multos coꝛruere faciunt. in tempeſtate ⁊ turbine ſunt vie eoꝛũ. Naum. j. Pꝛouerb. x. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius. Tales ſimiles ſunt pugilibus/qui incedentes per mediũ ꝓſſure/alios impellunt: alios cõculcant: alios impediũt a greſſu. maledictionem multitudinis poſt ſe relinquunt. Sic in quacũq; cõuerſatione tales conuerſati ſunt: poſt deceſſum vel receſſum querelas vel maledictiones relinquũt. hi periculoſe ambulant inter ventres pꝛegnantium. Quis eñ enarraret aboꝛſus ſanctoꝛum pꝛopoſitoꝛum quos faciunt? et teneroꝛum animalium vel ſpiritualium? Tales in pꝛincipe demonioꝛũ eijciunt demonia. et ſathan a ſathan expellitur: ſi tamen expellitur/et nõ potius introducitur. Luc. xj. ⁊ Matth. xij. Interdum enim querentes ſe expellere ſpiritũ luxurie: non expellunt eum: ſed latere cogunt introducentes cum eo alios ſpũs nequã et nequioꝛes. ſpiritum mendacij/ſimulationis/ire et odij. Unde oppoꝛtunitate inuenta exeũt vitia: vt beſtie de cauernis cum multitudine nouoꝛum vitioꝛum. et eſt erroꝛ nouiſſimus peioꝛ pꝛioꝛe. Matth. xij. et pꝛocurãtur quandoq; depoſitiones habẽtium zelum indiſcretum: vel etiam moꝛs eoꝝ. Multum attendenda eſſet in coꝛrectionibus infirmitas coꝛrigendoꝛum/et poteſtas coꝛrectionis: ne ſtragem multoꝛũ operetur coꝛrectio: ſed ſalutem paucoꝛum. ar. l. diſt. vt conſtitueretur. ⁊. c. conſiderandꝫ. xxiij. q. j. noli. ex̃ de cleri. excomi. latoꝛes. Erubeſcenda eſt medicis ſpiritualibus timoꝛatio medicoꝛum tempoꝛalium: quẽadmodum ſolicite cauent ne medicina eoꝛum ſint moꝛtis occaſio. ex̃ de eta. et qua. ad aures. deridenda eſt eoꝛum iuſtitia/qui ne amittant de ſuo vilem denarium: parati ſunt centuꝫ marchas expendere. Timendum eſt ne zelũ aliquoꝛum inanis gloria concitet: vt cuidam accidit: qui vt iuſtus appareret: ꝓpꝛium filium pꝛo leui delicto decollauit. mercatoꝛ inſaniſſimus qui moꝛtem filij ſui vanam laudem ficta iuſtitia cõparauit. ¶ Zelus iſte indiſcretus pꝛocedere ſolet ex inexperiẽtia diſcipline in ſeipſis: et ex ignoꝛãtia pꝛopꝛie infirmitatis et aliene: et ex amoꝛe inanis gloꝛie. talibus nõ eſſet danda poteſtas. Ipſi ad inſtar demonum quocũq; introeunt/incendium poſt ſe dimittũt. Qui vero zelum diſcretũ habere cupiunt: medicos coꝛpoꝛũ imitent̃. moꝛbos ſpirituales perſequentes: ſalutem vero egroꝛum querentes. ar. ex̃ de pe. ⁊ re. cum infirmitas. §. fi. Non iraſcuntur medici coꝛpoꝛum patientibus: immo conſolantur eos et ad tollẽdum hoꝛroꝛẽ medicine/pꝛius inde guſtant. Unde dicit Augꝰ. de ſaluatoꝛe. Calicem inquit paſſionis ꝑus bibit medicus: ne illum abhoꝛreret egrotus. Non puniũt homines habent zelum diſcretum ſm merita. hoc eñ deo relinquunt. ſufficit eis vt faciant homines penitere. puniunt vt emendant: vt qui peccauerunt humilientur: non conterantur. tales officium toꝛtoꝛum diabolo et angelis eius relinquunt. Matth. xviij. de pe. diſt. iiij. in pꝛin. ℣. tradidit. Unde legitur in legenda antiqua beati Franciſci/ꝙ quum quidam frater redargueret beatum Franciſcum ꝙ non coꝛrigeret fratres/qui recedere videbantur a via ſimplicitatis et paupertatis. Reſpondit ſanctus Franciſcus et ait. meum officium eſt ſpirituale/videlicet ſuꝑ fratres: quia debeo emẽdare vitia et eis dñari. vnde ſi vitijs fratrum dominari ⁊ ea emẽdare non valeo pꝛedicatione verbo et exemplo: nolo carnifex fieri ad percutiendum et flagellandum ſicut poteſtates huius ſeculi. Sed ↄfido in dño/ꝙ adhuc inimici inuiſibiles/ſcꝫ demones q̄ ſunt caſcaldi dñi ad puniendũ illos in h̃ ſeculo ⁊ in vẽturo: q̄ trãſgrediũtur mandata dei: ſument de ipſis vindictam faciẽtes ipos coꝛrigi ab hoĩbus huiꝰ ſeculi: ⁊ ad impꝛoperium et verecundiam ipſoꝛũ reuertent̃ ad ꝓfeſſionem ſuã ⁊ vocationẽ ſuam. Verũtamẽ vſq; in diem moꝛtis mee exemplo et operatione non ceſſabo fratres docere ambulare per viam quã mihi dñs oñdit: ⁊ ego oſtẽdi eis: ⁊ ipſos infoꝛmaui: vt ſint inexcuſabiles coꝛam dño ⁊ ego coꝛã ipſo de ipſis: et de me non tenear vlterius reddere rationẽ. Ecce foꝛma et verba et doctrina ſancte coꝛrectionis ſanctoꝝ ꝑlatoꝛũ volentiũ ſe ⁊ aĩas ſubditoꝛũ ſaluare. ad hoc. xliij. diſt. epheſijs. ⁊ optime. xlvij. diſt. c. vlti. Tales boni coꝛrectoꝛes ſic ſecant putrida. xxiiij. q. iij. reſecande. ex̃ de ſta. mo. ea que. j. reſponſo: vt ſana illeſa relinquãt. ſic herbas peſtiferas euellunt. ex̃ de ma. et obe. ſolite. §. j. vt ſalutares non ledant. ſic zizaniam extirpant. xxiiij. q. iij. notandum. vt tritico leſionem non inferant. Matth. xj. xj. q. iij. nolite. xxiij. q. iiij. quantus. Quidam habẽtes zelum: non ſcientiam. xv. q. j. §. j. ſic hoꝛtos abbatiaruꝫ ſuarum purga

uerunt ab arboribus fructiferis.vt fere ibi nullā relinque
rēt.¶ Et notandum ꝙ quū parcere ⁊ punire(vt cōtrario
rū)in eadē fit diſciplina.ff.de ver.obli.inter ſtipulantē.§.
ſacramenta.Qui neſcit parcere neſcit punire.Et notan-
dum etiam/ꝙ ſicut zelus indiſcretus reprehenſibilis eſt:
ita remiſſio eſt reprehenſibilis.Bern.Nō iraſci vbi iraſcē
dū eſt:nolle emēdare peccatū eſt.Plus vero iraſci ꝙ ira-
ſcēdum eſt:peccatū peccato addere eſt.Remiſſio ipa eſt
vt ſomnolentia in rectore nauis.Prouer.xxiij.Eris ſicut
dormiens in medio maris.et quaſi ſopitus gubernator
amiſſo clauo.Unde dominus ait Petro in perſona prela
torum.Simon dormis.Mar.xiiij.Iſidorus prelatum ne
gligentē dormienti aſſimilat:de cuius manibus cadit ba-
culus paſtoralis.et pictores pingunt ipſum accumbentē
in cathedra ſuper cubitū ſomno grauatum:⁊ cadentē de
manu eius baculum paſtoralem.de quo baculo de conſe-
cra.diſt.j.nullus epiſcopus.⁊.xlv.diſtin.diſciplina.et vide
qđ no.ex̄ de ſacra vnc.c.vnico.§.fi.in fi.in gloſ.martialis.
in fi.et in gloſ.ſeq.que incipit.quia baculus.¶ Item re-
miſſio pigritie agricole aſſimilatur.Prouerb.xxiiij.Per
agrū hominis pigri tranſiui:et per vineam viri ſtulti:⁊ ec
ce totum repleuerāt vrtice.et operuerāt ſuperficiē ei9 ſpi-
ne.facit ex̄ de ſta.mo.ne in agro.in cle.in prin.Remiſſio
eſt velut defectus latratus in cane gregem ſeruante.Eſa.
lvj.Canes muti nō valētes latrare.quod exponit Grego.
in paſtorali/de paſtoribus prelatis negligentibus predi-
care et corrigere.xliij.diſtin.ſit rector.Item ſicut defectus
gladij in cuſtode.Eſa.lvij.Super muros hieruſalem con-
ſtitui cuſtodes:ſed non charrarum.xvj.q.j.in canonibus.
Prelatis em̄ proprie dicitur/Gladij ancipites in manib9
eorum.pſ̄.cxlix.⁊.ij.Macha.xv.Accipe gladium ſanctū/
ſcilicet correctionem et predicationem pungentes.ex̄ de
priuil.ex ore.l.diſt.ſiquis.in fi.ibi.que eſt iſta iuſtitie inimi-
ca bonitas/palpare crimīnoſos:⁊ vulnera eorū vſqȝ in diē
iudicij incurata ſeruata.Heb.iiij.Uiuus eſt ſermo dei ⁊c.
penetrabilior omni gladio ancipiti.munus a deo/in quo
deijcies aduerſarios populi mei:id eſt mala opera et vo-
lūtates.Itē defectus buccine in ſpeculatore.Ezech.xxxiij.
Si ſpeculator viderit gladium venientē/et non inſonue-
rit buccina:et pplꝰs nō cuſtodierit ſe:veneritqȝ gladius
⁊ tulerit de ijs animā:ille quidē in iniquitate ſua captus
eſt:ſanguinē autem eius de manu ſpeculatoris requirā.
ex̄ de off.or.irrefragabili.vbi de hoc.⁊ de reg.c.vlt.in prin.
vbi de hoc.Speculator autem prelatus eſt.xliij.diſt.ſit re-
ctor.¶ Sunt qui remiſſionē miſericordiā reputant:quū
tamen potius ſit crudelitas.xlj.di.ſepe.xxiij.q.iiij.eſt iniu-
ſta.Miſericorditer agitur cum phrenetico quū ligatur.⁊
cum lethargico quū excitatur.xxiij.q.iiij.quid faciet eccle-
ſie.⁊.c.nimium.Et cū eo qui in igne eſt:quū per capillos
inde trahit̄:ſi aliter inde extrahi nō pōt.De ore lupi infer
nalis violenter extrahēdi ſunt hoīes.Amos.iij.Quomo
do ſi eruat de ore leonis duo crura:aut extremum auricu-
le:ſic eruentur filij.Iob.xxix.Conterebam molas iniqui:
et de dentibus illius eripiebam predam.Mole diaboli
ſunt vitia et peccata.Eadem etiam dentes poſſunt dici.
Eccli.xxj.Dentes leonis dentes illius ⁊c.Item extrahēdi
ſunt de aquis delitiarum et inuiti anteꝙ ibi ſubmergan-
tur.ar.xxiij.q.iiij.diſplicet.Et de hac materia ſatis ſupra.
¶ Et notandum ꝙ ij qui faciūt correctionem non debent
de ſe confidere:ſed de deo.et orationi debēt inſtare:quū
ſolius dei ſit hominem corrigere.Eccleſiaſtes.vij.Conſi-
dera opera dei:ꝙ nemo pōt corrigere quē ille deſpere-
rit.conſidera.i.diſcerne inter opera dei.ſibi hoc ſpera eſſe
poſſibile ⁊ non alij/ſcȝ hominē corrigere.corrigere em̄ eſt
cor hominis dirigere et regere.xlvij.di.§.neceſſe.in fi.pſ.
v.Dirige in conſpectu tuo viam meam. ¶ S

Incitantia ad recipiēdaȝ eq aīo diſciplinā.

## SEquit̄ de ijs que in-
citare poſſunt ad libenter recipiendum vel cor
rectionem vel diſciplinaȝ.¶ Primo multiplex
admonitio ſacre ſcripture.pſ̄.ij.Apprehendite diſcipli-
nam ⁊c.Prouerb.iij.Diſciplinam domini fili mi ne abij-
cias.⁊ eiuſdem.iiij.Tene diſciplinam et ne dimittas eam.
Heb.xij.Noli negligere diſciplinam.Item.in diſciplina
perſeuerare.pſ̄.cxviij.Bonitatem et diſciplinam ⁊c.Itē.
et diſciplina tua ipſa me docebit.¶ Secundo vtilitas ex
correctione vel diſciplina ꝓueniens.Prouer.xxix.Uirga
atqȝ correctio tribuit ſapientiā.et eiuſdem.xij.Qui diligit
diſciplinam:diligit ſapientiā.qui autē odit increpatiōes:
inſipiens eſt.Diſciplina vel correctio placet ſapientibus
et in eis proficit:inſipientibus vero diſplicet nec proficit
in eis.Eccli.x.Uir prudens et diſciplinatus non murmu-
rabit correctus(al's correptus.)Prouer.ix.Argue ſapiē-
tem et diliget te.et eiuſdem.xv.Non amat peſtileus eum
qui ſe corripit.eiuſdem.ix.Qui arguit in ipſum generat
maculam ſibi.idem ibidem.Qui erudit deriſorem/ipſe ſi-
bi iniuriam facit.et.j.Noli arguere deriſorem:ne oderit te.
Eccl's.j.Peruerſi difficile corriguntur.Peruerſus eſt qui
et in intellectu et in affectu a bonitate auerſus eſt.Eccle-
ſiaſtici.xxxij.Hō peccator vitabit correctionem.Prouer.
xvij.Plus proficit correctio apud ſapientem:ꝙ centum
plage apud ſtultum.eiuſdem.xxvij.Si contuderis ſtultū
in pila/quaſi ptiſanas feriente de ſuper pilo:non aufere-
tur ſtultitia eius.¶ Tertio malum prouenies ex eo ꝙ di-
ſciplina vel correctio abijcitur.virga enim correctionis in
colubrum vertitur.qui enim hic non corrigitur:in futu-
ro a ſerpentibus infernalibus punietur.Exod.iiij.Pro-
iecit moyſes virgam que verſa eſt in colubrum.Prouer.
xv.Qui increpationes odit:morietur.et eiuſdem.xxix.Ui
ro qui corripientem ſe dura ceruice contēnit:repentinus
ſuperueniet interitus.Eccli.xix.Qui odit correctionem:
minuetur vita.vita inquā triplici.nature/gratie/⁊ glorie.
Homo qui eſt ſine diſciplina:terrenis adheret:de eternis
non curat.Iob.xvij.Cor eorum longe feciſti a diſciplina:
propterea non exaltabitur.Gloſ.qui per diſciplinam mi-
nime cuſtodire vitaȝ ſtudent:ſemper per deſideria in rui
nis iacent.Qui ſine diſciplina eſt in periculo eſt.Prouer.
xv.Qui abijcit diſciplinam:deſpicit animā ſuam.ſicut car
nem deſpicit:qui eam non vult ſale condire ne putreſcat.
qui contēnit diſciplinam per conſequens abijcit omne bo
num.Sap.iij.Sapientiam et diſciplinam qui abijcit in-
felix eſt.fugiunt enim eū omnia bona.talis diabolo mul-
tum aſſimilatur qui incorrigibilis eſt.Eccli.xxj.Qui odit
correctionem veſtigium eſt peccatoris.diabolus pecca-
tor dicitur antonomaſtice:cui multum aſſimilatur.Qui
odit correctionem vt veſtigium ſimiles ſimilis eſt pedi in
pinguedine terre ⁊c.Geneſ.xxvij.pinguedo terre gratia
compunctionis.impinguatur terra quum in ea ſimus ia-
citur.⁊ cor peccatoris quum in correctione compungitur.
Luce.xiij.dixit cultor vinee/de ficu quam volebat domin9
excidere:Fodiam circa illam ⁊ mittā ſtercora.increpando
et exprobrādo ei peccata ſua.Sed quidā ſunt terra male-
dicta:qr vnde deberēt impinguari:inde cōtingit eos miſe
rabiliter indurari.quod no.Eccli.xxij.De ſtercore boū la-
pidabit̄ piger.qđ eſt/qn̄ de increpatione p̄lati indureſcit
peccator.vbi dicit Bern.Quid faciemus tibi o piger:nō-
ne bon9 ſimus ſpargit̄ in agro tuo:vn̄ ergo lapides.i.tu
inimicus homo hoc facis/qui ſimum tibi cōuertis in lapi-
des.¶ Et notandū ꝙ laudabilius eſt correctionem libē
ter accipere:ꝙ audacter facere.Aug.ad hiero.Quū ſan-
ctius ſit a tenendo itinere in nullo ꝙ in aliquo declinare:
multo tn̄ eſt mirabilius et laudabilius libenter accipere
corrigentē ꝙ audacter corrigere deuiantē.¶ Partes di- Diſcipline ptes.
ſcipline multe ſunt.Eſt diſciplina ad oēs pertinens.ſcȝ di
ſciplina ꝓprij corporis.de qua Eſa.liiij.Diſciplina pacis
noſtre ſup eū.Et eſt diſciplina pertinēs ad eos/qui p̄ſunt
ceteris hoībus.Prima multiplex:vt ieiunium/aſperitas
veſtimenti/duritia lecti/peregrinatio/vigilia/diſciplina
verborum.Secunda vero duplex eſt.quedā ſpūalis/quū
ſcȝ delinquentes feriuntur gladio ſpūali:que ſpecialiter

pertinet ad prelatos eccleſie.xvj.q.ij.viſis. Quedam vero materialis/quã ſcʒ delinquẽtes feriunt gladio materiali q̃ maxime ptinet ad pncipes terrenos.xxiij.q.v.rex.ꝛ.c.regum.ꝛ quaſi per totam illam queſtionem.

¶Articulus.lxxij. A

# Equitur videre de

erroribꝰ circa diſciplinã.et primo de errore illorum qui dicũt nullum eſſe excõmunicãdũ. Scdo de errore illorũ qui dicũt maleficos non eſſe puniendos pena corporali. ¶Primus error videtur inniti his teſtimonijs ſacre ſcripture. Luce.vj. Nolite iudicare et non iudicabimini.xxiij.q.iiij.§.j.peccant ergo ſacerdotes qui excõmunicationis ſententiã ferẽdo homines excõmunicãt et iudicãt. Itẽ ad Rom.ij. Inexcuſabilis es o homo omnis qui iudicas.in quo enim iudicas alium:teipſum cõdẽnas. Itẽ Rom.xij. Benedicite ꝛ nolite maledicere.xxiiij.q.iij.§.illicita. Peccant ergo ſacerdotes qui hominibꝰ maledicunt.j.ad Cor.vj. Neqꝫ maledici.neqꝫ rapaces regnũ dei poſſidebũt.pre.§.illicita. Itẽ ij.Pet.iij. Non reddentes malum pro malo.ad quod monemur exemplo chriſti.j.Pet.ij. Quũ malediceret nõ maledicebat. Item Eccli.xxj. Dũ maledicit impius diabolũ: maledicit ipſe animã ſuam. Si ergo diabolus maledicendus non eſt:vt eſt expreſſum.xxiiij.q.iij.ſi igitur.multo fortius homines non ſunt maledicendi. ¶Ad primũ dicendũ eſt/ꝙ eſt iudiciũ iuſtum ꝛ iudicium iniuſtum. Iudiciũ iniuſtum prohibitũ eſt.iudicium vero iuſtum nõ eſt prohibitũ.imo chriſtus monet ad illud Ioã.viij. Nolite (inq̃t chriſtus) iudeis ſm faciem iudicare:ſʒ iuſtum iudiciũ iudicate. De manifeſtis ꝯceſſum eſt nobis iudicare:non de occultis.xxxij.diſt.erubeſcãt.vbi de hoc.xxxij.q.v.chriſtiana. j.ad Cor.iiij. Nolite ante tempus iudicare.ij.q.j.multi.in prin.ꝛ ad ſi.ibi. Nõ eñ cõtrarium eſt huic loco illud qđ dicit apl'us Rom.xiiij. Tu q̃ es qui iudicas alienum ſeruũ: ſuo dño ſtat aut cadit. Noluit eñ hominem ab homine iudicare ex arbitrio/ſuſpitionis: vel etiam extraordinario et ſuſpecto iudicio:ſed potius ex lege dei ſm ordinem eccleſie. Q apl'i poteſtatẽ habuerũt iudicandi/oſtẽditur in hoc qđ dicit petro/Mat.xvj. Quodcũqꝫ ligaueris ſup terrã ꝛc.xxiiij.q.j.quodcũqꝫ. Item eiuſdẽ.xviij. Quecũqꝫ alligaueritis ſuper terram:erunt ligata ꝛ in celis. de pe. diſt.j.quẽ penitet. Ioã.xx. Quorũ remiſeritis peccata:remittunt eis.ꝛ quorũ retinueritis:retẽta ſunt.j.ad Cor.v. oſtẽdit apl'us ſe iudicaſſe corinthum fornicatorẽ. Ego inq̃t abſens corpore:pſens autem ſpũ:iam iudicaui eum q̃ ſic opatus eſt in noĩe dñi noſtri ieſu chriſti:cõgregatis vobis ꝛ meo ſpũ cũ virtute dñi ieſu:tradere hmõi ſathane in interitũ carnis:vt ſpũs ſaluꝰ ſit in die dñi nři ieſu chriſti. de hoc.ij.q.j.de manifeſta.xj.q.iij.audi.ex̃ de do. ꝛ cõtu. veritatis. Item eiuſdeʒ.j.Cor.vj. An neſcitis q: ſancti de hoc mũdo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mũdus: indigni eſtis qui de minimis iudiceris? Neſcitis qm̃ angelos iudicabimus? ex̃ qui ſi.ſint le.per venerabilem.§.ſunt autẽ.in ſi. Ad aliud dicendũ eſt/ꝙ eccleſia non reddit malum ꝑ malo.nec malum optat quũ aliquem excõmunicat Excõmunicatio eñ medicinalis eſt: nõ mortalis.xxiiij.q.iij.notandum.ij.q.j.multi. ex̃ de ſen.ex.cum medicinalis. li.vj. Nec excõmunicatio eſt mala:niſi malitia pene. ex̃ de ſen.ex.ſacro.ibi/tantaʒ infligere penam inſonti. ſicut medicina amara đ: quũ vere bona ſit:eo ꝙ ſit morbi expulſiua ex ſui natura:licet aliud frequẽter cõtingat ex vitio eã cõtemnentis.xj.q.iij.§.premiſſis. Et licet excõmunicatis mala excõmunicatio videat(vt dictum eſt)bona tñ eſt:q: iuſtitia eſt. Non eñ iudex crudelis eſt iuſtitiam faciendo: immo crudelis eſſet eam non faciendo.xxiij.q.iiij.ne amiſſio.ꝛ.c.eſt iniuſta. Vel furem patibulo ſuſpendendo: et ſi illi cui infertur pena crudelis appareat.xxiij.q.v.non eſt crudelis. Excõmunicatio eſt ad hoc/ vt hoies cõuertãtur et ſalui ſiant.xj.q.iij.audi.in prin.ps.lxxxij. Imple facies eorũ ignominia:et querent nomen tuũ dñe. Augꝰ. Quicquid facit mater eccleſia vera et legitima:etiam ſi aſperũ amarũqꝫ ſentiatur:non malum pro malo reddit:ſʒ expellendo malũ iniq̃tatis/bonũ diſcipline apponit: non odio nocendi:ſed dilectione ſanandi.ad hoc facit.xxiij.q.iiij.§.precepta.ꝛ.q.v.prodeſt. Item Aug. Melius dolor capitis dolet dum curatur: q̃ dum parcitur et non ſentitur et non ſanat.ad illud no. Eccli.xxj. Dum maledicit impius diabolum ꝛc. Dicẽdum eſt ꝙ verbũ intelligendũ eſt quãtum ad illos qui ad ſui excuſationẽ maledicunt diabolo/imputantes ei peccatum ſuũ.ſicut eua peccatũ ſuũ imputare voluit ſerpenti.ꝛ per cõſequẽs authorẽ ſerpentis accuſauit latenter. Gen.iij.de pe.diſt.j.ſerpẽs. ¶Authoritatem autem excõmunicãdi ꝛ maledicendi hʒ eccleſia ex diuerſis locis ſcripture ſacre. Mat.xviij. Si eccleſiam nõ audierit:ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus.ij.q.j.ſi peccauerit.ex̃ de iudic.nouit.ꝛ Mat.xxj.et Mar.xj. Maledixit dñs ficulnee fructũ non ferenti.ꝛ Act.viij. dixit Petrus ſimoni mago: Pecunia tua ſit tecum in perditionem j.q.j.reperiũtur.ꝛ.c.qui ſtudet. ¶Et ꝙ ſancti poſſint maledicere ex cauſa/habetur.xxiiij.q.iij.§.ſed qui pro.ꝛ.c.ſancti.ij.Ioã.c.j. Siquis venit ad vos ꝛ hanc doctrinam nõ habet:nolite hunc recipere in domũ:nec aue ei dixeritis. xxiiij.q.j.oĩs qui.xj.q.iij.excõmunicatos.j.ad Cor.v. Siq̃s frater noĩatur.ij.q.j.multi.vbi exponit hec authoritas.in eodẽ. Neſcitis ꝙ modicuʒ fermentũ totam maſſam corrũpit:expurgate vetus fermentũ. Item. Auferte malum ex vobiſipſis.eiuſdẽ vlt. Siquis nõ amat dñm noſtrũ ieſum chriſtũ ſit anathema. Item Gala.vlt. Siquis vobis euãgelizauerit preter id quod accepiſtis anathema eſt. Item j.ad Timoth.j. Ex quibꝰ eſt hymeneus et alexander quos tradidi ſathane:vt diſcãt nõ blaſphemare.ſicut ouis morbida a grege ſeparat:ne grex ex ea inficiat.xlv.diſt. ſed illud.xxiiij.q.iij.corripiãtur.ex̃ de ſta.mo.ea que.j.reſpõſo. Et ſicut membrũ infirmũ et corruptũ abſcindit/ne cetera mẽbra per illud corrũpantur.xxiij.q.iij.reſecãde.ꝛ.c.corripiantur.ꝛ ſicut humores mali a corpore educuntur: ne infirmitatẽ corpori inducant: ſic hoies peſtilentes a corpore eccleſie per excõmunicationẽ ſeparandi ſunt:ne ceteros corrumpant:vt de hoc.xj.q.iij.quaſi per totũ.ꝛ.xxiiij.q.j.quaſi per totum.ꝛ ex̃ de ſen.excoĩ.per totũ. Aug. Mali chriſtiani ſic ſunt in corpore chriſti myſtico: quod eſt eccleſia.xxiij.q.v.de liguribus.quomodo humores mali qui quãdo euomũtur:tunc releuatur corpus. de cõſe.diſt.iiij. eſt vnitas:ſic et mali quãdo exeunt tunc eccleſia releuat. et dicit:ex me exierunt humores iſti:ſed non erant ex me. ar.ad hoc de pe.diſt.iiij.ſi ex bono. ¶B

# Equitur de errore il-

lorum/qui dicũt maleficos non eſſe puniẽdos pena corporali maxime morte. qui error videt poſſe inniti his teſtimonijs ſacre ſcripture. Gen.ix. Quicũqꝫ effuderit ſanguinẽ humanũ:fundetur ſanguis illiꝰ. Itẽ Exo.xx.non occides.xxiij.q.v.ſi non licet.quod verbũ adſumit dominus/Matth.v. Non occides. Roma.xij. Hebre.x. Deutero.xxxij. Mea eſt vltio ꝛc. Ezechie.xviij. et.xxxiij. Nolo mortem peccatoris ꝛc. Item Matth. v. Ego dico vobis non reſiſtere malo. In eodem. Qui iraſcitur fratri ſuo:reus erit iudicio.ſi ergo non licet iraſci fratri:ergo non licet eum occidere. Item in eodem. Diligite inimicos veſtros.et eiuſdem.xiij.de zizanijs ſuperſeminatis.dicunt ſerui. Vis imus et colligimus ea? et ait paterfamilias: non: ne forte colligentes zizania/eradicetis ſimul et triticum.ſinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem.xj.q.iij.nolite.ij.q.j.multi. Item luce.vj. Nolite cõdẽnare et non cõdẽnabimini. Rom.xij. Nõ vos defendẽtes chariſſimi:ſʒ date locũ ire.ſcriptũ eſt eñ Prouer.xx. quantũ ad ſentẽtiã.xxij.q.j.§.j.mihi vindictã.j.Ioã.iij. Qis qui odit fratrem ſuũ homicida eſt. Et ſcitis qm̃ oĩs homicida non habet vitam eternam in ſe manentem. Matth.xxvj.

Excõica nõis ſentẽtia an ſit in aliquẽ ferẽda.

Iudiciũ duplex.

Excõicãdi autho ritatẽ vñ habet eccleſia.

Maleſici an vltimo ſupplicio ſint plectendi.

Omnis qui accepit gladiuz:gladio peribit. Itē Ioā.viij.
Dimiſit dñs in pace mulierem in adulterio deprehenſaz.
iiij.q.vij.qui ſine.et.c. poſtulatus. Predicte authoritates
⁊ alie pro iſta parte ponuntur.xxiij.q.j.§.j.⁊.q.iiij.§.ex his
omnibus colligitur.⁊.q.v.§.j.⁊.q.viij.§.j. ¶ Ad primū di
cēdū.ꝙ illud Gen̄.ix.Quicūq; effuderit ⁊c. et illa Mat.
xxvj.Omnis qui acceperit gladium ⁊c.potius oſtendunt
(ſi diligenter inſpiciant) aliquē ꝙ neminem debere occi
di.Quū enim ſentētia domini indubitanter ſit iuſta:qui-
cūq; ſanguinem humanum iniuſte fuderit: iuſtum eſt vt
gladio pereat. ergo in aliquo caſu ſanguis human⁹ iuſte
effunditur:et homo iuſte gladio perit. ¶ Et ſicut quū pa
terfamilias prohibet ne quis accipiat de vino alicuius do
lij ſui:non eſt intentio ſua/vt non accipiat ille cui ipſe hoc
iuſſerit:ſed ne hoc aliquis ſua authoritate accipiat: q2 in
generali ſermone perſona loquēs intelligitur excipi.ff.lo
cati.qui inſulam.§.ſi.C.de ſolu.inquiſitio.C.de cōſti.prin.
autē.ſed ita.ff.de cōdi.⁊ demonſt.qui heredi.§.plautius.
ex̄ de iureiurā.petitio.Sic quū dominus dixit/ Non occi-
das/ non fuit intētio ſua/vt non occideret quis in caſib⁹
illis in quibus ipſe hoc permiſit:vel precepit:ſed ne aliq̇s
occideret aliquē authoritate propria.xxiij.q.v.§. hinc ap-
paret.⁊.c.ſi non licet.Unde poſt illud verbum/Non occi-
des.dominus in eodem lib.in multis caſibus precepit oc
cidi.Uide etiam Exo.xxxij.vnde in Deutero.xxxij. Mea
eſt vltio. Illud autē Ezech. Nolo mortem peccatoris ⁊c.
de morte eterna pōt exponi.iij.q.iiij.hi qui.xxvj.q.vj.agno
uimus.De morte etiam temporali verum eſt/ꝙ deus non
mortem peccatoris.quādoq; quē preuidet corrigendum
eſſe et miſericorditer ipm̄ expectat ad miſericordiā. Sap.
xj.Rom̄.ij.et.ix.Mors vero illius peccatoris/q̇ ſibi nocet
peccatum peccato addendo:et alios ſubuertendo et cor-
rūpendo:de cuius correctione ſpes non habetur: indubi
tanter ſibi et eccleſie dei vtilis eſt.ar. bonum. xxiij.q.iij. ſi-
quis fortitudinem. ¶ Ad illud Mat.v. Ego dico vobis
non reſiſtere malo.Et illud Rom̄.xij. Non vos defenden
tes chariſſimi.dicendū eſt ꝙ loco et tēpore debet aliq̇s/et
pōt non reſiſtere malo:et nō defendere ſe;vt fiebat in ec
cleſia primitiua;quando per miracula et paſſiones eccle-
ſia nouella plantanda erat:loco et tp̄e pōt homo reſiſte-
re malo et ſe defendere.niſi enim eccleſia ab infidelib⁹ de-
fenderet ſe:poſſet ab eis occidi:⁊ ſic periret honor ⁊ cult⁹
diuinus.Luc̄.xxij.ait dn̄s.Qui non habet gladium: ven-
dat tunicam ſuam et emat gladiū.At illi dixerunt ei. Ec-
ce duo gladij hic.quibus dn̄s.ſatis eſt. ſi non habet eccle-
ſia niſi gladiū ſpūalem:dicendum fuit.nimis eſt.⁊ nō fuit
dicendum:ſatis eſt.De hoc plene dixi in prima parte iſti⁹
operis.in ar.xl.in ſi.℞. ſcribitur etiam. ⁊ in iſta.ij.parte.§.
ſi autē queratur. ℞.aliud qđ opponit̄.in ar.lviij. ¶ Item
paulus reſtitit malo ſecum ducens milites.Act̄.xviij.xxiij.
q.iij.maximianus.⁊.q.v.de occidēdis. ¶ Ad illud Lu.vj.
nolite cōdemnare ⁊c.prohibetur cōdemnatio inordinata
et vbi incerta eſt culpa ei⁹ q̇ condēnatur.xj.q.iij.graue. ij.
q.j.multi.⁊.c.deus. ¶ Ad illud.j. Ioā.iij.Omnis homici
da qui occidit:non habet vitā ⁊c.dicendū eſt ꝙ non repu
tatur homicida qui precepto dei hominē occidit: ſed qui
odio vel deſiderio vindicandi ſe hominē occidit.xxiij.q.v.
cum miniſter.c.miles.c.officia vindicte.⁊.c.cū hō ab homi
ne.Aug.in queſtionibus leuitici.Quū homo iuſte occidi
tur lex eum occidit:nō hō.xxiij.q.v.cum homo.ij. Et q̇ pec
cat:non peccat legis authoritate.xxiij.q.iiij.q̇ peccat. Tūc
ergo homicidiū imputandū eſt: quādo ex corde et volun
tate ꝓpria mala procedit.Ex corde enim procedunt cogi
tatiōes male homicidia ⁊c. Matth.xv.xv.q.vj.c.j. ¶ Ad
illud Mat.xiij.Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem:ne
forte colligentes zizania ⁊c.dicenduz eſt ꝙ dn̄s non dixit
hoc niſi vt parceretur tritico.ergo noluit parci zizanijs in
tritici detrimētum.ergo quando pōt eis parci ſine tritici
detrimēto voluit eis parci.vbi ergo creſcunt zizania ⁊ ſuf
focant triticum;noluit zizanijs parci. et hoc etiam obſer-
uant heretici in agris proprijs. vbi enim vident zizaniam:
vel alias herbas noxias:quas poſſunt eradicare ſine tri-
tici damno creſcere in agris ſuis: et credunt niſi fuerint
eradicate:triticum ſuffocari:diligenter faciunt eas eradi
cari.ex̄ de ſta.mo.ne in agro.in clemen̄. In agro vero do-
mini:ideſt in eccleſia/pertinaciter contēdunt eradicatio-
nem in conſimili caſu nullo modo debere fieri. Nec mirū
quum ipſi zizanie ſint.et ſentētiam mortis timeant. ex̄ de
here.ſuper eo.Siquis vero dicat ꝙ ij qui ſunt zizania:poſ
ſunt fieri triticum.hoc verum eſt:ſed hoc incertum eſt an
futuri ſint triticum: ſed certum eſt ꝙ triticum ſuffocant:
quia ſimplices ſubuertunt.et raro videmus hereticorum
verā conuerſionem:ſed frequēter bonoꝝ ſubuerſionē. ex̄
de here.vt officium.§.j.li.vj. Ideo bonum cōuerſionis ra
rum/et valde incertum/et valde difficile.vnde non debet
preponi damno magno et frequenter accidenti.ff.de legi.
nam ad ea ne dum vana ſpe parſis parcitur irreparabi-
lis multitudo per eos perdatur.Hoc enim tale eſſet/ac ſi
paucis lupis in medio gregis exiſtentibus et gregem la-
cerātibus parceretur:quia forte illas oues aut agnos fa-
ciet deus.⁊ paucos leproſos dimitteremus populi corrū
pentes eum:quia forſitan illos deus ſanabit. facilius ra-
bies lupina ſeuit in gregem: ꝙ manſuetudinem tranſeat
in ouinam.ex̄ de elec.ne pro defectu. Et contagium lepre
facilius a leproſis deriuatur ad ſanos: ꝙ a ſanis ſanitas
ad leproſos.Et iura ad ea que frequētius accidunt: ada-
ptantur.ff.de legi.nam ad ea. ¶ Quod autem dictuz eſt
de herericis qui ſunt zizania non tolerandis:ſed precidē-
dis.ex̄ de here.ſuper eo.li.vj.et ſi fuerint incorrigibiles ſe-
cundo corporaliter puniendos:intelligendum eſt de ma-
nifeſtis.de quibus.xxiij.q.iiij.quando.ex̄ de here. excōmu
nicamus.j.⁊.ij.Secus de occultis:qui non poſſunt ſepa-
rari a tritico:vel a grege. et ſic intelligitur illa parabola
de zizania toleranda vſq; ad meſſem ac creſcenda.de qui-
bus.xxiij.q.iiij.quantus.et.c.quidam cum bonorum.⁊. xj.
q.iij.audi. ¶ Qꝫ autem licituz ſit in multis caſibus homi Hoīem
nem occidere:manifeſte poteſt oſtendi teſtimonijs ſacre occidere
ſcripture.Luce.xix. Inimicos meos illos qui noluerunt licet.
me regnare ſup ſe adducite ante me et interficite. Mat.
xxij. Miſſis exercitibus perdidit homicidas illos.Greg.
in homil.Angelorum agmina ſunt exercitus regis noſtri
miſſis ergo exercitibus extinxiſſe homicidas dicitur:quia
in hominib⁹ omne iudicium per angelos exercet. homici-
das ergo perdit:quia perſequentes interimit.ciuitatē eo
rū igni ſuccendit ;quia illorū non ſolum anime: ſed caro
quoq; in qua habitauerunt eterne gehenne flāma cruciā
tur.Rom̄.xiij.de illo qui habet poteſtatem/dei miniſter
eſt/vindex in iram ei qui malum facit. Luce.xviij. Si ma-
nus tua vel pes tuus ſcandalizat te:abſcinde eum et proij
ce abs te. Idem Matth.xviij. Ergo eccleſia abſcindere
debet membrum: quod corrumpit cetera membra. Tul-
lius.Sicut quedam amputantur ſi languent: et tāꝙ ſpi-
ritu carere ceperint:noceantq; reliquis partibus corpo-
ris:ſic iſta in figura hominis falſitas et inmanitas belue
a cōmuni humanitate ſegreganda eſt. Iaco.ij. Abraam
pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt offerens
filium ſuper altare? Ergo abraam placuit deo : quia ad
preceptum eius voluit occidere filium ſuum.xxiij.q.v. ſi
non licet.et Abraam non ſolum ⁊c. qui precepto domini
occidit hominem non peccat. Item.j.ad Timoth.ij.ibi
precipitur orari pro regibus:qui habent gladium mate-
rialem ad iuſtitiam faciendam. xxiij.q.v. regum. Roma.
xiij. Non eſt poteſtas niſi a deo.et paulopoſt.Dei miniſter
tibi eſt in bonum.ſi enim malum feceris time.non enim ſi
ne cauſa princeps gladium portat. xxiij.q.j. quid culpa-
tur.⁊.q.v.ſolum. Luce.iij. approbatur militia.⁊. xxiij.q.j.
quid culpatur.et. c. militare. Item petrus occidit ana-
niam et ſaphyram.Act̄.v.xxiij.q.viij.legi. ⁊.c. occidit. Si-
quis dicat ꝙ occidit ſed non gladio:ſed idē eſt lingua oc-
cidere.de peni.diſt.j.periculoſe.l.di. ſiquis viduam.ex̄ de

homicí. ſicut dignum. ¶ Rationibus etiam pōt oſtēdi ꝙ
liceat in caſu hominē occidere. Primo ſic. aut puuli ſunt
erudiendi et corripiendi. ſaltem leuibus flagellis: aut nō
ſi non: ergo dimittendi ſunt oībus vitijs. et minus curan
dum eſt de eis/ q̄ de equis ⁊ aſinis. ſi ergo paruuli corri-
piendi ſunt. v. q. v. non omnis. c. non oſculatur. multo ma
gis adulti: quū malitia eorum magis ſit noxia. Item cō
ſtat ꝙ bruta de puteis et ciſternis extrahuntur: ſi in illa ce
ciderint ſm illud Luc. xiiij. Cuiꝰ veſtrū aſinus aut bos ⁊c.
multo potius hoies extrahēdi ſunt etiam inuiti a pericu-
lis corporalibꝰ. ſi ſic vero occurritur morti corporali: quā-
to magis occurrendum eſt morti ſpūali: ſic argumentatᷣ
Aug. xxiij. q. iiij. diſplicet. Item ſi furioſi ſunt includen-
di vel ligandi ne ſibi vel alijs corporaliter noceant: mul-
to fortius mente inſani cohibendi ſunt/ ne ſe ſpiritualiter
occidant. ſic etiam argumentatᷣ Aug. xxiij. q. iiij. nimium.
Si vero homines pro leuibus culpis leuiter ſunt punien
di. ſi culpa augeatᷣ: augeri debet ⁊ pena. ex̄ vt lit. nō ꝯteſt.
quoniā frequenter. ergo quū culpa augeri poſſit vſqꝫ ad
homicidium: ergo et pena augeri pōt et debet vſqꝫ ad ho
micidium. ſcilꝫ vt pro iniuſto homicidio: quod aliquis cō-
miſit: iuſte occidatur. Itē aut mors corporis eſt pena oī
culpa maior: aut nō. ſi ſic ergo deꝰ male inflixit eā ꝓ come
ſtione pomi vetiti. Gen̄. iij. Si non: ergo aliqua culpa pu
nienda eſt morte corporali. Item ſi homicidium iniuſtū
eſt puniendum: aut erit puniendum morte corporali: aut
pena minori. ſi morte: ergo licet aliquem occidere. ſi pena
minori: aut in infinitum minore aut non. ſi ſic: ergo nulliꝰ
cōparationis erit id quod patietᷣ: ad id quod intulit. vnde
talis erit iuſtitia: vt ſiquis damnificaſſet alium in mille
milibus librarum: et puniretur amiſſione minoris feſtu-
ce. Si vero pena minori: ſed non in infinitū: tale eſt ac ſi
damnificaſſet proximum in tribus marchis. et puniretur
in vna. Item qui deū impugnat in beneficio accepto ab
eo: meretur illud beneficium amittere. xcvj. diſt. ſi impera
tor. ⁊. j. q. vij. c. j. vbi de h. ⁊ ex̄ de poſtu. c. ſi. vbi. plene de h.
ergo qui vita ſua a deo accepta/ deum impugnat meretur
vitam amittere. Item ſi mors eterna infligenda eſt pro
aliqua culpa: quāto magis tēporalis. Mat. xxv. ibi. Ite
maledicti. Preterea. nonne cōtra dei inimicos eſt pugnā-
dum q̄diu reſiſtunt. vel ſaltem repugnandum q̄diu im-
pugnant. ſi vſqꝫ ad mortē corporis: repugnādum erit eis
vſqꝫ ad mortem. vel ſi non eſt repugnanduꝫ fugere debet
tota eccleſia. vel permittendum eſt ꝙ tota occidatur: ⁊ ꝙ
cultus dei deſtruatᷣ/ vt corporibꝰ impiorum parcatur. Pa
tet ergo ꝙ heretici ſub ſpecie pietatis honorem dei et reli
gionem fidei deſtruere poſſunt. Et ipſi ſunt pij in lupos:
et crudeles ouibus et agnis. ar. bo. xxiij. q. iiij. quādo vult.
Math. vij. Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c. ipſi pij ſunt in
fures et alios maledicos: crudeles vero in innocentes.
Item ſi verbo cōtradicendum eſt hereticis. xxiij. q. vj. vi-
des. non eſt ratio aliqua quare potius manus debeat eſſe
exempta/ q̄ lingua que pro deo pugnet. Item ſi beſtie/
vt lupi leones ſerpentes exterminande ſunt ꝓ ſalute cor
porū: quāto fortius ſpūales beſtie pro ſalute animarū. ar.
xxxviij. diſt. ſedulo. Et eſt cōueniens ſimilitudo habito re-
ſpectu ad venenū pſeudo predicatorꝫ. Tullius. Quid in-
tereſt: vtrū ex homine quis ſe cōuertat in beluam: an ſub
figura hois imanitatē gerat belue: Gualfredus. Quid
ꝓdeſt hoies ab hominibꝰ appellari: ⁊ (iudicio veritatis)
canes malitia. ſues immūditia. vulpes aſtutia. ſerpentes
odij et inuidie virulentia. vana gloria volucres reputari:
Item hereticus in eccleſia eſt vt ouis morbida in grege:
vel vt membrū canceroſum in corpore: ergo quod facien-
dum eſt de oue pro grege. et de membro canceroſo ꝓ cor
pore: hoc faciendū eſt de heretico pro eccleſia. xlv. diſt. ſed
illud. ex̄ de ſta. mo. ea que. j. reſpō. xxiij. q. iij. reſecande. Et
notandum ꝙ de illis hereticis ſpecialiter eſt iuſtitia qui
negant iuſtitiam faciendam tāq̄ de manifeſtis hoſtibus
iuſtitie; quam colere ſummum bonum eſt in hac vita. xij.

Hoiem occidere licet.

q. ij. cap̄. cum deuotiſſimam. Siquis vero dicit hereticos
occidendos a deo: non ab eccleſia: ergo eccleſia exponen-
da eſt et ſine defenſione dimittenda. quod eſt contra illa
c. xxiij. q. v. principes. ⁊. c. regum. ⁊. c. de liguribus. c. quali.
c. relegentes. Item dominus hereticos vult occidi ⁊ mā
dat. Deutero. xiij. Si audieris in vna de ciuitatibus quas
dominus deus dabit tibi: inhabitare illic dicētes. Eamus
et ſeruiamus dijs alienis/ quos non noſti: interficiens ne
cabis omnes qui ſunt in ciuitate ⁊c. xxiij. q. v. ſi audieris.
vbi de hoc legitur ⁊ no. ꝙ heretici poſſunt occidi. Idē le-
gitᷣ ⁊ no. xxiij. q. iiij. q̄ñ. in gloſ. vlti. ⁊. c. eſt iniuſta. circa pn.
Preterea qua de cauſa volunt tātū heretici parci corpori
bus malorū a morte. Si ꝓpter ſpem correctionis: vbi nō
eſt ſpes correctionis: ibi caſſare debet falſa pietas. ar. op.
xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. Si vero propter precioſitatem vite
corporis: ꝓpter maiorem precioſitatē animarū. xij. q. j. ſci-
mus. nō erit eis parcendum: quia maius eſt periculū ani-
marū q̄ corporū. ar. xxiij. q. iiij. quādo. xxiiij. q. iij. q̇dam. ℣.
manichei. ꝓpterea manichei q̇ dicunt corpora eſſe a dia-
bolo: non habēt quid reſpōdeant. deſtruenda em̄ erūt a fi
lijs dei: quū ſint opera diaboli: qui ſunt huius erroris ſub
ſpecie pietatis ipſis corporibus nocent. Reprobi em̄ quo
amplius viuent: amplius in inferno punientur. addendo
enim peccata cumulant ſupplicia ſupplicijs. et quantum
ad corpus/ et quelibet pars ſuppliciorū infernalium ma-
ior videtur eſſe ſupplicio mortis corporalis. ar. de pe. diſt.
vij. nullus. ad ſi. vbi loq̄tur de pena purgatorij que maior
eſt omni pena vite huius: multo potius infernalis. Itē
licet cōcupiſcētia rei aliene ſit inhibita. Exo. xx. xxiij. q. v.
penale. tm̄ qui rem alienam iniuſte vſurpat: iuſte re ſua ꝑ-
uatur. ergo a ſimili: licet homicidiuꝫ ſit prohibitum: tamē
qui iniuſte occidit: iuſte occiditur. Item cum nemo ha-
bēs mentē bene diſpoſitā dubitet in rebꝰ ceteris ab hoie
corruptura eſſe auferenda: quare heretici in ſolis hoībus
hoc non recipiunt. Ad quod pōt dici ꝙ fures et alij ma-
lefici non libenter dant ſententiā quā vidēt cōtra ſe eſſe:
immo dicunt maleficos iniuſte occidi: ſed non eſt in hoc fi
des adhibenda/ contra ſcripturam diuinam ſuperius et
inferius memoratam. Item quum heretici ſint lupi ra-
paces intrinſecus. Math. vij. ex̄ de hereti. vt officium. §.
ſi vero. li. vj. ipſi bene vellent ꝙ non eſſent canes: ideſt p̄-
dicatores. xliij. di. ſit rector. in grege domini qui eos a gre-
ge arcerent. Item ſi non eſt diſtinguendum circa hoc p̄-
ceptum/ Non occides. quia euangelium non diſtinguit:
ergo occidere quēq̄ ſemper eſt peccatum mortale: ergo
mortaliter peccat/ qui culicem vel pulicem occidit: ſicut
dicunt aliqui ex eis heretici. quod eſt falſum: quia occide-
re interpretationem recipit. xxiij. q. v. ſi nō licet. ¶ Q au-
tē occidere frequēter et in caſibus nō ſit peccatum: immo
meritum in gratia exiſtenti apparet authoritatibus no.
et ve. teſta. et canonum et legū. Unde dominus ad moy-
ſen. Maleficos ne patieris viuere. Exod. xxij. xxiij. q. viij.
§. j. Item qui coierit cum iumento: morte moriatur. Le-
uiti. xx. et. xxxv. q. j. mulier. Item adulteri et blaſphemi
lapidari in lege iubentur. Ioan. viij. Daniel. xiij. Leuiti.
xxiiij. Siquis blaſphemauerit nomen domini: morte mo-
riatur. iij. q. vij. poſtulatus. Moyſes cultores idoli mor-
te puniuit. Exod. xxxij. xlv. diſt. diſciplina. Samuel regē
amalech Agag pinguiſſimum in fruſta cōcidit. j. Regum
xv. Et Phinees occidit iudeum coeuntem cum madia-
nita. et reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Numeri. xxv. de hoc
ij. q. vij. §. his ita. j. q. iiij. §. notandum. xxiij. q. v. §. j. et. q.
viij. occidit. Item Auguſtinus ad publicolam. xxiij. q.
v. de occidendis. De occidendis hominibus ne ab eis
quiſq̄ occidatur: non mihi placet conſilium: niſi forte ſit
miles: aut publica functione teneatur: vt non pro ſe hoc
faciat: ſed pro alijs ⁊c. Item Auguſtinus in lib. de ciui-
ta. dei. Nequaq̄ contra hoc preceptum fecerunt quo di-
ctum eſt/ Non occides. qui deo authore bella geſſe-
runt ⁊c. xxiij. q. v. ſi non licet. vbi laudatur Abraam/ qui

Occidere nonnūq̄ meritoriū.

obediẽter voluit filiũ occidere. Sic etiã excuſatur Jepte
qui filiã occidit. Iud.xj.et Samſon q̇ ſe occidit. Iud. xvj.
quia ſpiritusſanctus hoc latẽter iuſſerat. Item Aug.li.j.
de ciui.dei. Miles quũ obediẽs poteſtati ſub qua legiti/
me conſtitutus eſt hoiem occidit: nulla ſue ciuitatis lege
reus homicidij eſt: imo niſi fecerit reus imperij deſerti atqꝫ
cõtempti eſt ⁊c.xxiij.q.v.miles. Ad hãc materiã vide origi
nalia Aug. Hiero. Ambro. Cypriani. ⁊ alioꝝ.xxiij.q.v.lex
c.cum homo.c.regum.c.non ſolum.c.qui malos.ca.homi/
cidas.c.ſi audieris. c.ſunt qdã. c.rex debet.c.ſi homicidiũ
c.cũ homo.c.cũ excõmunicatoꝝ. Itẽ ꝓpter peccatũ va/
ne glorie Dauid angelus dñi.lxx.milia de populo interfe
cit.ij. Reg. c.vlti.j.q.iiij.§.his ita.℣.itẽ dauid. Item do/
minus precepit filijs iſrael/vt pplis amorreorum/chana
neoꝝ/et aliarũ nationum/propter peccata eoꝝ nõ par/
cerent: ſed oẽs morti traderent: et terrã eoꝝ poſſiderent.
xxiij.q.v.§.hinc notandum. Item in lege dñi dicit̃ Deu/
tero.xiij. Si frater tuus: ⁊ amicus tuus: ⁊ vxor que in ſinu
tuo dormit: deprauare voluerint veritatem: ſit man⁹ tua
ſuper eos: et effundes ſanguinem ipſoꝝ.xxiij.q.viij.legi.
Ad idem.c.q.occidit.⁊.c.petrus.⁊.c.quicunqꝫ.

## Articulus.lxxiij. A

Diſcuſſo longe la/
teqꝫ de inobediẽtia religioſoꝝ nři tpis:
et que ſit: et in quibus cõſiſtit vera obe/
diẽtia. Recta etiã occaſione pertractato
de diſciplina prelatoꝝ: quomodo eã fa/
cere debeant: et ſubditi ſuſtinere: ⁊ quõ põt excõmunica/
re rebelles: ⁊ quomodo illi qui poteſtatẽ habent: poſſunt
licite occidere impios. Nunc de immũditia vel inceſtu et
eoꝝ fornicationibus: qui mali ſunt religioſi: et caſtitate
et mundititia eoꝝ/qui boni ſunt: tractandũ eſt. Tertiũ eñ
ſubſtantiale eoꝝ triũ q̃ ꝓmittũt: caſtitas eſt.ex̃ de ſta.mo.
cũ ad monaſterium.§.ſi.xxvij.q.j.nuptiarũ. De fornicatio
ne autẽ aliquid tractaui in hac.ij.parte.vbi dixi de anacho
ritis/in materia begardoꝝ: in errore eoꝝ/qui dicũt non
eſſe peccatum fornicari.in.§. ſeptim⁹ error.in ar. lij.ſꝫ hic
latius pertractabo. Et primo de occaſionibus fornica/
tionis/maxime in religioſis.occaſio autẽ in eis et in quo/
cũqꝫ immũditie vna quidem eſt gula. Cõmuniter eñ reli
gioſi iſtius temporis gaſtrimargi.i.guloſi ſunt. Gule au/
tem due ſpecies ſunt.crapula.i.cruda epula. ⁊ ebrietas.i.
potus extra menſurã. Rom.xiij. Non in comeſſationib⁹ ⁊
ebrietatib⁹.ex̃ de vi.et ho.cleri.a crapula.vbi de h. vtrũqꝫ
iſtoꝝ luxuriam prouocat. De vino dicit apl's ad Ephe.
v.⁊.xxxv.diſt.in palea.vinolentum.vinum ⁊ ebrietas incẽ
dium eſt.ibi. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. non
formaliter: ſed ꝑ accidẽs.ex̃ de iureiurã.⁊ ſi chriſt⁹. Hiero.
Luxurioſa res eſt vinuꝫ.xxxv.diſt.luxurioſa res eſt. Et ite
rũ ibi Proſper.c.luxuriã. Luxuriam facit et nutrit vini ꝑ/
ceptio nimia: non natura. Noe in ebrietate nudauit femo
ra. Geñ.ix.xxxv.diſt.§.j.⁊.c.vj. Item loth inebriatus cõcu/
buit cũ filiabus. Geñ.xix.de quo.xxxv.diſt.§.j.⁊ de quo di
cit Ambro.ꝙ fuit in eo ebrietas inceſtus origo. xxxv. diſt.
ſexto die.xv.q.j.inebriauerunt. et Hierony. Venter mero
eſtuans facile deſpumat in libidinem.xxxv.diſt.§.j.⁊ in pa
lea venter. Innocẽ.iij. Ebrietas et mentis inducit exiliũ:
et libidinis prouocat incentiuum. vt in.c.a crapula. ex̃ de
vi.et honeſt.cle. Venter ⁊ genitalia ſibimet vicina ſunt: vt
ex vicinitate membroꝝ/cõfederatio intelligatur vitioꝝ.
xliiij.diſt.§.j. Nabuzardã princeps coquoꝝ muros hieru/
ſalem deſtruxit.iiij. Reg.vlti. quia venter cui multitudo
coquorum deſeruit: edificia virtutum ad ſolum redigit.
xliiij.diſt.§.j. B Nilus monachus ait. Caſtitatẽ ge
nerat continẽtia.concupiſcentia autem gule mater libidi
nis eſt.vt pre.c.a crapula. Qui impugnatur a ſpiritu for/
nicationis concupiſcentie ſaturitatem percipit. verſus.
Subtrahe ligna foco ſi vis extinguere flammam:
Si carnis motus ocia vina dapes. Qui repleuerit ven
trem et promiſerit caſtitatem: ſimilis eſt ei qui dicit ſe poſ
ſe refrenare ignes in palea vel ſtipula.quẽadmodũ enim
ignis impetum in arundineto diſcurrentẽ coercere impoſ
ſibile eſt: impetum libidinis ardentem ſic impoſſibile eſt
in ſaturitate cõpeſcere. Columna cõfirmatur ſup baſim:
et fornicationis paſſio in ſaturitate requieſcit.hucuſqꝫ ni
lus. Hiero.in Michea. Eccleſie principes qui delicijs af/
fluunt: ⁊ inter epulas atqꝫ laſciuias pudicitiam ſe ſerua/
re credunt: propheticus ſermo deſcribit/ꝙ eijciendi ſunt
de ſpacioſis domibus lautiſqꝫ cõuiuijs ⁊c.xxxv.diſt.eccle/
ſie. Berñ. Periclitatur caſtitas in delicijs.humilitas in di
uitijs: pietas in negotijs: veritas ĩ multiloquio: charitas
in hoc ſeculo nequã. Nilus. Lignorum copia ingentem ſu
ſcitat flammam.multitudo autem eſcarũ nutrit concupi/
ſcentiam. flamma ignis obſcuratur deficiente materia: et
eſcarum indigentia deſideria carnis marceſcunt. ſpinas
germinat terra inculta: et mens guloſi germinat cogita/
tiones turpiſſimas.neſcit dolorem ignis corpus mortuũ:
neqꝫ cõtinens cõcupiſcentie mortue voluptatem. Nõ mi
ſerearis corpori ſi laſſitudinẽ defleat. nec velis ſaginare
eum affluentia eſcarum.ſi enim preualuerit: inſurget ad/
uerſum te: ⁊ bellum ſine federe cõmouebit aduerſum te/
donec capiat animã tuam.et quaſi ſeruum tradat ſpiritũ
fornicationis vitio.hucuſqꝫ Nilus. Caſſianus in.v.lib.
de gaſtrimargia ait: Quibuſlibet eſcis refectus venter ſe
minaria luxurie parit. Sodomitis cauſa luxurie ſaturi/
tas extitit panis. Eze.xvj. Et quia per ſaturitatem panis/
inextinguibili carnis ardore fuerunt ſuccenſi/iudicio dei
celitus igne ſulphureo concremãtur. Et ſi illos panis ni/
mietas ad tam preruptum flagitiorum precipitium vitio
ſatietatis impegit: quid cenſendum eſt de ijs qui vegeta/
to corpore perceptionem carnium et vini immoderata li/
bertate preſumunt: nec quantuꝫ expetit imbecillitas: ſed
quantum libido animi ſuggerit: vſurpantes hec cum car/
nis cura in deſiderijs/cõtra apoſtolum Rom. xiij. diſt.v.
non mediocriter.in ſi.vbi etiã de hoc in gloſ.ſi. Idem in
eodem. Non habet ꝑpetuam caſtimonie puritatem quiſ/
quis non iugem tẽperantie equalitatẽ tenere cõtent⁹ eſt.
Rom.ix. Idem in eodem. Nunquid poterit ardẽtis cõcu
piſcẽtie ſtimulos cohibere/quiſquis deſideria gule refre/
nare nequiuerit? Interioris hois caſtitas virtutis huius
conſummatione diſcernitur. Nunqꝫ eñ robuſtiorib⁹ emu/
lis colluctari poſſe cõfidas eum quem in leuiori conflictu
conſpexeris ab infirmioribus paruiſqꝫ ſuperari. Idem
in eodem. Impoſſibile eſt ſaturum ventrem pugnas inte
rioris hominis experiri: nec bellis robuſtioribus attenta/
ri dignum eſt eũ qui poteſt deijci leuiori conflictu. Itẽ
Climacus in gradu.xiiij.de gula. Gula eſt delectationuꝫ
libidinis foris fornicationis patratrix.tribulatio vero vẽ
tris conciliatrix eſt caſtitatis. Quis ſuuꝫ ventrem ⁊ fouet
et cõtendit ſpm̃ fornicationis extinguere? Immũdus
demon gule recedit poſt cibi repletionem: ⁊ fornicatiõis
ſpm̃ nobis mittit.qui veniens et inueniens ventrem gra/
uatum ſomno: ligat pedes eius et manus: ⁊ oia quecũqꝫ
voluit de reliquo fecit: et corpus ⁊ aiam phantaſijs et in/
quinationibus ⁊ collutionib⁹ fedauit ⁊ ſordidauit. Am/
pla et ſpacioſa eſt via ventris: que ducit in fornicationis
perditionem. Mat.vij. Luc.xiij.et multi ſunt qui vadunt
per eam.l.diſt.tua.qꝛ anguſta ⁊ arcta eſt ieiunij ⁊ abſtinẽ/
tie via: que ducit in vitaꝫ caſtitatis: ⁊ pauci ſunt qui ingre/
diuntur per eam. xxviij. diſt.de his. filius primogenitus
gule/miniſter fornicationis. vincens gulam ad impaſſibi
litatẽ et caſtitatẽ aſcendit. Hucuſqꝫ climacus. C Se/
cunda occaſio et materia fornicandi religioſis et cuicũqꝫ
eſt cõuerſatio mulierum ⁊ iuuenum. Vnde Nilus. Oleũ
enutrit lucernam: ⁊ ignem luxurie cõfabulatio mulierũ.
Facies mulieris ſagitta eſt virulẽta. Infixit uuln⁹ in aia:
⁊ venenũ ibi repoſuit: et quanto magis memoratur: am/
pliorem putredinem opatur. Qui cauet hec iacula: nõ ſe
ingerit ſolennitatum frequentie: neqꝫ in feſtiuitatibus
quaſi amens

De iho/neſtate religio/ſorum.

Occa/ſio imũ/ditie.

dñm.q: perſeuerauit ad monumētum. Joan.vlti. Unde Greg. Contigit vt ſola eum videret:que remanſit vt qre/ret. Quid prodeſt homini ieiunare/orare/ elecmoſynas facere/corp⁹ affligere/ſentire quoq; de deo magna:et nõ peruenire ad portum ſalutis? Ecce apparet aliquãdo in mari nauis formoſa magna ⁊ noua multo theſauro ple/na:aliquo ſibi occurrente periculo ad portum non perue nit:ſed perit.⁊ quid ꝓfuit omnis multitudo illa? Et iterũ Eſt in mari quandoq; nauis aliqua deformis vet⁹ ⁊ onu ſta multo theſauro:et cum multo labore euadens maris pericula peruenit ad portũ.ſola hec cõmendabilis. Simi le euenit in hominibus huius mũdi. Merito ergo omni bus eſt timendum. Quãuis em̃ arbor ſit nata:non ſtatim eſt magna.⁊ ſi magna:non florida.⁊ ſi florida:non ſtatim producit fructus.⁊ ſi producit:non ſtatim ſunt magni.⁊ ſi magni:non ſtatim maturi.⁊ ſi maturi:non ſtatim veniũt ad os comedentis.ſed multi decidũt ⁊ putreſcũt:⁊ a por/cis ⁊ alijs beſtijs deuorantur. Ad hec de pe.di.ij.§.hec que de charitate.cum.c.ſe. ¶ Dixit quidã fratri Egidio. Deus bene faciat te finire. Rñdit ipſe. Quid prodeſt mihi ſi re/gnum celorũ manducaſſem:niſi bene finirem? Sapiens. Oĩs laus in fine canitur. Philoſophus. Cuius finis bo/nus eſt:ipſum quoq; bonũ eſt. Sapiens. Oĩa in fine ꝯſer/

Remiſſio. uantur.⁊ iterũ. Finis non palma coronat. Multi currunt ſed vnus accipit brauium.j.Corin.ix. ¶ Sequitur de alia ſpecie acidie que eſt remiſſio.quo vitio laborat:qui quoti die deterior efficitur. Unde primo incipit ſtrenue.ſecũdo dic min⁹.tertio nihil. Eccl'i.xxij. Filia fatua i deminoratio ne.q: anima fatua ſemper decreſcit:ſicut iuſtorum ſemita creſcit. Prouer.iiij. Egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa manus autem fortium diuitias parat. Prouer.x. Itẽ Pro uer.xij. Manus fortiũ dominabitur.que autem remiſſa eſt:tributis ſeruiet. Hebre.xij. Remiſſas manus ⁊ diſſolu

Diſſolutio. ta genua erigite.xlix.di.j.ꝟ.claudus. De prelato remiſſo ex̃ de ſta.mo.cum ad monaſterium.§.penul. ¶ Sequit̃ de diſſolutione alia filia acidie.qua laborat qui inueniẽs dif ficultatẽ in ſui regimine/dimittit ſe omnino abſq; guber/natione. Prouer.xxij. Eris ſicut dormiens in medio mari ⁊ quaſi ſopit⁹ gubernator amiſſo clauo. Prouer.xix. Ani/ma diſſoluta eſuriet. Hiere.xxxj. Uſqueq̃ delicijs diſſolue/ris filia vaga? Talis diſſolutio diſſoluit hominẽ a vincu/lis diuine legis. Et eſt diſſolutus ille demoniacus:de quo legitur Luc.viij.ꝙ ruptis vinculis agebatur a demonio in deſerto. Eccl'i.ij. Ue diſſolutis corde. Talis eſt ille para lytic⁹:de quo Mat.ix. Dicitur em̃ paralyſis a para quod eſt dis/et lyſis quod eſt ſolutio/quaſi diſſolutio. Uide in additione.ſ.e.§.nunc de immũditia.ꝟ. Item Jo.caſſ.in ar. lxxiij.q: peccatum diſſoluit hominẽ a lege charitatis que operari facit.q: amor otioſus non eſt ẜm Greg.in homil. penteco. Et tales diſſoluti paralytici efficiuntur inſenſibi les in anima.de qua inſenſibilitate Prouer.xxiij. Traxe/runt me:⁊ ego non ſenſi. Prouer.xviij. Qui mollis ⁊ diſſo lutus eſt in opere ſuo:frater eſt ſua opera diſſipantis. Ex hac ſurgit peſſima paupertas ⁊ penuria bonorũ ſpiritua lium. Prouer.xxviij. Qui ſectatur otium:replebitur ege/ſtate. Apocal.iij. Dicis ꝙ diues ſum ⁊c. Et neſcis ꝙ tu es

ignauia pauper ⁊ nudus. ¶ Sequit̃ de ignauia.qua laborat ille qui potius eligit in magna miſeria permanere:q̃ aliquã/tulum laboris ſubire. Eccl's.iiij. Stultus ꝯplicat man⁹ ſu as.⁊ comedit carnes ſuas dicẽs. Melior eſt pugillus cũ requie:q̃ plena vtraq; manus cũ labore ⁊ afflictione ani/mi. ¶ Sequit̃ de alia filia ſcʒ de indeuotione.que eſt que

Indeuotio. dam ariditas ſpiritualis.pſ.cxlij. Aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi.⁊ alibi.xxxiiij. Sterilitatẽ aĩe mee. Et Numeri. xj. Anima noſtra arida eſt. Bern.loquens in perſona illi⁹ qui deuotionẽ amiſit occaſione ſuperbie. Ab heri ⁊ nudi/uſtertius inuaſit me languor aĩe.hebetudo inſolita.que/dam inertia ſpũs ex ſuperbia inuenta eſt in me. Non ſapit pſallere.non legere libros.non orare delectat.meditatio/nes ſolitas non inuenio. Ideoq; ad opus manuum piger

ad vigilias ſomnolentus:ad iram preceps:ad odiũ perti nax:lingue ⁊ gule indulgentie ſecurior:⁊ obtuſior ad pre dicationem. Heu oẽs montes in circũitu viſitat domin⁹. ij.Reg.j.ad me autem non appropinquat.pſ.cj. Aruit cor meum. Prouerbio.xiij. Uult ⁊ non vult piger. ¶ Scdm Joã.caſſia.in colla.iiij. Danielis de ꝯcupiſcentia carnis ac ſpiritus/Mẽtis ſterilitas triplici ratione prouenit. Aut em̃ de negligentia noſtra/aut de impugnatione diaboli aut de diſpenſatione dñi ac ꝓbatione deſcendit. Et de ne/gligentia quidẽ:quum vitio noſtro torpore precedẽte cir cumſpecte noſmetipſos ⁊ remiſſius exhibẽtes/⁊ per igna uiam ⁊ deſidiam de noxijs cogitationibus paſcentes ter ram cordis noſtri/ſpinas ⁊ tribulos facimus germinare. Gen.ij.quibus in ea pullulãtibus cõſequenter efficimur ſteriles:atq; ab omni ſpirituali contemplatione ieiuni. De impugnatione vero diaboli:quũ etiã bonis nõnunq̃ ſtudijs deditis/callida ſubtilitate mentem noſtram aduer ſario penetrante/vel ignorantes ab optimis intentioni/bus abſtrahimur vel inuiti. De diſpenſatione autẽ ac pro/batione dei:vt paulisper a domino derelicti/⁊ mentis no ſtre infirmitatem humiliter intuentes/ſuppendente puri tate cordis que nobis eſt illius viſitatione donata nulla/tenus extollamur.probãteſq; nos ab eo quodãmodo de/relictos/gemitibus noſtris ⁊ induſtria illũ letitie ac pu/ritatis ſtatũ recuperare nõ poſſe intelligamus. ⁊ preteri/tam cordis alacritatẽ nõ noſtro ſtudio ſed illius nobis di gnatione collatã:⁊ preſentẽ de ipſius rurſuʒ gratia ⁊ illu/minatiõe eſſe poſcendã. Bonũ eſt ergo nobis a dño ſub/derelinqui: ſed nõ totaliter derelinqui. Unde David.pſ. cxviij. Nõ me derelinquas vſquequaq;. Quarta ratio eſt iſti⁹ ſterilitatis ſuperbia ⁊ ingratitudo.q: cõſolationes quas deus facit:imputat elatus laboribus ſuis et bonitati ſue. ⁊ iõ a deo deſerit̃.vt a deo eas eẽ cognoſcat.pſ.xciij. Secũ dum multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo conſola/tiones tue letificauerunt animã meam. Et hãc rationem

triſtitia. tangit Bern.ſ.proxime. ¶ Sequit̃ de alia profana filia acidie/que eſt triſtitia.que impedit letitiã ſpiritualem.ij. ad Cor.ix. Hilarẽ datorẽ diligit deus.ex̃ de donat.c.j.pſ. cxxxvij. Et cãtẽt in vijs dñi:qm̃ magna eſt gl'ia dñi. Eccl'i. xxx. Triſtitiam longe expelle a te. Eccl'i.xxxvj. Cor prauũ dabit triſtitiam. Et triſtitia cordis flectit ceruicem. Eccl'i. xxxviij. Et ibidem. Ne dederis in triſtitia cor tuũ. Et ibidẽ

triſtitia triplex. A triſtitia em̃ feſtinat mors. ¶ Eſt autẽ triplex triſtitia ſcʒ triſtitia peccati/triſtitia peccatũ/triſtitia de peccato. Tri ſtitia peccati eſt amaritudo cõſcientie que ſemꝑ eſt in pu ro opere.de qua Eccl'i.xiiij. Beat⁹ qui non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Iſi. Uis nunq̃ eſſe triſtis:bene viue.re⁹ omniũ nunq̃ ſecurus eſt. Triſtitia peccatum eſt dolor im/moderatus pro amiſſione tẽporalis rei:vel cõſanguineo rum:vel amicorum.vel ex eo ꝙ quis nõ habet quod tẽpo raliter deſiderat.xiij.q.ij.q̃ preposterũ.c.habent.cum.c.ſe. ij.Cor.vij. Triſtitia ſeculi mortẽ operatur ſcilicet aĩe ⁊ fre quẽter corporis. Eccl'i.xxx. Multos occidit triſtitia:⁊ nõ eſt vtilitas in ea. Triſtitia de peccato eſt dolor penitentia lis.de qua.ij.Cor.vij. Que ẜm deum triſtitia eſt:peniten/tiam in ſalutẽ ſtabileʒ operatur. Eccl's.vij. Cor ſapiẽtum vbi triſtitia eſt. Triſtitia eſt demoniũ veſpertinum.q: tũc incipit homines vexare:quum dies proſperitatis incipit declinare. Uexat em̃ in amiſſione temporaliũ:in inflictio/ne flagellorum:⁊ in amiſſione conſanguineorum. Cõtra primuʒ Eſa.xv. Aque dybon (quod interpretatur fluxus eorum) ſcilicet lachrymẽ illorũ qui plorant pro fluxu rerũ temporalium.replete ſunt ſanguine.q: fedant non mun/dant.vnde ſequitur. Ponã ſuper dybon additamẽtum. ſcilicet de lachrymis ad lachrymas.de laboribus tranſi/bunt ad labores:⁊ contritione duplici conterentur.ex̃ de iudi.cũ non ab homine. Hiere.xvij. Cõtra ſecundũ Pro/uer.iij. Diſciplinã domini fili mi ne abijcias. Cõtra tertiũ j.ad Theſſal.iiij. Non contriſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpẽ non habent.xiij.q.vlti.habent.cum.c.ſequẽ. ¶ Quidam

frater requiſiuit abbatē Pemē dicens: Quid faciam? qm̄
turbor triſtitia. Dixit ei ſener. Neminē pro nihilo aſpicias
ij.q.j.multi. Nullum condēnes. Nulli detrahas.vj.q.j.ſum
ma. ⁊ dabit tibi deus requiē. Idē requiſitus ab altero fra
tre dicente/ Si peccauero/ etiam in quocūqꝫ iniquo pec/
cato: ⁊ conſumat me cogitatio mea ⁊ arguat dicēs.quare
peccaſti? ⁊ efficior tabefactus triſtitia.quid faciā? Reſpō/
dit ſener. Quacūqꝫ hora ceciderit homo in culpam: et di/
xerit ex corde. Deus tibi peccaui indulge mihi.mox ceſſa/
bit cogitatio vel triſtitia ⁊ illa cōſumptio. ❡ Ioā. caſſ.in
colla. Serapiōis de.viij.vitijs.in li.colla.ait ſic. De ira tri/
ſtitiam ⁊ acidiam neceſſe eſt pullulare.⁊.j. Quāobrem vt
acidia vincatur: ante ſuperanda eſt triſtitia.vt triſtitia ꝓ/
pellatur: ira prius eſt extrudēda. Idem in eadē. Triſtitie
genera ſunt duo. Vnū quod iracūdia deſinente vel de il/
lato damno ac deſiderio prepedito caſſatoqꝫ generatur.
Aliud qd̄ de irrationabili mentis anxietate ſeu deſpera/
tione deſcendit.⁊.j.in eadem. De triſtitia rancor/ puſilla/
nimitas/ amaritudo/ deſperatio. De acidia/ otioſitas/
ſomnolētia/ importunitas/ inquietudo/ peruagatio/ in/
ſtabilitas mētis ⁊ corporis/ verboſitas/ curioſitas. ❡ Itē
Io.caſſ.in li.ix.de ſpiritu triſtitie ſic ait in priu. Edacis tri
ſtitie ſtimuli retundendi ſunt.q̄ ſi paſſim per ſingulos in/
curſus ⁊ incertos ac varios caſus obtinendi aīam noſtrā
habuerit facultatē: ab omni nos ſeparat diuine ꝯtempla
tionis intuitu.ipſamqꝫ mentē ab vniuerſo puritatis ſtatu
deiectam funditus labefacit ac deprimit. Non orationes
eam explere cum ſolita cordis alacritate permittit. Non
ſacrarum lectionū ſinit remedijs incubare. Trāquillum
quoqꝫ ac mitē fratribus eſſe nō patitur. ⁊ ad cuncta ope/
rationum religionis officia impatientē et aſperū reddit.
omniqꝫ perdito ſalubri cōſilio ⁊ mentis cōſtantia pertur/
bata velut amentē facit ⁊ ebriū ſenſum: frāgitqꝫ ⁊ obruit
deſperatione penali. Sicut em̄ tinea veſtimēto ⁊ vermis
ligno: ita ſm̄ ſcripturā virus triſtitie nocet cordi. Prouer.
xxv. Nōnunqꝫ autē ire precedentis vitio ſubſequi ſeu con/
cupiſcentie lucri/ vel cuiuſdam detrimēti cauſa generari
ſolet.quū ſe harum rerū quadā ſpe mente concepta quis
viderit excidiſſe. Interdū etiam nullis exiſtentibus cau/
ſis quibus ad hanc labem corruere prouocemur: inimici
ſubtilis inſtinctu tanto merore repēte deprimimur: vt ne
charorū quidem aduentū ſolita ſuſcipere affabilitate poſ
ſimus. ❡ Idem in eadē. Eſt etiā aliud deteſtabilius triſti
tie genus: qd̄ non correctionē vite/ nec emendationē vi/
tiorum/ ſed pernicioſiſſimā deſperationem anime inīcit
delinquenti.qd̄ nec Cayn fecit poſt fratricidiuꝫ penitere.
Gen̄.iiij.de pe.di.j.§.ex ijs itaqꝫ. Nec Iudā poſt proditio/
nem ad ſatiſfaciendum feſtinare permiſit: ſed ad ſuſpen/
dium deſperatione pertraxit. Act.j. Mat.xxvij.de pe.diſ.
iij.iudas.⁊.c.nihil iude.cum.c.ſe. Ideoqꝫ vtilis nobis vna
re tātū triſtitia iudicanda eſt: quū hāc vel penitudine de/
lictorum/ vel deſiderio perfectionis accenſi concipimus.
ſed talis triſtitia/ que ſm̄ apoſtolū.ij. Cor.vij.ſalutē ope/
ratur/ obediens eſt: affabilis/ humilis/ manſueta/ ſuauis/
ac patiens vtpote ex dei charitate deſcendens: ⁊ ad omnē
dolorem corporis ⁊ ſpiritus cōtritionē infatigabiliter ſe/
metipſam deſiderio perfectionis extendens. ⁊ quodāmo
do leta ac ſpe profectus ſui vegetata/ cunctam affabilita
tis ⁊ longanimitatis retinet ſuauitatē: habens in ſe fru/
ctus ſpiritusſancti.' qui ſunt ſm̄ apoſtolū charitas ⁊ gau/
dium ⁊c. Gala.v. Hec vero aſperrima/ impatiens/ dura/
plena rancore et merore infructuoſo ac deſperatione pe/
nali/ eum quem amplexa fuerit: ab induſtria ſalutari do/
lore frangens ac reuocans: vtpote irrationabilis ⁊ inter
cipiens non ſolū orationū efficaciam: verū etiam vniuer
ſos fructus ſpiritus. Hanc ergo pernicioſiſſimā paſſionē
ita de nobis expellere poterimus: vt mentem noſtrā ſpiri/
tuali meditatione occupatā iugiter futura ſepe ⁊ cōtem/
platione repromiſſe beatitudinis erigamus. Hoc etiam
modo vniuerſa triſtitiarū genera ſiue que ex precedenti
ira deſcendunt: ſiue que acquiſitione lucri vel detrimenti
illati nobis adueniunt: ſiue que de illata nobis generant
iniuria: ſiue que de irrationabili mentis ꝯfuſione proce/
dunt: ſeu que letalem nobis deſperationem inducunt: va
lebimus ſuperare.quū eternarum rerum intuitus ſpecu/
lantes/ ſemper leti ac imobiles perdurantes/ nec caſibus
deiecti preſentibus/ nec proſperis fuerimus elati: vtraqꝫ
velut caduca et mox tranſeuntia cōtemplantes.huc uſqꝫ
Ioan.caſſ. ❡ Item Nilus in titulo de triſtitia. Triſtitia
eſt meror anime: ⁊ inſiſtit cogitationibus ire. Deſiderator
namqꝫ eſt vltionis furor. ſi vero non adipiſcitur vindictā
generabitur triſtitia. Triſtitia os eſt leonis ⁊ contriſtatū
deglutiet facile. Vermis cordis eſt triſtitia. Prouerb.xxv.
Et omnis plaga triſtitia cordis eſt. Eccl'i.xxv.⁊.xxx. Triſti
tiam longe expelle a te.multos enim occidit triſtitia. ⁊ nō
eſt vtilitas in illa. Neſcit leticiam ſpiritualē ⁊ ſuauitatem
quum fuerit in triſtitia monachus. neqꝫ mellis guſtum/
qui febribus exuritur vehementer. Omniū bonorum im
pedimentum eſt meror.ſ.triſtitie. Qui diligit mundū con
triſtabitur multum.qui autem cōtemnit que in eo ſunt: le
tabit ſemper. Qui ſpernit pecunias: ſine triſtitia eſt. Cu/
pidus in amaritudine eſt. Amator glorie lugebit quum
ignobilitas venerit.qui autem humilis eſt quaſi cōuiuiū
eam ſuſcipiet. Senſus dei guſtus aufert triſtitiaꝫ. guſtus
ſeculi parit eam. Qui autem voluptates mundi abiecit:
moleſtiam non patitur a cogitationibus triſtitie. ❡ Dici
tur in legenda beati Antonij egyptij. Vna eſt ratio vincē
di inimicum/ leticia ſpiritualis: ⁊ anime dominū ſemper
cogitantis iugis recordatio. Et de eo d̄r ibi ꝙ ſemper hi/
larem faciem gerens/ liquido oſtendebat ſe cogitare de
celeſtibus.ſicut ſcriptura ait Eccl'i.xxvi.ꝑ alia verba: ſed
magis ad literam Prouer.xv.ibi. Cor gaudens exhilara/
uit faciē.merore animi deiicit. Prouer.xvij. Anim⁹ gau/
dens etatem floridam facit. ſpiritus triſtis exiccat oſſa.
Corde letante vultus floret.in merore conſtitutus triſta/
tur. ❡ In antiqua legenda beati Franciſci legitur ſic de
eo. Tantū autem diligebat virū letitia ſpirituali plenum
ꝙ pro generali cōmonitione in quodam capitulo conſcri
bi fecit hec verba. Caueant fratres ne ſe oſtendant extrin
ſecus nubiloſos ⁊ hypocritas triſtes. ſed oſtendāt ſe gau/
dentes in domino hilares ⁊ iocundos ⁊ cōuenienter gra
tioſos. Item ſuper illud Mat.vj. Nolite fieri ſicut hypo/
crite triſtes.dicit Chryſ. Non autem poteſt fieri vt ſit hila
ris qui ieiunat.ideo non dixit. Nolite eſſe triſtes.ſed Noli
te fieri triſtes. Qui em̄ per impoſturas aliquas pallētes
apparent: illi non ſunt triſtes: ſed fiunt. Qui autem natu
raliter propter aſſiduum ieiuniū triſtis eſt: non fit triſtis:
ſed vere eſt. Hec ſancta triſtitia vertetur in gaudiū. Ioā.
xvj. ❡ Sequitur de alia ſpecie acidie.que eſt tedium vite Tedium vite.
que prouenit ex longa triſtitia.vt non ſolum diſpliceat ei
deo ſeruire: ſed etiam viuere. Quod prouenit ex diuerſis
cauſis. Quandoqꝫ eſt tedium vite ex amore dei ⁊ deſide/
rio vite celeſtis. Philip.ij.ex̄ de renun.niſi.§.porro. Greg.
Sancti grauiter tolerant quicquid non ſonat id quod
amant. Item ex conuerſatione malorum mundi.ij. Pe.ij.
ibi. Animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Item
ex nimia tribulatiōe. Iob.x. Tedet aīam meā vite mee.et
ij.ad Corin.j.ibi. Vt tederet etiam nos viuere.iij. Regū.
xix.de Helia: qui petijt anime ſue vt moreret. ⁊ de Saul
ij. Regum.j. Multi deſiderant mori vt preſentes dolo/
res fugiant.et de doloribus ſempiternis non cogitant.cō
tra quos Amos.v. Ve deſiderantibus diē domini. ❡ Se Deſperatio.
quitur de deſperatione alia filia acidie: que ſolet proue/
nire ex triſtitia. Prouerbio.xv. In merore animi deijcitur
ſpiritus.ſcilicet in profundum deſperationis. Et Prouer
bio.xvij. Spiritus triſtis exiccat oſſa. quia fortem animū
deſiccat ab humore gratie: vt per peccatum deſperatio/
nis frangatur. Eccleſiaſtici.xiiij. in principio. Felix qui
non habuit animi ſui triſtitiam: et non excidit ab ſpe
ſua. Hieronymus ſuper.viij. Pſalmum dicit/ ꝙ magis

offendit deū Judas quãdo ſe ſuſpendit:ꝙ̄ in hoc ꝙ euꝫ
tradidit. De hoc peccato Jude de pe.diſt. iij. iudas. et. c.
nihil.et.c.ſceleratioꝛ. Hoc peccatum virtutem ſecundã.
theologicam ſcꝫ ſpem adnihilat. quum dicat pſ̄. xxx. Et
ſpes mea in deo eſt.et/Jn te dn̄e ſperaui.Et Eſa.xl.Qui
ſperant in dn̄o:habebunt foꝛtitudinem.pſ̄. xc. Sperauit
in me et liberabo eū. ¶ Contra hoc peccatum eſt memo/
ria dn̄ice paſſionis.Bernar. Peccaui peccatum grande:
cõſcientia mea turbatur:ſed non perturbatur.q: vulnerū
dn̄i recoꝛdaboꝛ.Quid tam ad moꝛtem: quod non moꝛte
chꝛiſti ſoluatur?Si in mentem venerit tam potens tãq̄
efficax medicamentum:nulla iam poſſuꝫ moꝛbi maligni
tate terreri.Auguſt.Nullus de miſericoꝛdia dei deſperet.
maioꝛ eſt em̄ ei⁹ miſericoꝛdia ꝙ̄ noſtra miſeria. Tardius
ſiquidem videtur ei veniam dare: ꝙ̄ peccatoꝛi accipere.
Sic em̄ feſtinat a toꝛmento conſcientie reum abſoluere:
quaſi eum plus cruciet compaſſio miſeri ꝙ̄ ipſum miſerū
cõpaſſio ſui. ¶ De deſperatis dicitur Baruch.iij.Deputa
tus es cum deſcendentibus in infernum.Bern̄.Si ſupꝛa
modū peccaui:non deſpero.q: ſupꝛa modū doluit in quo
reſpiro.,Si exacerbatur pater in īmanitate ſceleris mei:
mitigabitur in doloꝛe filij ſui.Jtem Bern̄.Omnino pꝛo/
pter manſuetudinem que in te pꝛedicatur currimus poſt
te dn̄e ieſu.pſ̄.xliiij.Pꝛopter veritatem et manſuetudinē
ꝛc.Mat.xj.ibi.Quia mitis ſum.audientes ꝙ nõ ſpernis
pauperē peccatoꝛem.pſ̄.xxj.Neq̄ deſperit depꝛecationē
pauperis.Non hoꝛruiſti cõfitentem latronem.Luc.xxiij.
xxvj.q.vj.agnouimus.de pe.diſt.j.impoꝛtuna.Nec lachꝛy/
mantem peccatricē.Luc.vij.j.q.vij.ſiquis.Non ſupplican
tem.Mat.xv.de pe.di.j.impoꝛtuna.chananeã. Non depꝛe/
henſam in adulterio.Jo.viij.iij.q.vij.poſtulatus.Non ſe/
dentem in teloneo.Mat.ix.ꝛ Luc.v.Non ſupplicantē pu
blicanum.Luc.xviij.Non negantem diſcipulū.Luc.xxij.l.
di.ponderet.ꝛ.c.fidelioꝛ.Nõ crucifixoꝛes tuos.Luc.xxiij.
Non perſequẽtes diſcipulos.vij.q.j.§.hoc etiam tunc.Jn
odoꝛe ergo vnguentoꝝ tuoꝛum currem⁹.Cant.j.ex̄ de ſa
cra vnc.c.vnico.§.refert.℟.chꝛiſt⁹. ¶ Dicebat abbas Pe/
mē de abbate Jſidoꝛo ꝙ quãdo inimic⁹ conturbabat eū
ꝛ ſuggerebat ei deſperationem ꝛ penas:dicens/Poſt hec
oīa in toꝛmenta iturus es.dicebat ei Jſidoꝛus/Quãuis
ego ad toꝛmentum mittar:tamen te ſubtus me inuenio.
¶ Abbati quoq̄ Moyſi frequenter apparuerunt ſpirit⁹
mali:dicentes/Euaſiſti nobis ꝛ nihil poſſum⁹ tibi facere.
quoniã quoties te per deſperationem humiliare volueri
mus:exaltaris.quoties autē exaltare:ita te humilias vt
nullus de nobis accedat ad te. ¶ Jterum quidã ſenex tē
tabatur a cogitationibus per annos.x.ita etiam vt deſpe
raret:dicens/Perdidi animã meam.ſed quatinus ſemel
perij:reuertar ad ſeculū.Quum autem pꝛoficiſceretur:pꝛe/
uenit ad eum vox dicēs illi.Decem anni in quibus depꝛe

Tedium vite.

catus es/coꝛone tue erunt.reuertere ergo ad locū tuum
ꝛ ab omni malo cogitationis tue libero te. Non eſt ergo
bonum quemq̄ deſperare pꝛopter cogitationes. Jlle em̄
magis coꝛonas ꝓuident.vij.q.j.aduerſitas.de pe.diſ.ij.ſi
em̄.ſi vtiliter eas pertractantes tranſierimus ſufferētes
non conſentientes.Jac.j.de pe.di.ij.ſi em̄.Sed nota ꝙ nõ
bene ſperat:qui aliqualiter nõ deſperat.vt deſperationis
metu cautioꝛ fiat.ſm̄ Hiero.de pe.di.ij.ſi em̄.poſt tres co/
lum.℟.verū nec Montanus.De deſperatione Cayn.Ge
ne.iiij.de pe.di.j.ꝛ venit.ꝛ.c.ſerpēs.ꝛ.§.ſe.ex iis.℟. deniq̄.
Hec deſperatio vnū de ſex peccatis in ſpiritumſanctū eſt

Deſperatio.

Mat.xij.vt legitur ꝛ no.de pe di.j.§.poteſt etiam.in gloſ.
peccatum in ſpiritūſanctum ꝛc.Eſt autem nedum deſpe/
ratio verbalis ꝛ mentalis:ſed etiam quodãmodo actua/
lis.ar.bonū.xxiiij.q.iij.de illis.licet quis verbo non deſpe/
ret vel mente.ſcilicet continue peccare:et nunq̄ penitere
Et de talibus dicit Hiero.ꝙ aſſidue peccantiū non miſe/
ret de⁹.xxiij.di.diaconi.v.in ſi.Et peccatoꝛ quū ī ꝓfundū
maloꝛum venerit cõtemnit.Pꝛouer.xviij.xvij.di.nec licu
it.ex̄ de iudi.cum non ab homine.§.j. De bona tempoꝛis
occupatione contra acidiam ꝛ eius filias maledictas.ex̄
de renun.niſi cum pꝛidē.§.verū.ꝛ de con.diſ.v.nunq̄.Jn/
ter alia remedia contra acidiam eſt conſideratio pene fu
ture.Hiere.j.Quid tu vides Hieremia?Uirgam vigilan
tem ego video.Uirga vigilans a ſomno acidie eſt conſi/
deratio pene eterne ꝛ iudicij finalis.

¶ Articulus.lxxvj.

A

Aliud vitium aliquo rum religioſoꝛum iſtius tēpoꝛis qui habent cõmune cū alijs ſecularibus:et vere plus ꝙ̄ alij ſeculares:eſt tumida ꝛ acephala ſupbia.

Uētoſa religioſoꝛū ſupbia.

Superbia autē ſm̄ Climacū in gradu.xxij.de ſupbia. eſt
dei negatio:demonū inuentio:deſpectio hominū:cõdem/
nationis ꝛ iudicij mater:laudū pꝛoles:infructificationis
argumentum:a dei adiutoꝛio effugatio:non ſpiritus ſed
carnis ectaſis pꝛecurſoꝛ ꝛ amentie:lapſuū ꝛ ruinarū con/
ciliatrix:defectionis occaſio:furoꝛis fons:hypocriſis poꝛ/
ta:demonum firmamentum:peccatoꝛū cuſtos:inuiſceroſi/
ſitatis adiutrix:cõpaſſionis ignoꝛãtia:rationis amarus
punitoꝛ ꝛ exquiſitoꝛ:exactoꝛ crudelis ꝛ inhuman⁹:dei lu/
ctatoꝛ cõtrarius:blaſphemie radix.Jnitiū ſuperbie/finis
vane gloꝛie.Mediū/cõtemptus pꝛoximi:ꝛ laboꝛum pꝛo/
pꝛioꝛum ꝛ doloꝛū inuerecunda ꝓpalatio:laudis coꝛdia/
lis amoꝛ:redargutionis odiū.Finis vero negatio dei ad/
iutoꝛij:ꝛ ꝓpꝛie feſtinãtie ꝛ ſolicitudinis extollētia.Mos
demoniacus.Altū ſapiens monachus cõtradicit vehemē
ter.humile vero ſapiens contradicere neſcit.Dedignatur
arrogans monachus ꝛ ſuperbus coꝛde obedientiam poſ
ſidere.Uir altus coꝛde deſiderat pꝛincipatū. Superbis
deus reſiſtit.Jac.iiij.j.Pe.v.Quis ergo hoꝛū valet miſe/
reri?Jmmundus eſt coꝛam deo omnis arrogans coꝛde.
Pꝛouer.xvj.ꝑ alia illa de pe.di.ij.ſi em̄ vltra.v.colum.℟.pe
trus.Et q̄s de cetero eos mundare valebit?Coꝛreptio et
diſciplina/ſupboꝛū ruina ꝛ lapſus.ſtimulus vero/demon
Derelictio autē ectaſis mala ꝛ amētia.Qui amouet a ſe
redargutionē:paſſionē ſignificauit.Qui odit coꝛrectio/
nem:veſtigiū eſt peccatoꝛis.Eccl'i.xxj.Accedēs vero a vin
culo ſoluitur ſcilicet peccato.pſ̄.cxv.Dirupiſti vincula pec
catoꝛis.Superbia eſt diuitiarū ſpiritualiū ꝛ ſudoꝛū per/
ditio.pſ̄.xvij.Clamauerunt nec erat q̄ ſaluos faceret pe/
nitus.q: cum ſuperbia clamauerunt ad dn̄m.ꝛ nõ exau/
diuit eos penitus.q: cauſas contra q̄s oꝛabant non abſci
derunt.Senex redarguebat ſuperbientē fratrē.ille vero
ait.Jndulge pater:q: ſuperbus non ſum.et ſenex ad eum
Et qualem ait fili euidentioꝛē oſtenſionem iſtius nobis
vitij exhibebis:ꝙ̄ ꝛ dicere/ſuperbus non ſum?Noli arro/
gans altū ſapere:quū ſis terrenus.Multi em̄ de celis eie
cti ſunt quū fuiſſent imateriales ꝛ ſancti.Eſa.xiiij.de pe.
di.ij.pꝛincipiū.ꝛ.c.ſi em̄ inquit. ¶ B Monachus pꝛo/
pꝛie eſt non elatus oculus/humilis anime intuitus/ꝛ im/
motus coꝛpoꝛis ſenſus.Monachus eſt q̄ impugnatoꝛes
inſtar beſtiarū aduocat ꝛ irritat quū fugiunt ab eo.Mo
nachus eſt inceſſabilis exceſſus ꝛ triſtitia vite.ij.Coꝛ.vij.
Monachus eſt q̄ ita afficit ꝛ qualificatur virtutibus:ſic/
ut alius delectationibus vitioſis ꝛ cõcupiſcentijs.Mo/
nachus eſt inceſſabile lumē in oculo coꝛdis. Monachus
eſt abyſſus humilitatis.Superbia eſt nouiſſima aīe penu
ria:diuitias ſcꝫ ſpirituales.i.virtutes phantaſticans:ꝛ lu
men in tenebꝛis videre ſe arbitrans.Monach⁹ ſuperbus
demone non indigebit.ipſe em̄ de cetero ſibiipſi fact⁹ eſt
demon ꝛ impugnatoꝛ.Jn coꝛdibus ſuperboꝛum fient ver
ba blaſphemie. Pꝛogenies ſuperbie ſunt ſpiritualium
ruine et lapſus/ira/detractio/amaritudo/furoꝛ/et cla/
moꝛ/blaſphemia/hypocriſis/odium/inuidia/contradi/
ctio/volūtatis pꝛopꝛie cõplacētia ꝛ regulatio/imperſua/
ſibilitas/ꝛ inobediētia.Nemo poteſt venire in cognitio/
nem dei niſi per humilitatem. Uia eundi ſurſum eſt ire
inferius. ¶ Omnia periculoſa et omnes caſus mag/
ni qui acciderunt in mundo:non niſi per eleuationem

capitis acciderũt.ſicut apparet in lucifero creato in celo.
Eſa.xiiij.Luce.x.de pe.di.ij.ſi em̄.ad ſi.⁊.c.principiũ. Et in
Adam inobediẽte.Gen̄.iij.xl.di.quelibet.xj.q.iij.q̄d ergo
Et in phariſeo euangelico.Luc.xviij. Et oĩa bona que fa⸗
cta ſunt magna:propter inclinationẽ capitis facta ſunt.
ſicut patet in beata ꝟgine.Luc.j.xxvij.q.ij.§.j.Et in publi⸗
cano. Luc.xviij.Et in latrone ſancto.Luc.xxiij.de pe.di.j.
importuna.⁊ pluribus alijs.¶ Dixit quidã. Nõ poſſem⁹
nos habere vnam molã grauem:que faceret nos ſemper
caput humiliare:ar.Mat.xviij.ibi.Expedit ei vt ſuſpen⸗
datur mola aſinaria in collo eius.ex̄ de renunt.niſi.§.pro
graui.Et dixit ei quidam.Quomodo poſſemus nos effu
gere iſtam ſuperbiã:Rñdit Egidius.Laua tibi inde ma⸗
nus vbi poſueris os:vbi tenes pedes.Si conſideres bñ⸗
ficia dei:debes inclinare caput tuũ.Si conſideres pecca⸗
ta tua:debes inclinare caput. Ue autẽ illi qui vult hono⸗
rari de malitia ſua.ex̄ de ex.pre.q̄ graue.lxxxvj.di.donare.
Si perſiſtas corã dño integre teipſum vituperãs ⁊ incul⸗
pans ſuperbiam quaſi araneam reputabis.de pe.diſ.j.ve⸗
ritas.ſub.§.quecunq̃. Equus vero ſuperbie vana gloria
eſt ſuper quẽ aſcendit.ſancta vero humilitas ſeipſam in⸗
culpans atq̃ vituperans deridebit equũ etiam aſcenſorẽ
eius.in cantico Moyſi Exo.xv.¶ E Serapion in col⸗
la.de.viij.vitijs.Superbie genera ſunt duo. Primũ carna
le ſcilicet de gloria mundi et carnis.Secundũ ſpirituale.
quod eſt etiã periculoſius.Illos namq̃ ſpecialius impu
gnat quos in quibuſdam virtutibus profeciſſe reperit
Abachuc.j.Cibus ei⁹ electus.vbi Hiero. Job ſubuertere
querit.⁊ deuorato Juda ad turbandos apoſtolos expe⸗
tit poteſtatem.Luc.xxij.de pe.diſti.ij.ſi em̄.ad tres colũ.ꝟ.
fruſtra.¶ D Eſt ſuperbia in religioſis ſicut et in alijs.
In ornatu ⁊ habitu delicato.Heſter.xiiij.Tu ſcis infirmi
tatem meã ⁊ neceſſitatem meam:q: abominer ſignũ ſup⸗
bie ⁊ glorie mee quod eſt ſuper caput meũ. In veſtitu ne
glorieris vnq̃.Eccl'i.xj.Et diues ille indutus erat purpu
ra ⁊ byſſo ad ſuam oſtentationẽ.Luc.xvj.de hac.xxj.q.iiij.
c.j.⁊.c.di.contra morem. Jam religioſi irreligioſi contra
eorum regulas ⁊ ſtatuta in veſtibus precioſitatẽ querũt⸗
ſi poſſunt⸗non vtilitatem.Longitudo per terrã ſerpit.pli⸗
catur cũ ſuturis ſubtiliſſimis.multe ſunt.capitia poſt na⸗
tes deſcendũt.amplitudo ei⁹ vt tentorium eſt. Chordula
minorum ſubtilis ⁊ alba plurimis nodulis terrã tangit.
Quod a Frãciſco humili pro dedecore datũ eſt:priuign⁹
eius accipit ad decorẽ.Crucis habit⁹ crucẽ cõculcat.qua⸗
les foris tales intus.xlj.di.§.ſi. Uide.j.§.ſe.ꝟ.contra ſuper
biam ornatuũ in iſto ar.⁊ in.ꝟ.in qua precioſitate.cum.ij.
ſe. Item eſt in actu.pſ̄.c. Non habitabit in medio domus
mee qui facit ſuperbiam.Exemplũ de Nemroth ſuperbo
robuſto hominũ oppreſſore.Gene.x.vj.di.§.ſi.in ſi. Jtẽ ſu
perbia in ꝟbo.ſicut i Antiocho.ij.Macha.ix.Et in Sen⸗
nacherib ⁊ Rapſace principe ſuo.Eſa.xxxvj.⁊.xxxvij.pſ̄.xvj
Os eorum locutum eſt ſuperbiam.xlvj.di.c.j.de pe.di.ij.ſi
em̄.vltra mediũ.ꝟ.nonne.ibi.loquũtur grandia. Et tot⁹
eorum ſermo ſuperbia eſt.Quod ad literã religioſos pre
cipue tangit.q: ⁊ in diſputationibus et predicationibus
⁊ cõmunibus locutionibus arrogãter ⁊ põpatice loquũ⸗
tur:⁊ actus ⁊ ſigna ſupbie oſtendunt:⁊ ſe extollunt ⁊ lau
dant:⁊ noua ⁊ ſubtilia fari geſtiũt:⁊ ſuas opiniones ma⸗
gnificare:⁊ aliorũ deprimere ⁊ conculcare.nec patiuntur
ſibi ab aliquo cõtradici.⁊ oſtentant que ſciunt ⁊ neſciunt
⁊ que non intelligũt frequenter exponũt ⁊ ſimulant ſe in⸗
telligere.qđ prohibet Chalcedonenſe conciliũ.xviij.q.ij.
quidam monachorũ.Et contra illud quod dicit Ambro.
in li.de officijs:⁊ eſt.xj.q.iij.ſiquis vero.ibi. Quoniã veri⸗
tatis ea regula eſt:vt nihil facias cõmendandi cauſa tui
quo minor alius fiat.neq̃ ſi aliquid boni operis habeas:
id ad deformationem alterius ⁊ vituperationẽ exerceas.
Nam ⁊ aliorũ honores non debent eſſe alijs occaſio nocẽ
di.C.de ſtatuis ⁊ imagi.l.vlti. Nec aliquis debet appetere
per quod honor aliorũ imminuatur.xcix.di.nullus. Item

ſuperbia in loco.pſ̄.lxxiij. Superbia eorũ qui te oderunt
aſcendit ſemper.Et tales religioſi appetunt ad literã pri
mas cathedras in ſynagogis:⁊ primos accubit⁹ in cenis
Mat.xxiij.vbi Rabanus. Notandũ q̄ non ſalutari in fo⸗
ro⸗non primo ſedere vel diſcũbere vetat eos quibus hoc
officij ratione competit:ſed eos qui hec ſiue habita ſiue
non habita indebite amant:a fidelibus quaſi improbos
docet eos cauendos.De ſupbia pro loco vel in loco.xlviij.
di.§.j.cum.ij.c.ſe.ꝟ.elatio.Et ſuperbia ꝓprie diabolo attri
buitur.Luc.xiiij.Recũbe in nouiſſimo loco.¶ E Con⸗
tra hanc quadruplicem ſpeciem ſuperbie attende chriſti
quadruplicem humilitatẽ.Luc.ij. Inuenietis infantem.i.
non fantem⸗contra ſuperbiã in verbo. Pãnis inuolutum
contra ſuperbiã in ornatu. Et inuolutũ⸗contra ſuperbiã
in actu manuum vel inceſſu pedum. Poſitum in preſepio
contra ſuperbiã in loco.¶ F Item Greg. quadruplicẽ — Supbia quadru⸗plex.
ſuperbiam ponit principaliter in moralibus.Una eſt quũ
quis quod habet⸗a deo ſe habere non recognoſcit. cõtra
illud Ro.xj.Quis prior dedit illi:⁊ retribuetur ei:quoniã
ex ipſo⸗⁊ per ipſum⸗⁊ in ipſo ſunt omnia. Et.j.ad Corin.
iiij.Quid habes quod nõ accepiſti:Si autẽ accepiſti:q̄d
gloriaris quaſi non acceperis:Unus magn⁹ gradus hu
militatis eſt in homine⸗cognoſcere ſemp ſe eſſe contrariũ
bono ſuo.Ramus humilitatis ⁊ donũ eſt⸗reddere aliena
⁊ non ſibi appropriare ea.hoc eſt oĩa bona deo attribue⸗
re cuius ſunt:⁊ ſibi mala. Jac.j.Omne donum ⁊c.ij.q.j.q̄
pio.Beatus qui ſe habet vilem corã hominibus: ſicut ſe
vilem inuenit coram deo.Beatus qui ſe iudicat nunc: q:
non veniet in aliud iudicium.j.Cor.xj.de pe.di.j. iudicet.
Beat⁹ hõ q̄ ambulat fideliter ad iudicium ⁊ ad obediẽtiã
alterius.Hoc em̄ fecerunt apoſtoli etiã repleti iam ſpiri⸗
tuſancto.xxj.di.in nouo.xciij.di.qui cathedram.Qui vult
pacem ⁊ trãquillitatem habere:omnem hominem repu⸗
tet ſuperiorem ſuũ ⁊ dominum.Luc.xxij.Qui maior eſt in
vobis fiat ſicut minor. Idem Matthei.xx. Beat⁹ ille qui
non vult videri in ſuis verbis ⁊ moribus:niſi in illa com⸗
poſitione in qua diuina gratia cõpoſuit eum.Mat.vj.At
tendite ne iuſtitiã veſtrã faciatis coram hoibus vt videa⸗
mini ab eis.¶ Alia eſt quum quod habet boni tẽporalis
vel ſpiritualis⸗ſuis meritis ſe reputat habuiſſe.contra id
j.ad Cor.xv.Gratia dei ſum id quod ſum.Si autẽ gratia
iam non ex operibus:alioquin gratia iam non eſt gratia
Ad roma.xj.j.q.j.gratia.¶ Alia eſt quũ quis ſe iactat vel
reputat habere quod non habet.contra id Apoca.iij. Di⸗
cis q̄ diues ſum ⁊ locupletatus:⁊ nulli⁹ egeo: ⁊ neſcis q:
tu es miſer ⁊ miſerabilis ⁊ paup ⁊ cecus ⁊ nudus.¶ Alia
eſt quum quis nõ appetit q̄ aliquis habeat qđ ipſe habet
⁊ ſingulariter vult in omnibus apparere. Iſta eſt ſupbia
iſtius euangelici phariſei.Luce.xviij.qui aſcendit in tem⸗
plum⸗dicens. Non ſum ſicut ceteri hominum. Iſti inuidi
ſunt filij ſuperborũ.q: mater inuidie ſm Aug.ſupbia eſt.
vnde dicit. Tolle matrẽ: non erit filia.q: ſuperbus parẽ
non patitur.ſicut patet in lucifero.Eſa.xiiij.⁊ de pe.diſ.ij.
principium.Adde hic qđ ſcripſi.j.§.prox.ꝟ.j.¶ Joã.caſſi.
in.xij.li.de ſpiritu ſuperbie.Hui⁹ beſtie immanis ⁊ ſeuiſſi
me duo ſunt genera. Unũ quo ſpirituales viri.ſummiq̃
pulſantur.Aliud quo incipientes penitẽtiam carnaleſq̃
cõplectitur.Quemadmodũ vero hui⁹ morbi virus per⸗
nicioſiſſimũ deuitemus⸗inſtrui poterimus:ſi ruine ange
lice cauſas atq̃ originem proſequamur.Eſa.xiiij.Lucifer
namq̃ indutus diuina claritate⸗⁊ inter ceteras ſuperbas
virtutes cõditoris largitate prefulgens.de pe.diſt.ij.prin
cipium.⁊ ſplendorẽ ſapientie et virtutum plenitudinẽ q̄
ornabatur gratia conditoris nature ſue potentia nõ mu
nificentie illius beneficio ſe credidit obtinere. Et ob hoc
elatus tanq̃ qui ad perſeuerantiam puritatis huius di⸗
uino non egeret auxilio:deo ſe ſimilem iudicauit: vtpote
qui nullius indigeret.pſ̄.xv.Bonorum meorũ non indi⸗
ges.quemadmodum deus auxilio liberi ſcilicet arbitrij li
bertate confiſus per illam credens affluẽter ſibimet oĩa
ſuppeditari

ſuppeditari que ad conſummationē virtutum vel per/
ennitatē ſumme beatitudinis ptinerent. Hec ei ſola co/
gitatio facta ruina eſt. ob quā deſertus a deo quo ſe cre/
didit nō egere: inſtabilis repente ac nutabūdus effect⁹/
⁊ infirmitatem ꝓprie nature pſenſit: ⁊ beatitudinē qua
dei munere fruebatur amiſit. Et quia dilexit. ps. lj. ꝟba
precipitationis: quibus dixerat/ ſcʒ corde/ In celum con
ſcendam. ⁊ linguaʒ doloſam qua vel de ſe dixit. Eſa. xiiij.
Ero ſimilis altiſſimo. vel de Adā ⁊ Eua. Eritis ſicut dij.
Geñ. ij. ps. lj. deus deſtruet illum in finem. euellet eum. ⁊
emigrabit de tabernaculo ſuo: ⁊ radicem ſuam (ſupbos
charactere ſuperbie infectos. Apoca. xx.) de terra viuen
tium. Tunc ruinam eius iuſti videntes timebunt/ electi
⁊ boni angeli. de ꝯſe. diſt. j. hi duo. ⁊ ſuper eum ridebunt
dicentes. (Quod etiā ad hos qui ſine protectione ⁊ au/
xilio dei ſummū bonum perficere confidunt. xxiiij. q. iij.
quidam. ꝟ. pelagiani. ex de here. ad noſtrū. ꝟ. v. in clemē.
iuſtiſſime dirigetur.) Ecce homo qui nō poſuit deū ad/
iutorem ſuū. ſʒ ſperauit in multitudine diuitiarum ſua/
rum. ⁊ preualuit in vanitate ſua. ¶ G Contra hanc ſu/
perbiam Dauid ps. cxxx. Domine non eſt exaltatum cor
meū: neq; elati ſunt oculi mei. Neq; ambulaui ī magnis
neq; in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentie/
bam ⁊c. Et iterum. ps. c. Non habitabit in medio dom⁹
mee qui facit ſuperbiam. Iterum orat. Non veniat mihi
pes. ſcʒ affectus ſuperbie. ſciens quia deus ſuperbis reſi
ſtit. Iac. iiij. ⁊. j. Pe. v. Sed notādum quare ſingulariter
dicitur ꝙ deus ſuperbis reſiſtat. Alia namq; vitia vel in

Cur de⁹ reſiſtere dicat̃ ſu/pbis.

vnūquēq; delinquentium tantūmodo retorquentur. vel
in ſuos participes. i. in alios hoīes vident̃ admitti. Hoc
vero ꝓprie pertingit ad deum: ⁊ eum ſpecialiter dignuʒ
eſt habere contrariū. Item q: ſicut deus dicit/ Ego ſum
Exo. iij. Jo. viij. Ita oīs ſuperb⁹ dicit/ Ego ſum ſcʒ bon⁹
ſapiēs/ pulcher/ nobilis/ diues. Apoč. iij. ⁊ ſupra vbi alia.
⁊ ſic quodāmodo deum ſe facit. ſicut ſathan deo ſimileʒ
ſe eſſe voluit. Eſa. xiiij. Unde Ezech. xxviij. Dixiſti. Deus
ego ſum. ⁊ in cathedra dei ſedi. Hanc ſupbiam luciferi
chriſtus ſua humilitate curauit. Ille dicit/ in celū conſcē
dam. Eſa. xiiij. Iſte dicit. in ps. cxlij. Humiliata eſt in ter/
ra vita mea. Ille dicit/ Ero ſimilis altiſſimo. Iſte quū in
forma dei eſſet: ſemetipſum exinaniuit ⁊ humiliauit for/
mā ſerui accipiēs. Phil. ij. Ille dicit. Eſa. xiiij. Sup aſtra
dei exaltabo ſoliū meuʒ. Iſte dicit. Mat. xj. Diſcite a me
q: mitis ſum ⁊ humilis corde. Iſte dicit. Neſcio dominū:
⁊ iſrael nō dimitto. Exo. v. Iſte dicit/ Si dixero quia non
noui eū: ero ſimilis vobis mendax. Jo. viij. Quidam fra
ter ꝓbatiſſimo ſeni cōfeſſus eſt. vitio carnis ſe grauiſſi/
me impugnari. Nā ꝯtra vſum nature deſiderio patiēdi
magis ꝙ inferēdi ignominiā intolerabili eſtu libidinis
vrebatur. Uide qđ no. xxxij. q. vij. adulterij. in gloſ. ij. Cui
ſenior originē morbi preuidens grauiter ingemiſcēs ait.
Tā nequā ſpūi tradi te dñs nequaq̄ pmiſiſſet niſi aliq̄d
blaſphemaſſes in eum. qđ ille cōfeſſus eſt. ſcʒ in dei filiuʒ
ſe cogitatione impia blaſphemaſſe. ¶ H His indicijs

Indicia ſupbie.

ſupbia agnoſcitur. Ineſt primit⁹ in loquela eius clamor.
In taciturnitate amaritudo. Excelſus ⁊ effuſus in leti/
tia. Riſus irrationabilis. In ſerietate triſtitia. In reſpō
ſione rancor. Facilitas in ſermone. Uerba paſſim ſine vl
la cordis grauitate erumpentia. Expers patiētie. Incō/
paſſiuus. Audax ad cōtumelias irrogandas. Ad tolerā
dum puſillanimis. Ad obediendnʒ difficilis. niſi in quo
eum deſiderium ſuū voluntaſq; preuenerit. Ad recipien
dam exhortationē implacabilis. Ad reſecandas volūta/
tes infirmus. Ad ſuccūbenduʒ alijs duriſſimus. ſempq;
ſuas definitiones ſtatuere cōtendens: ipſe vero nequaq̄
cedere alterius acquieſcens. Et ita fit vt incapax cōſilij
ſalutaris effectus/ ſuo potius credat ꝙ iudicio ſeniorū.
Nullo modo poterit in aīa virtutum ſtructura conſurge
re: niſi prius iacta fuerint vere humilitatis in corde no/
ſtro fundamina: que firmiſſime collocata perfectionis ⁊
charitatis culmen valeant ſuſtinere. ita videlʒ vt primū
fratribus noſtris humilitatem veram intimo cordis ex/
hibeamus affectu: in nullo ſcʒ acquieſcentes eos contri/
ſtare vel ledere. qđ nullatenus poterim⁹ implere: niſi re/
nūtiatio vera/ que in expoliatione omniū facultatum ac
nuditate conſiſtit: in nobis fuerit chriſti amore fundata.
Deinde obedientie iugum et ſubiectio ſimplici corde ac
ſine vlla fuerit ſimulatione ſuſcepta. ita vt preter abba/
tis mandatum nulla penitus voluntas viuat in nobis.
Quod nō alius poterit obſeruare: niſi qui non ſolum ſe
mortuū huic mundo/ verum inſipientem iudicauerit ac
ſtultum vniuerſaq; que fuerint a ſenioribus imperata/
ſine vlla diſcretione perficiat ſacroſancta ea credens ac
diuinitus ꝓmulgata. huc uſq; Ioā. caſſ. ¶ Superbia eſt
timor animi repletus ſanie. Aduētum ſupbie xenodoxia
nuntiat. Ne dederis in ſupbiam animā tuam: ⁊ non vide
bis phantaſias horribiles. Anima ſupbi derelinquitur a
deo: ⁊ demonū efficitur gaudium. Per diem conturbat̃
cogitationū formidine. ⁊ vmbram auiū expaueſcit. Uox
folij ſuperbo fauorem incutit. Superbus monachus ar/
bor ſine radice: ⁊ non ſufferet impetus ventorum. Quā
do conſcenderis in virtutum culmina: tunc tibi cautela
plurima neceſſaria eſt. Qui em̄ in pauimento ceciderit:
velocius ſurgit. Qui vero ab alto corruet: mortis pericu
lum ſuſtinet. ¶ Egidius. Beatus qui abſcondit reue/
lationem dñi. quia nihil occultum qđ non reuelet deus
quū vult. Siquis eſſet ſanctior in hoc mundo: ⁊ reputa/
ret ſe viliorem de mūdo: in hoc eſſet humilitas. Humili/
tas neſcit loqui. ⁊ patientia nō audet loqui. Humilitas
mihi eſſe videtur quaſi fulgur. Sicut enim fulgur facit
percuſſiones terribiles: ⁊ poſtmodum nihil poteſt inue/
niri ex eo. ſic humilitas diſſipat omne peccatuʒ: ⁊ eſt ini/
mica oīs peccati: ⁊ facit homineʒ ſeipſum nihil reputari.
Per humilitatē inuenit homo gratiā coram deo ⁊ paceʒ
cum hoībus. Sicut em̄ ſi aliquis magnus vellet mittere
filium ad aliquē locuʒ: nō poneret eum ſuper equū indo
mitum iroſum ⁊ calcitroſum: ſed ſuper equū manſuetū
⁊ ſuauiter ambulantem. ſic deus nō ponit gratiam ſuaʒ
in ſuperbis: ſed humilibus. Chryſo. Humilis a nulla ca/
pitur paſſione. non ira hunc moleſtare poteſt. non glorie
cupido. non emulatio. non ʒelotypia. Aug. Pergite viā
pede humilitatis. Ipſe exaltat humiliter ſequentes: quē
deſcendere non piguit adiacentes. Aug. Alta flectuntur
⁊ vacua replentur. Nūquid qui humilibus dat gratiam:
humili aufert datam? Iaco. iiij. Ergo argumentū ſupbie
eſt ſubtractio gratie. in ps. xviij. Et emundabor a delicto
maximo. gloſ. i. ſuperbia. Eccli. x. Eſt odibilis coram deo
⁊ hominibus ſupbia. ⁊. j. Quid ſupbis terra ⁊ cinis? ⁊. j.
Initium ſupbie hoīs apoſtatare a deo. qm̄ ab eo qui fe/
cit illum receſſit cor eius. qm̄ initium oīs peccati eſt ſup/
bia. qui tenuerit illam adimplebitur maledictis. i. vitijs.
Interlinearis gloſ. dicit. De ſupbia naſcūtur ſchiſmata/
hereſes/ detractiones/ inuidia/ verboſitas/ iactantia/ cō/
tentiones ⁊ hmōi. Eſa. xxviij. Ue corone ſupbie effraym
Sap. v. Quid profuit nobis ſupbia? dicūt dānati. Eccli.
iij. Synagoge ſupboꝝ non erit ſanitas. Duriſſimū verbū
contra ſupbos/ ꝙ hoc vitium nō ſanatur. Uitium ſupbie
caput eſt ſerpentis antiqui. Geñ. iij. Ipſa conteret caput
tuuʒ. Serpens modica percuſſione capitis extinguitur.
Hiero. Lubricus eſt antiquus ſerpens. niſi capite tenea/
tur: totus ſtatim elabitur. Caput vitioꝝ ſuperbiam fuge
re debemus. de quo capite/ Non eſt caput nequius ſuper
caput colubri. Eccli. xxv. Extincto hoc capite facile alia vi
tia extinguūtur. Chryſo. Tolle hoc vitium/ vt nō velint
hoīes hoībus apparere: ⁊ ſine labore omnia vitia reſecā
tur. Dauid Goliath in fronte percutit ⁊ occidit. j. Regū
xvij. Et (ſic em̄ interpretatur Dauid/ manu fortis.) ſup/
biam extinguit. ⁊ iſrael. i. aīa videns deū liberat̃. ¶ Su/
perbia turris Babel eſt: que vult celum ꝓtingere. Geñ.
xj. quia ſupbia precipue celeſtes ⁊ ſpirituales ⁊ religio/

los impuguat. ⁊ magnam partem deijcit. ps. xc. Unde a
dextris cadunt decē milia. Superbia natione celeſtes im-
petit mentes. Et frater Jacobus tudertinus ait. Super-
bia in celis ſedet: humilitas in ſterquilinio. ſup illud ps
xviij. Si mei nō fuerint do. tunc imacu. ero. ⁊ emū. a deli.
maximo. Dicit glo. Uitium ſupbie vltimū redeuntibꝰ ad
dn̄m: ⁊ pꝛimū recedentibus. Alijs vitijs fugientibus ſu-
perbia in campo remanet: nō ceſſans ab impugnatione
hoīs quādiu viuit. Item ſuper pꝛe. ꝟ. Tunc imaculatus
ero. gloſ. Superbia eſt initiū ⁊ cauſa oīs peccati. qua qui
caret vere eſt imaculatus. Job penult. Ipſe eſt rex ſuper
omnes filios ſupbie. Gꝛego. Euidentiſſimū ſignū repꝛo
boꝝ ſuperbia eſt. humilitas electoꝝ. Quū ergo quis eaꝫ
habere cognoſcitur: ſub quo rege ſit vel militet inuenit.
Supbus imago diaboli eſt per ſimilitudinē ⁊ eius cha-
racterem poꝛtat. Apoc. xix. Gꝛego. Apoſtate angelo ho-
mo ſimilis efficitur: dum homo hoībus ſimilis eſſe dedi-
gnatur. Pꝛouerb. xiij. Inter ſupbos ſemper iurgia ſunt.
In ps. j. In cathedra peſtilentie non ſedit. gloſ. Peſtilen
tie eſt moꝛbus late peruagatus: quo pene oēs inuoluun
tur. hic eſt amoꝛ dominādi: quo vix caret aliquis. quoniā
pauci euadunt quibus libido dominādi nō dn̄et. Bern̄.
Foꝛnicatoꝛ ſemetipm̄ dehoneſtat. Iniurioſus pꝛoximuꝫ
moleſtat. Elatus quātum in ſe eſt deum inhonoꝛat. Glo-
riam meā alteri non dabo. Eſa. xlij. ait dn̄s. Et ſuperbus.
Et ego eam mihi etſi non dederis vſurpabo. Job. xxxj.
Oſculatus ſum manū meā oꝛe meo. q eſt iniquitas maxi
ma. quia victoꝛis ſui gratiā negare conuincit. ad Roma.
vij. Uictoꝛia aūt per Jeſum chꝛiſtuꝫ. quiſquis ſibi tribuit
qd̄ operatur. Item Gꝛeg. Quū omnia vitia a deo fugi-
ant: ſola ſupbia ſe deo opponit. Sup illud Job. xv. Pin-
gui ceruice armatꝰ eſt. Ceruix eſt opulenta ſupbia affluē
tibus rebus. Augu. Uermis diuitiarū ſuperbia eſt. Item
Gꝛeg. Quāto coꝛam hoībus eſt gloꝛioſioꝛ: tanto coꝛam
deo ⁊ angelis eius eris vilioꝛ. Amos. vj. Deteſtoꝛ ego ſu-
perbiā. Pꝛouerb. vj. Odit deus oculos ſublimes. Hugo
de ſancto victoꝛe. Supbia aufert mihi deum: inuidia pꝛo-
ximū: ira meipm̄. Gꝛeg. Pꝛopter magnū pctm̄ ſuperbie
deus humilis venit. Phil. ij. Iſte ingens moꝛbus aiaruꝫ
oīpotentem medicū de celo adduxit: vſqꝫ ad foꝛmā ſerui
humiliauit: cōtumelijs egit: ligno ſuſpendit: vt ſalute tā
te medicine curaretur hic tumoꝛ. Erubeſcat hō eſſe ſup-
bus: ꝓpter qd̄ factus eſt humilis deus. Eſa. v. Humilia-
bitur vir: ⁊ oculi ſublimium depꝛimentur. Hiere. lj. Ecce
ego ad te mons peſtifer. Abdi. j. Si exaltatus fueris ⁊c.
ps. xxx. Retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.
¶ I Cadit per ſupbiā lucifer de celo. Eſa. xiiij. xvj. q. ij.
viſis. xl. di. quelibet. Adā de paradiſo. xl. diſt. p. c. quelibet.
⁊. c. adam. de pe. di. ij. §. romanos. ꝟ. adam. ⁊. ꝟ. item ſine
charitate. ⁊. c. quō. c. pnceps. c. qm̄. Saul de regno. j. Reg.
xv. de pe. di. ij. fugerat. Cayn a dei gr̄a. q: ſuperbus pctm̄
noluit cōfiteri. Gen̄. iiij. de pe. di. j. §. ex his. ꝟ. cayn quoqꝫ
⁊. c. ſerpens. Roboam pꝛiuatur decem tribubus. qui ait.
Minimus digitus meus groſſioꝛ eſt doꝛſo patris mei.
iij. Reg. xij. vij. q. j. deniqꝫ. Sennacherib punit. Eſa. xxxiij.
Supbia tua aſcendit ⁊c. Nabuchodonoſoꝛ. Daniel. v. de
pe. diſ. j. §. ex his. ꝟ. nabuchodonoſoꝛ quoqꝫ. c. quēobꝛem.
Et Holofernes. Judith. vj. ⁊. xiiij. ⁊. xv. Et Aman. Heſter
vij. Antiochus. ij. Macha. ix. Phariſeus. Luce. xviij. Pe-
trus pꝛeſumens. Matth. xxvj. l. di. fidelioꝛ. Pꝛouerb. xv.
Abominatio dn̄i eſt oīs arrogans. Sap. iiij. Dirūpet deꝰ
inflatos. Super illud. j. Macha. vj. de Eleazaro elephā-
tem interficiente. ⁊ ab eo oppꝛeſſus eſt. gloſ. Sub hoſte
quē occidit/ moꝛitur: qui de culpa quā ſuperat/ eleuatur.
Gꝛego. Ualde male diiudicant: qui ad mercedem eoꝛuꝫ
ſufficere humanos fauoꝛes putāt. Itē. Quū ꝓ bono ope
laus trāſitoꝛia qrit: res eterna retributiōe digna vili pꝛe
cio vendit. Job. xviij. Cōſumat bꝛachia ipſiꝰ pmogenita
moꝛs. gloſ. ibi pmogenita moꝛs eſt ſupbia initiū oīs pcti
gloſ. ſup illud Jo. vj. Hec eſt volūtas eiꝰ. De tumētibꝰ pe-
rit. de puſillis nihil. Eccli. iij. Synagoge ſuperboꝛū non
erit ſanitas. Job. xvj. Cūctis diebꝰ vite ſue ſupbit impiꝰ.
Aug. Nemo inſanabilioꝛ eo qui ſibi ſanus videt. Bern̄.
Scio lōge eſſe a ſalute membꝛū quod obſtupuit: ⁊ egrū
ſe non ſentientem periculoſius laboꝛare. Seneca. Ideo
ad ſanitatem difficulter ꝑuenimus: q: nos egrotare ne-
ſcimus. Supbus nō videt. Aug. Tumoꝛ claudebat ocu-
los meos. ⁊ ideo non timet. Timoꝛ dn̄i ſanctus oēm tu-
moꝛem expellit. ⁊ cuſtodit oīa illa bona que nō poſſunt
dici nec cogitari. qd̄ donū quia magnū eſt paucis datuꝫ
eſt. Qui nō timet: oſtendit ſe nō habere quod perdit. Ti-
moꝛ dei regit homies: ⁊ facit eos venire in gratiam dei.
quā ſi homo habet: timoꝛ dei conſeruat eam. ⁊ ſi non ha
bet: facit ad eam ꝑuenire. Omnes creature que cecide-
rūt/ nunꝙ̄ cecidiſſent: ſi h donū habuiſſent. Eccli. xxxvij.
Si non in timoꝛe dei firmaueris te inſtanter: cito ſubuer
tetur domus tua. Hoc ſanctū donū nō eſt niſi ſanctoꝝ et
ſanctarū. ⁊ qn̄ aliquis eſt magis gratioſus: magis eſt hu
milis ⁊ timoꝛatus. ¶ L Species ſupbie due ſunt. Una
eſt interioꝛ: altera exterioꝛ. Interioꝛ in ſuperbiam intelle
ctus ⁊ ſupbiam affectus diuiditur. Supbia intellectꝰ Supbie ſpēs.
quatuoꝛ habet ſpecies. Pꝛima laboꝛant philoſophi dicē-
tes. ps. xj. Labia noſtra a nobis ſunt. quis noſter dominꝰ
eſt? Secunda ingrati. quia putant ſe habere bona pꝛo
meritis. Bern̄. Exaggera queuis merita: ⁊ extolle ſudo-
res. ps. lxij. Melioꝛ eſt miſericoꝛdia dn̄i ſup vitas. Con-
tra hanc Paulus. j. ad Coꝛ. xv. Gꝛatia dei ſum id quod
ſum. ⁊ ſupꝛa dixi. ⁊ ps. cij. Qui coꝛonat te in miſericoꝛdia
⁊ miſeratiōibus. Tertia q̊ magnꝰ eſt ⁊ magnū ſe repu-
tat. qd̄ eſt maxima in intellectu ſuperbia. qd̄ apparet per
cōtrariam eius virtutem. De qua Bern̄. Magna eſt ⁊ ca
ra ⁊ rara virtus ꝑfecto mirabilem te apparere: ⁊ contē-
ptibilem reputare. ego hoc ceteris virtutibus mirabiliꝰ
iudico. Et iterum idem. Magna pꝛoꝛſus ⁊ rara virtus
humilitas honoꝛata. Et Chꝛyſo. Hoc vere magnū ⁊ mira
bile eſt: ſi is qui vere magnus eſt/ nihil de ſe magna ſen-
tit aut loquitur: ſed omniū ſe vltimuꝫ iudicat. Pꝛouerb.
xxvj. Uidiſti hoīem ſapientē ſibi videri: magis illo habe-
bit ſpem ſtultus. Et talis deo ingratiſſimus eſt. q: de ſuo
beneficio gloꝛiatur. Bern̄. Nūquid perit quod datur in-
grato? Quarta ſpecies eſt ꝙ talis nō vult ſibi parem vi
dere: ſed ſolus ſuper oēs ſedere. Adde hic quod ſcripſi ſu
pꝛa in. §. pꝛimo. ꝟ. Item Gꝛeg. De hoc Hieronymus lo-
quens cōtra pꝛelatos. Dn̄ici patrimonij dāna conquiri-
tis: dum ſoli vultis in eccleſijs potentari. Non ſic Abꝛaā.
Gen̄. xviij. Loquar ad dn̄m quū ſim puluis ⁊ cinis. Ubi
Gꝛeg. Aperte cernimus in quo loco ſe poſuerat: q̊ ſe pul
uerem ⁊ cinerem etiam quū loqueretur dn̄o eſtimabat.
Qua ergo pena feriendi ſunt: qui ad ſumma nō pꝛofici-
unt: ⁊ de infimis ſe extollunt. Bern̄. Noli te cōparare ma
ioꝛibus: noli minoꝛibus: noli alicui: noli vni. Qui enim
ſcis an minus ille cuius vitam ſceleratiſſimā ac ſingula-
riter fetidam hoꝛres/ ⁊ ꝓpterea ſpernis: melioꝛ te in ſe q̄-
dem futurus ſit: in deo vero iam ſit? Recūbe ergo in loco
nouiſſimo. Luce. xiiij. Idem. In anima non eſt timenda
quātalibet humiliatio. Hoꝛrenda autem nimiūqꝫ pauē-
da vel minima pꝛeſumpta erectio. ſicuti ſiquis ingredit
per oſtium baſſum: nō eſt periculum quātumcūqꝫ ſe incli
nauerit. nocet autem plurimū: ſi plus ꝙ̄ menſura oſtij pa
titur te erexeris ⁊ impingas ⁊ conquaſſato capite colli-
daris. Bern̄. Phariſeus exufflauit miſericoꝛdiam/ dum
diſſimulauit miſeriam. Luce. xviij. Item Bern̄. Nolo vt
nuſꝙ̄ arbitreris lucere ſolem cōmunem: niſi in cella tua.
nuſꝙ̄ eſſe ſerenū: niſi penes te. nuſꝙ̄ operari gratiā dei:
niſi in ꝯſcientia tua. Malo te cogitare vbiqꝫ eſſe ſerenū
niſi apud te: ⁊ peius de te ꝙ̄ de alio eſtimare. Sup illud
Matth. v. Qui autē dixerit fatue ⁊c. gloſ. Non modicus
furoꝛ eſt quē deus ſapiētie ſale cōdiuit infatuatū dicere:
⁊ ſalienti deo derogare. Item Bern̄. Qui ꝑfecte examī-
nando ſemetipm̄ intelligit: ſuo pctō nullius pctm̄ exiſti-

mat maius: quod nō fuit ſuū intellexit. ¶ Timēda etiā eſt ſuperbia in affectu. Unde ⁊ dñs diſtulit incarnari: vt preſumptio ceſſaret humana: que nec naturalem nec ſcriptam legem per ſe poterat adimplere. Propter hoc etiā deus aliquoties permittit aliquos cadere in aliqđ mortale: vt non preſumant. Aug. Audeo dicere ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod mortale apertum peccatū. vnde ſibi diſpliceāt: qui ſibi iam placēdo ceciderūt. Salubrius em̄ Petrus quādo fleuit ſibi diſplicuit: q̄ placuit quum preſumpſit. Ad hoc. l. di. conſiderandum. ⁊. c. fidelior. Itē Augu. ſuper ps. xxx. Infirmata eſt in paupertate virtus mea ⁊c. Non firmaretur (inquit) niſi īfirmaretur. Multos impedit a firmitate preſumptio firmitatis. Itē Grego. Dauid cadente nemo ſuperbiat. j. q. vij. ſiquis omnez. de pe. di. iij. ille rex. ¶ L De ſpeciebus p̄ſumptiōis. Una eſt quū aliq̄s preſumit quod alij non preſumūt. vt in opinionibus/in conſcientia/⁊ in audacia extreme vite/in ħ infirmo tempore ⁊ carnali/aggrediens perfectorū ſemitas de egypto. qui fuerunt gigantes: nos vero locuſte. Numeri. xiij. in fi. Alia ſpecies/quādo aliquis cōfidit et p̄ſumit de viribus ſuis vel ſciētia vel amicis. Hiere. xvij. Maledictus homo qui cōfidit in hoīe ⁊c. Eſa. xxxvj. Ecce ꝯfidis ſuper baculum ⁊c. xxiij. q. iij. §. j. Tertia/quādo aliquis p̄ſumit de victoria/qui adhuc eſt ī bello. iij. Reg. xx. Non glorietur accinctus ⁊c. Et vocat gloſ. accinctum illum qui adhuc eſt in armis ⁊ in acie. diſcinctum vero: q̄ victor eſt ⁊ arma depoſuit. Et ideo dixit quidā pater fratri dicenti ſe mortuū. Et ſi tu mortuus es: diabolus mortuus nō eſt. Greg. Quis vero tute poteſt laudari: qui et de preterito meminit ſe habere qđ doleat: ⁊ de futuro videt ſibi ſupeſſe quod timeat? Alia quādo quis de perfectione preſumit: qui adhuc in inchoatione eſt. ps. lxxvj. et dixi nūc. Greg. Si a bonis inchoatis nolumus laſſeſcere: neceſſe eſt vt ſemp̄ credamus nos ichoare. Alia quū de pctō preſumit exire quum voluerit. Eccli. xxix. Repromiſſio nequiſſima multos perdit. De ſuperbia exteriori que apparet in ipſo corpore hoīs/in equis/in ornatu/in amplitudine familie/in cōuiuijs/in edificijs/in vtenſilibus/⁊ libris deauratis/require in ſumma de vitijs. ⁊ tetigi ſupra in defectib⁹ prelatorū in iſta parte. ij. in. §. ſeptima. in p̄n. ⁊ in fi. ⁊ in. §. nūc autem. ℣. offendunt. ar. xvj. et tangam inferius. ¶ Eſt autez ſuperbia membrorū/oris/colli/oculorū/pedum/⁊ manuū. De ſuperbia oris ps. xj. Diſperdet domin⁹ vniuerſa labia doloſa ⁊ linguam magniloquā. Prouer. xiiij. In ore ſtulti virga ſuperbie. xlvj. di. c. j. de pe. di. ij. ſi em̄ inquit. poſt. v. colum. ℣. hi ſunt fontes. ibi. Superbia em̄ vanitatis loquūtur. ⁊. j. Totus eorum ſermo ſuperbia eſt. De extollentia oculorū. Eccli. xxiij. Extollentiam oculorū meorū ne dederis mihi. Prouerb. vj. Odit deus oculos ſublimes. De ſuperbia ceruicis vel colli Iob. xv. Cucurrit aduerſus deum extento collo. ps. cxxviij. Dñs iuſtus concidet ceruices peccatorū.

De ſuperbia ceterorū membrorū Eſa. ij. Pro eo q̄ eleuate ſunt filie ſion: ⁊ ambulauerūt extento collo: ⁊ nutib⁹ oculorū ibant: ⁊ plaudebant ⁊ ambulabāt pedibus ſuis: ⁊ compoſito gradu incedebāt. ¶ Narrat Io. caſ. in lib. coll. collatione. j. Sereni de ſpūalibus nequitijs/q̄ ſunt quidam demones dicti cacubi hoīes inficientes: vt nunc ſe erigant quodam inani tumore ſupra proceritatem ſui corporis: nunc vero ſe velut accliues ⁊ humiles ſubmittant. Qui vero demones ſupra gentem vanigloriosam Hiſpanam ſupra ceteras nationes: que de ſordibus barbe ⁊ capitis ⁊ manuū ⁊ vnguiū gloriatur: plenū dñium acceperunt. qui cōmuniter a talibus demonibus agitati p̄ſertim eorū nobiles nūc caput inclinant. nunc eleuāt: oculos trans celum leuant. xxxvij. di. nōne. nūc in terram defigunt: neminē recte vix inſpicientes. cum medio ſancto ore: vix loquelā pronūtiātes. pedes obliquāt peruia: nō facientes greſſus rectos. cōtra id. xlix. diſ. c. ij. ℣. claudus. totos ſe torquēt ſiue eq̄tātes. ſiue peditātes. brachia nuda etiā mulierculę nobiles extendūt. man⁹ ad latus pōnūt. tibias ſup̄ alias tibias vel genua ponūt diſcriminati ⁊ incompti. ⁊ quidam compti nimis compti ⁊ comati incedunt: capillaturam ⁊ ligaturā in ea ſicut mulierculę facientes: ⁊ pannos longos per luta ducentes: lendes et pediculos in ceſarie ⁊ barbis habentes. Contra apoſtolum. j. ad Cor. xj. Uir quidem ſi comam nutriat: ignominia eſt illi. ab vna parte ſciſſa tunica latus aperte portātes: ſtercus in capite/⁊ aurū in pedibus baiulantes: brachia vſq̄ ad cubitum diſcooperta habentes. aliqui ex laſciuia camiſijs nō vtentes: ſotulares deauratos cum roſtris longis ⁊ recuruis habentes: foderaturas mantellorum ſiue de vario ſiue de pellibus albis cuniculorū ſupra latus ſiniſtrū cubiti hoībus oſtendentes: caudas retro in capillis ⁊ barbis ⁊ manicis habētes: capillos barbarum diuidentes ⁊ complectentes: ⁊ alijs abſq̄ numero geſticulationibus corporeis ⁊ actibus ſup̄bie ⁊ vane glorie abutentes: ⁊c in ſuis peſſimis moribus et vitijs gloriantes. Contra quos Iaco. iiij. Nūc autem exultatis in ſup̄bijs veſtris. Et poeta. Gloria peccati nulla petēda tibi. ex. de exceſ. p̄la. quā ſit. ¶ Contra ſuperbiam eorum ſcz qui vix alios dignātur reſpicere rectis oculis: multū debet homo timere a ſuperbia ſua ne p̄cipitet ipſuz. Caue ſemp̄ a teipſo. Non eſt p̄fecta ſecuritas hoī: dum eſt inter inimicos ſuos. Inimicus vero eſt caro noſtra ⁊ ſup̄bia noſtra. ⁊ ipſam cum demonibus ſemp̄ eſt aduerſaria anime noſtre. Maiorem ergo timorem debet homo hr̄e de ſuperbia ſua: ne precipitet eum q̄ de re alia mūdi. Impoſſibile eſt q̄ homo poſſit ad gratiam dei p̄uenire ſine ſancto timore ⁊ humilitate. quā ſiquis nō habet: ſignuz eſt pereundi. Adde hic qđ ſcripſi. j. in ar. lxxxiiij. in. §. ſunt autem. ℣. frater egidius. Hic timor ⁊ humilitas facit flectere caput vſq̄ ad terram ſub iugo obedientie. ⁊ quāto quis plus timet ⁊ humilis eſt: plus orat. Magnū autem eſt cui datur gratia orationis que ipſam fouet humilitatem. Opera autem hoīs quantūcūq̄ videantur magna nō ſunt ſ̄m eſtimationē hoīs: ſed ſ̄m eſtimationem dei: ⁊ ideo ſemp̄ timēdum eſt. ⁊ caput coram deo humiliandū. Totum meritum ex humilitate filia charitatis procedit. Greg. Superbia in oculis p̄ncipatur ſpecialiter. ⁊ p̄ma ſibi corrūpit humani generis membra: que initiū eſt oīs peccati. Eccli. x. Prouerb. xxx. Generatio cui⁹ excelſi ſunt oculi. ¶ M Contra ſup̄biam ornatuū ⁊ veſtium. Eccli. xj. In veſtitu ne glorieris vnq̄. j. ad Timo. ij. Similiter ⁊ mulieres in habitu ornato cū verecūdia/⁊ ſobrietate ornantes ſe: non in tortis crinibus/aut auro/aut margaritis/vel veſte precioſa. gloſ. Mulieres dicit ornari in habitu ornato. i. cum religione ornante eas. Uult em̄ ap̄ſ eas eſſe ornatas virtutibus. ⁊ cum verecūdia vultus. vt nō ſint attrite frontis: vt meretrices. nec tortis crinib⁹. i. criſpis illis tortis auro ⁊ margaritis. Itez. j. Pe. i ij. ibi. Quarū nō ſit extrinſec⁹ capillatura aut circūdatio auri aut indumenti veſtimentorū cultus ⁊c. gloſ. Serico ⁊ purpura indute chriſtum videre nō poſſunt. Auro ⁊ margaritis ⁊ monilib⁹ ornate ornamenta cordis ⁊ pectoris p̄diderunt. Or ſi petrus admonet mulieres coercendas et moderandas: que excuſare poſſunt cultus ſuos per maritos. ar. de ꝯſe. diſt. v. c. fucare. quāto magis id obſeruare nefas eſt virginem cui nulla ornatus ſui competit venia. Luce. xvj. Homo quidam erat diues qui induebatur purpura ⁊ byſſo. gloſ. iterlinearis. Hoc nō niſi ad inanē gloriam. Grego. in homi. Nemo veſtimenta precioſa niſi ad inanem gloriam querit. ⁊ vt honorabilior ceteris videatur. ⁊ q̄ ꝑ ſola inani gloria fiat res teſtatur: q: nemo vult precioſis veſtibus vti vel indui vbi a nemine poſſit videri. Indutus erat Ioānes pilis camelorū. Matth. iij. vbi Greg. Niſi cultus precioſus in culpa eſſet: non tam ſignanter diceretur q̄ diues īdutus purpura torquetur apud inferos. Et Ioānes indutus erat pilis camelorū. Deus p̄mis parentibus tunicas pelliceas fecit. Gen. iij.

Margin notes: Preſumptionis ſpēs. — Hiſpanorū ianis gl'iola. — Veſtiū luxus arguitur.

non ſericeas. de pe.diſt.j.adam poſt culpam. poſt.c.ſi eat. vbi dicit Ambro.de adam eiecto de paradiſo. Statim tunica veſtiuit eum/ſcʒ deus/pellicea nõ ſericea.Aug. Fateor de precioſa veſte erubeſco. Job.xv.Saccum conſui. Jone.iij. Niniuite ⁊ rex veſtiti ſunt ſaccis. Et Achab rex indutus eſt cilitio ⁊ ſacco.de pe.diſt.iij.achab rex.Ueſtis velamen eſt exterius.virtutes velamina ſunt anime. de peni.diſt.ij.§.romanos.c.ſapiens. ⁊.§. vt cognouerunt. ſup illud Jo.vj.Et eū qui venit ad me nõ eijciam foras. gloſ.Supbus meretur foras eijci:qui nihil habet de bono interiore.Joã.viij. Si ego glorifico meipſum: gloria mea nihil eſt.Bern̄.Inueniūt curioſi quo delectentur: ⁊ non inueniūt miſeri quo ſatientur.Cum periculo aīe ſue acquirunt vnde oculos hominū paſcunt.Aug. Ecce oīa pulchra ſunt cum impijs: ⁊ ipſi ſunt turpes.¶ Accidit ꝙ cuidam regi pbs in barbam expuit.quē cum miniſtri regis vellent occidere:prohibuit rex. ⁊ queſiuit ab eo q̄re hoc feciſſet.qui reſpondit.ꝙ quū alia loca purpura ornata eſſent:nõ inuenit locum turpiorē vbi ſpueret.Quod rex audiens cõpunctus eſt.Bern̄.Ois purpura illuſionis eſt/poſtꝙ in ea dño illuſum eſt.Jo.xviij.Apocal.xvij. Mulier circūdata erat purpura.Eſa.iij.Decaluabit dominus verticem filiarū ſion: ⁊ dñs crinem earum nudabit. In die illa auferet dñs ornamētum calciamentoꝝ et lunulas.Lunula eſt genus monilīū.ꝑprie ſunt auree bulle dependentes ad ſimilitudinē lune. vnde lunulatus lunulis ornatus.Huguitio.Et torques.i.ligamentum tortum/aureus circulus circa colluʒ a collo vſqʒ ad pectus deſcendens.ſic dictus quia ſicut tortus. ⁊ eſt ornamentū virorū.vnde torquatus torque ornatus.Hug.Et monilia.Monile vel munile eſt ornamētū pectoris mulieris. nõ hiſpanarū immūdarum:quarū plurime maxime plebeie diſcooperiūt pectus ⁊ vbera.q: muniat pect⁹ mulierum:ne leccatores poſſint immittere manū in ſinū earū. Hug.Et armillas.i.torques.brachiale dextrochirium.⁊ ſunt ꝑprie viroꝝ ab armoꝝ virtute collate.Hug. Et mitras.Mitra eſt pileum phrygium caput protegens. q̄le eſt ornamentū capitis deuotarum.Sed pileū virorū eſt. mitra feminarū.Uel etiam mitra eſt epiſcopoꝝ. ex̄ de priuil.vt apſice.li.vj.Hug. Et diſcriminalia. Diſcriminalia ſunt q̄bus crines diuiſi religantur.q: caput a viro diſcernāt vel crines inter ſe.Et perichelides.Perichelis.idis. eſt ornamentū mulierum circa brachia vel potius circa crura:quo greſſus earū ornatur.Et murenulas.Murena vel murenula dicitur ornamentū feminarū. quod ſcʒ auri metallo laſciuia quadam inflexi ordinis contexitur in ſimilitudinē murene ſerpentis.qđ ad colluʒ ornandū aptatur. interdum auri et argenti contexitur virgulis. Hug.Olfactoriola. Olfactoriū eſt vas vnguentarium muliebre:in quo odoramenta geſtantur.⁊ inde olfactoriolum diminutiuū. Et inaures. hec inauris.i.annulus qui i aure pforata olim geſtabatur.Et nūc etiā in hiſpania maxime in frontaria a multis dñabus portatur chriſtianis.ſed plus a mulieribus ſaracenoꝝ ⁊ iudeoruʒ. Et ſindones. Sindon vocatur lineū amictoriū feminaruʒ: quo humeri teguntur.de ꝯſe.diſt.j.nemo.Et pallia.Pallium eſt quo miniſtrantiū ſcapule teguntur. ne dum miniſtrant impediti currant.Et linteamina.de conſe.diſt.j. nemo.⁊.di.ij.ſi per negligentiā.Linteum.i.velum.⁊ inde hoc linteamen qđ in lecto ſternitur. Et theriſtra. Theriſtrum eſt quoddam genus muliebris veſtis ſubtilis eſtiualis ⁊ ſtricte viſui peruia. Therias em̄ eſtas đr. ¶ Cõtra talem vanā gloriam veſtium.Chryſo. Formoſum eſt apparere.formoſius eſt eſſe. Item Matth.xj.Qui molli bus veſtiuntur: in domibus regum ſunt.xxj.q.iiij.c.j.vbi Greg.in homil. Nemo autē exiſtimet in luxu atqʒ ſtudio precioſarū veſtium pctm̄ deeſſe.q: ſi hoc culpa non eſſet: nullo modo Joannem dñs de veſtimenti ſui aſperitate laudaſſet.Et nequaꝙ Petrus feminas a precioſarū veſtium appetitu compeſceret.j.Pe.iij.dicēs. Non in veſte precioſa.⁊ Matth.iij. Joãnes indutus erat de pilis cameloꝝ.gloſ. Seruus dei nõ debet habere veſtimentū ad decorem vel ad delectationē:ſed tm̄ ad tegumentū nuditatis. Contra veſtium ſingularitatem ⁊ extraneitatem. Sopho.j.Uiſitabo ſup omnes qui induti ſunt veſte peregrina. Contra multitudinem ⁊ magnitudinē veſtiū. Matth.xxiij.ibi. Magnificant fimbrias. Hoc faciūt hodie nobiles mulieres: ⁊ quidam vanigloriofi hiſpani: q̄ brachia nuda habent: ⁊ pãnos longos portant per lutuʒ ſupra eorū ſuppara diabolus equitat:ſicut quidā ſanct⁹ vidit.vnde verſus.

Suppara longa gere ſi vis os omne tacere.

Contra multitudinē veſtium.Jaco.v.ibi.Ueſtimēta veſtra a tineis comeſta ſunt.iiij.Regū.v.de decem mutatorijs Naaman.Bern̄.Clamant nudi.clamant famelici.et conquerūtur nobis dicentes. Fame ⁊ frigore miſerabiliter laboramus.Quid cõferunt tot mutatoria veſtiū.vel extenſa in particis vel plicata in māticis. Matth.x. ibi. Neqʒ duas tunicas.Hierony.In duabus tunicis duplex mihi videtur innuere veſtimētum.nõ ꝙ in locis Scythie ⁊ glaciali niue rigentibus vna quis tunica debeat eſſe cõtentus:ſed ꝙ in tunica veſtimētuʒ intelligamus.ne alio veſtiri aliud nobis futuroꝝ timore reſeruemus. In qua precioſitate veſtium ⁊ ſupfluitate multitudine multi religioſi noſtri tēporis multum offendunt: ꝯtra eorum ſtatum ⁊ regulam.nam excepto colore/de meliori panno ſe induūt quo poſſunt.quū tm̄ ſm̄ Chryſo. veſtis chriſti de vili panno fuerit more veſtium Paleſtine. Longiſſimos habit⁹ ſub colore honeſtatis ⁊ cappas ⁊ tunicas deferūt.⁊ capitia vſqʒ ad nates.vt q̄ magis eſt capitiat⁹: magis ſe reputet. Artificioſe ⁊ curioſe ſutas veſtes deferūt ad mundi decorem.Aliqui inter eos ſingulares ⁊ nimis ſtrictas ⁊ curtas:mūdum ſimiliter aucupantes.quia nõ eſt ſpūs in veſtibus/maxime focijs ⁊ eiuſdem profeſſionis viris ſcandalum facientibus. Contra quos.xlj.diſt. quiſquis.⁊.c.parſimoniā.ex̄ de vi.⁊ ho.cle.deus.¶ Contra que oīa Jo.caſſi.in.j.lib.de inſtitutis monachoꝝ egyptioꝝ ait.Sic veſtis ſit monachi que corpus cõtegat tm̄: ac repellat verecundiam nuditatis: ⁊ frigoris retundat iniuriā:nõ que ſemina vanitatis aut elationis enutriat. iuxta apſm.ij.Timo.vj.xij.q.j.ep̄s.Habentes autem alimenta ⁊ operimēta his cõtenti ſimus.i.que corpus operiant tm̄:nõ que amictus gloria blandiantur. Ita vilia aut nulla coloris vel habit⁹ nobilitate inter ceteros hui⁹ ꝓpoſiti viros habeant inſignia:ita a ſtudioſis accurationibus aliena: vt nullis prorſus ſint affectatis per icuriā ſordibus decolorata. Poſtremo ſic a mūdi hui⁹ ſeparentur ornatu:vt cultui ſeruoꝝ dei in oībus cõmunia pſeuerent.quicq̄d inter famulos dei p̄ſumitur ab vno vel paucis:nec catholice per om̄e corpus fraternitatis tenetur: aut ſuperfluū aut elatum eſt: ⁊ ob id noxiū iudicanduʒ: magis vanitatis ſpeciem ꝙ virtutis oſtētans. Huc uſqʒ Jo.caſſ.Ad hoc optime facit pre.c.quiſquis. Et Aug.ad Januariū.xij.diſt.illa. Sic ⁊ tu ad quācūqʒ forte eccleſiā veneris: eius morē ſerua:ſi cuiꝙ nõ vis eſſe ſcandalum: nec quēꝙ tibi.facit ex̄ de ſta.mo.recolentes.¶ Item cõcilīū Martini pape.Uictu tm̄ ⁊ tegumēto his ꝯtenti ſimus.x.q.ij.ep̄s. Item in concilio antiocheno.xij.q.j.ep̄s. tractū de apſo.j.ad Timo.vj.ibi. Habentes autē alimenta ⁊ q̄bus tegamur his ꝯtenti ſimus. Item in chordis ⁊ cingulis eſt etiā nedū ſecularīū ſed etiā multoꝝ religioſoꝝ xenodoxia.quū Helias theſbytes zona pellicea ⁊ Joannes p̄curſor dñi vterentur.iiij.Reg.j.⁊ Matth.iij.Et Franciſcus apſicus funē ſumpſit groſſum aſperū ⁊ curtum vſqʒ ad genua.Sed hodie fratres ſui longā chordā vſqʒ ad terrā lineā albam delicatam ⁊ ſubtilē multis nodulis ꝯtextam portāt:in ea ſicut in alijs ſuis veſtib⁹ delicatis lõgis ⁊ amplis inaniter gloriātes.q: qđ ꝓuidit pater eoꝝ ad mūdi ꝯtemptum ⁊ ſanctā vtilitatē: ipſi traxerūt ad vanitatē.ꝯ id ex̄ de excep.pia.j.m̄.li.vj.xlv.di.licet.

¶ Item vana gloria in colore pannoꝝ. Unde et clericis
ꝓhibetur color rubeus ⁊ viridis: ⁊ veſtis virgata ⁊ par
tita. ex de vi. ⁊ hone. cle. clerici.ij. ⁊ in clemen.e.c. qm̄ qui
abiectis. Color autē candidus aptus eſt religioſis mo-
nachis albis ⁊ clericis. Unde Sap.vij. Candor eſt lucis
eterne. Bern. Candor eſt lucis ſapientia. ⁊ candidā opꝫ
eſſe animā in qua ipſe ſedere elegerit. ⁊ veſtimenta eius
facta ſunt alba ſicut nix. Mat.xvij. Mar.ix. ⁊ Luce.ix. Et
angelus apparuit coopertus ſtola candida. Mar.vlti.
ſimile Matth.vlti. qui color ſanctitatem deſignat: inno-
centiā/⁊ puritatem. de cōſe.diſt.iiij. poſt baptiſmū.xxx.q.
v.femine. Et ꝙ ꝙ Benedict⁹ dicat in regula/Monachi
non diſputent de colore. intelligo de honeſto nigro albo
vel griſeo. Bene em̄ habent diſputare ⁊ cauere de inho
neſto colore. vt iuribus pre. ¶ Superbia etiā in capillis
que maxime eſt in mulierib⁹. Eſa.iij. Decalcabit dn̄s ⁊c.
Accidit Pariſius in generali proceſſione ꝙ ſimia cuidā
dn̄e peplum abſtulit corā oībus cum adulterinis crini
bus quos deferebat. que remāſit turpis ⁊ decaluata. Ca
pilli aūt mulieribus pro velamine dati ſunt. nō ꝓ gloria
j.ad Coꝝ.xj.gloſ. Ad hoc habet velamen mulier: vt ſe reā
agnoſcat ⁊ ſubditam.xxxiij.q.v.mulier. De ſupbia in cri-
nibus Abſalon in quibus quercui adheſit.ij.Regū.xiiij.
vbi dr̄ ꝙ capilli capitis ſui ponderabāt.cc.ſiclis pondere
publico. ⁊.xviij. de quercu. Genuēſes ⁊ Veneti ⁊ Catha
lani gloriātur in eis.j.ad Timo.ij. Non in tortis crinib⁹.
glo. Superbus habitus nō impetrat nec recta facit de ſe
credi. Legitur de germano beati Bernardi fratre in cla-
raualle/ꝙ noluit videre ſororem nobilem ſuā ornatam:
dicens ꝙ erat rete diaboli. que in verbis contrita fuit:
dicens/ꝙ parata erat facere quicqd ſanct⁹ Bernardus
germanus eius mandaret: ad quā veniens mādauit ei
vt nunꝙ ſupbum habitū portaret. que ita mutata eſt. vt
hoīes inde mirarentur. ¶ De ſupbia lecti. Amos.vj. Ve
qui dormitis in lectis eburneis. Lectus chriſti vbi cubuit
crux eſt. ibi cubat: ibi dormit in meridie. ſm Bern. Can.j.
Aug. Lectū ſuū dimiſit chriſtus diſcipulis ſuis. quicūꝙ
vult cum illo iacere ⁊ quieſcere: in lecto iſto moriatur/in
cruce. Eſa.xiiij. Subtus te ſternetur tinea ⁊c. gloſ. interli
nearis ſupple quū prius haberes pallia auro gemmiſꝙ
diſtincta. Qui modo nō ſuſtinent pulicem: quō tūc ſuſti-
nebunt vermē immortalem? Eſa.vlti. Mar.ix. Vermis
eoꝝ non morietur. Non tamen erunt in inferno vermes
materiales: ſꝫ vermes conſcientie/dānatos in perpetuū
cruciātes. de qbus legitur Eſa.lxvj. ⁊ Bern. Nō metuat
Equorū affluētia — vermem qui nō moritur: cui mortuus eſt vermis: vnde il
le morit? ¶ De ſuperbia in multitudine equoꝝ ⁊ eoꝝ ap
paratu. Deutero.xvij. dr̄ de rege. Non multiplicabit ſibi
equos. ⁊ Zacha.x.ibi. Et poſuit eos quaſi equos glorie
ſue in bello. ⁊.j. Et confundentur aſcenſores equorum.
Et.xij. Percutiam omnem equū in ſtuporem: ⁊ aſcenſo-
rem eius in amentia. gloſ. Ut qui viderint percuſſos: ſtu
peant. ⁊ aſcenſores pre ſui magnitudine periculi vertan
tur in amentiam. Eſa.xxxj. Ve qui deſcendunt in egyptū
ad auxilium in equis ſperantes. In aſina aſcendit Hie-
ruſalem dn̄s. Zacha.ix. Matth.xxj. Marci.xj. Luce.xix. ⁊
Jo.xij. Chryſo. Vis cognoſcere manſuetudinem venien
tis? conſidera ſpeciem aduentus eius. Non ſedet in cur-
ru auro purpura fulgenti. nec aſcēdit ſup feruidū equū
diſcordie amatorem. non habet in circūitu ſplendentes
gladios aut ornamenta terribilia armoꝝ: ſed ramos flo
rentes/teſtimonia virtutis ⁊ pietatis. ¶ In feſto palma
rum quū quidam magnus archiepiſcopus de Francia
in ſua eccleſia predicaſſet de iſta aſina in qua illa die dn̄s
equitaret: ⁊ finito officio rediens domum equitaret ma
gnum ⁊ groſſum ⁊ pulchrum palafredum: quedam pau
percula vetula arripiens frenū eius dixit ei. Dn̄e: erat ne
talis aſina quā chriſtus equitauit ſicut iſte equ⁹ veſter?
At archieps erubuit: ⁊ receſſit. mente pertractans quia
incepit Jeſus facere ⁊ docere. Actuū.j. ⁊ Jo.xiij. ibi. Exē-
plum em̄ dedi vobis. Et ſm Grego. Magis mouent fa-
cta ꝙ verba. Ad hoc. viij.q.j. vereor. cum.ij.c.ſeq. Bern.
Intolerabilis eſt impudicitie vbi ſeſe exinaniuit maie-
ſtas. impletur vermiculus ⁊ tumeſcit. Eſa.xxx. dicūt ma-
li. Ad equos cōfugiemus. ideo fugietis. ⁊ ſuper veloces
aſcendemus. ideo velociores erunt qui perſequētur vos.
ps.xix. Hi in currib⁹ ⁊ hi in equis. ¶ De ſupbia i familia
multa. Eccl'ſ.v. Ubi multe ſunt opes: multi ⁊ qui come- — Amplitudo familie.
dent eas. Iſta fuit ſuperbia Dauid populum numeran-
tis.ij.Reg.vlti. Et gladius dn̄i deſeuit in populū. Unde
Gratianus. Qui de numeroſitate ſue gentis ſuperbiuit:
iure in eius diminutione punitus eſt.j.q.iiij.§.his ita.ṽ.
Item dauid. quia in multitudine populi dignitas regis:
⁊ in paucitate plebis ignominia principis. Prouer.xiiij.
⁊ pre.ṽ. Item dauid. Seneca. Mel muſce ſequūtur. lupi
cadauera. frumēta formice. predam ſequitur turba iſta:
non hominē. Aug. In vnū amatores temporalium fece-
runt ea membra ſua. vnde ſolent dicere ſe comedi: quū
bona eoꝝ comedūtur. iuxta illud ps.lxxviij. Quia com-
ederunt Jacob. ¶ De ſupbia cōuiuioꝝ. In hoc apparet — Cōuiuiorū apparatus.
ꝙ magni ⁊ diuites inuitantur: ⁊ pauperes relinquūtur.
contra illud Luce.xiiij. Quū facis prandium aut cenam:
noli vocare amicos tuos ⁊c. ⁊.j. Uoca pauperes ⁊c. Se-
neca. Non magno conſtat nobis: ſed ambitio. Heſter.j.
Bibebant autem qui inuitati erāt poculis aureis. Luce
xvj. Et epulabatur quotidie ſplendide. Splendor iſte at
tenditur circa fercula artificialiter preparata: circa vaſa
aurea ⁊ argentea: circa ſupellectilia candida: circa ſup-
flua luminaria: ⁊ circa ſeruorū miniſteria. Eccl'ſ.ij. ibi.
Cyphos ⁊ vrceolos. ¶ De lautis cōuiuijs.xxxv.di. eccle-
ſie pncipes.xliiij.di. comeſſationes. Eſa.v. de peni.di.ij. ſi
em̄. vltra.v.colum.ṽ.petrus.ibi. Et ſuadent in luxuria ci-
borum. Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanum ⁊ tibia ⁊ vinū in cō-
uiuijs veſtris. ¶ De ſuperbia edificioꝝ. Eſa.v. Ve qui cō — Supba domorū ſtructura.
iungitis domū ad domū. Hiere.xxij. Qui dicit. Edifica-
bo mihi domū latam ⁊ cenacula ſpacioſa. Qui aperit ſi-
bi feneſtras ⁊ facit laquearia cedrina: pingitꝙ ſynopide.
gloſ.i. chriſti ſanguine. Nūquid regnabis: quoniā confers
te cedro? Item ibidem. Ve qui edificat domum ſuam in
iniuſtitia: ⁊ cenacula ſua nō in iudicio. Amos.v. Deteſtor
ego ſuperbiam Jacob: ⁊ domos eius odi. ⁊.j. Percutiet
domum maiorem in ruinis. facit.xij.q.ij. gloria.ṽ. multi.
Chriſtus in preſepi ⁊ in ſtalla iacet. Luce.ij. quia in diuer
ſorio iacuit vt doceat nos in hoc mūdo diuerſoria nō pa
laria fabricare. Philoſophus. Cōmorandi nobis natu-
ra diuerſorium: nō habitandi dedit. Et Chryſo. In luteo
preſepi chriſtus ponitur: nō auro nec argento. aurum et
argentum imitetur gētilitas: chriſtianitas illud preſepe
luteum.xij.q.ij. gloria.ṽ. multi. Sancti antiqui in cauer-
nis terre habitabant. Hebre.x. ⁊ in caſulis. Heb.xj. ¶ Le
gitur de eremita qui habebat hoſpitiolum ad modum
ſepulcri. ⁊ quū imperator ad eum veniens queſiſſet cur
hoſpitiolum ſuum cōmenſuraſſet ſepulcro ſui corporis.
reſpondidit. Sufficit h̄ hoi mortuo. ⁊ addidit. Melius
proſilitur in celū de tugurio ꝙ de palatio. Unde Hiero.
de paula. Nolebat (inquit) in his lapidibus mortuis ex-
penſas ponere. ſed in viuis lapidibus.i. pauperibus. ex
quibus magni regiſ ciuitas extruitur. Abachuc.ij. Lapis
de pariete ⁊c. Hiero. Sic edificant quidam quaſi ſemp
victuri. ſic autem comedunt ⁊ bibunt quaſi cras moritu
ri. dicentes/Bibamus ⁊ comedam⁹: cras em̄ moriemur.
de peni.diſt.ij. ſi em̄. vltra.v.colum.ṽ.petrus.ij. Coꝝ.xiiij.
Eccl'ſ.v. Eſa.xxij. Amos.iij. Percutiam domū eſtiualē.
Matth.xxiiij. Et accedunt ad eum diſcipuli eius. vt oſtē
derent ei edificationes templi. Ipſe autem reſpondens
dixit eis. Uidetis hec omnia? Amen dico vobis: nō relin-
quetur lapis ſuper lapidem: qui non deſtruatur. Amos
iij. Percutiam domū hyemalem. Hiero. loquēs de Hila-
rione. Eſtus ⁊ pluuias breui tuguriūculo declinauit: qđ
iunco ⁊ cortice texerat. extructa deinceps breui cellula al

titudine pedum quatuoꝛ/latitudine pedum q̄nq̃/longitudine paulo amplioꝛe ꝙ̄ eius coꝛpuſculum patiebatur. vt ſepulcrū potius ꝙ̄ domū crederes.⁊.j. Erat autē cellula nō plus menſure per quadrum tenens ꝙ̄ homo doꝛmiēs extendi poterat. Narrat Jo. caſſ.in collatione Jſaac de oꝛatione ꝙ quidam patrū vidit diabolum adiuuātem ⁊ inflāmantem quēdam fratrem circa ſupflua edificia occupatum. ⁊ ſupꝛa poſui in.c.lxiiij.in.§.adhuc perita.ꝟ.contra tales. ¶ Quātum autem excedant religioſi mendicantes circa curioſitatem ⁊ multiplicitatem ⁊ ſumptuoſitatem edificioꝝ: totus mundus eſtis/eſt. ⁊ decretalis de verbo.ſig. Exiui de paradiſo.lib.vj.§.hinc eſt. Jpſi em̄ qui mūdo moꝛtui ſunt.xvj.q.j.placuit.potius deberent ſepulcra q̄rere ꝙ̄ palatia.vt ꝓxime dixi. Bern. Uideo:qḋ non ſine magno laboꝛe videri debet:quoſdaꝫ poſt aggreſſam chꝛiſti militiam rurſum ſecularibus implicari negotijs:rurſus terrenis cupiditatibꝰ immergi: cum magna diligentia erigere muros:negligere moꝛes. Si dicant clauſtrales ꝙ in hoc condeſcendūt infirmitati hoīm ⁊ deuotioni eoꝝ: audiant beatuꝫ Bernardū dicentem. Qui dicunt admittantur animales: ſuſcipiātur in beniuolentia charitatis: poꝛtentur in oī patientia benignitatis.ſed qui eis cōpatiuntur non eis confoꝛment: nec ſic querant eoꝝ pꝛofectum vt ꝓpter eos cogātur incurrere ꝓpoſiti rigoꝛis in religione defectum. Multi hominū magis veniūt ad eccleſiam vt delectentur et admirentur pulchꝛa edificia ⁊ imagines: ꝙ̄ vt coꝛrigāt vitia. Uidentur adoꝛare lapides ⁊ coloꝛes:ſed nō mutant pꝛauos moꝛes. Aurum trahit aurum.politus lapis lapides pꝛecioſos trahit. Magis offertur reliquijs deauratis ꝙ̄ pānoſis. Sed ait Ambꝛo.cōtra templa deaurata. Auruꝫ ſacramenta nō querunt: nec auro placent que auro non emūtur:oꝛnatus ſacroꝝ redemptio captiuoꝝ eſt. xij.q.ij. aurum. Et iunge hic qḋ ſcripſi.j.in.§.⁊ pꝛimū.in.ꝟ.quartum ⁊c.in ar.lxxvij. Jterū ſi dicant religioſi pulchꝛitudines domoꝝ eſſe neceſſarias ad recreationē. ex de ꝟb.ſig. exiui.§.licet nō.lib.vj. Reſpondeo ꝙ veri ſpūales ⁊ viri potius deberent delectari in cōſpectu celi ⁊ delectatione ſiderum ꝙ̄ terre.⁊ potius admirari opera dei ꝙ̄ hoīm.vt dixit beata Catharina ad Maxētiuꝫ ceſarem. Miraris hoc templum manu artificum fabꝛicatum:miraris oꝛnamenta pꝛecioſa ⁊ vario opere cōparata: q̄ velut puluis ante faciem venti erunt. mirare potius celum ⁊ terrā et omnia que in eis ſunt.mirare oꝛnamenta celi/ſolem ſcꝫ ⁊ lunam ⁊ ſtellas ⁊c. Legit̃ de beato Bernardo ꝙ vbertim fleuerit quū vidit tuguriola paſtoꝝ tecta cilitio ſimilia caſulis ciſtertienſium antiquoꝝ:qui tunc incipiebant habitare in magnis edificijs. Beatus Franciſcus ait in teſtamento ſuo. Caueant ſibi fratres vt eccleſias ⁊ habitacula paupercula ⁊ oīa alia que ꝑ ipſis cōſtruūtur penitus non recipiant:niſi eſſent ſicut decet ſanctā paupertatem quā in regula ꝓmiſimus/ſemꝑ ibi hoſpitantes ſicut aduene ⁊ peregrini. Et ſicut legitur in legenda ſua antiqua/mandabat fieri domūculas fratrum de lignis ⁊ luto. Jpſe in ꝑſona ſua aſcendit diruere domū quā fecerat cōmune aſſiſij in ſancta Maria de poꝛtinacula:q: ſibi curioſa videbatur. Dicebat autem/Ubi chꝛiſtus manebat: quādo in deſerto ieiunabat? Matth.iiij.⁊ Luc.iiij. Quū quidam frater deuotus in quodaꝫ eremitoꝛio ſibi quādam cellam feciſſet de lignis leuigatis ⁊ dolatis ⁊ paratis pulchꝛe: noluit eam intrare ſanctus Franciſcus: niſi pꝛius ille frater illos aſſeres remouiſſet: ⁊ eam de ramis arboꝝ ⁊ ſcopis cooperuiſſet. Magna pars edificioꝛum religioſoꝝ mendicantiū de mā mona iniquitatis ad literam cōſtructa ſunt. Luce.xvj.ſcꝫ de vſuris ⁊ rapinis. Unde poſſet eas ꝓpꝛie diabolus tāꝙ̄ ſibi debita quodāmodo vendicare. Citius em̄ vſurarij dant fratribus ꝓ edificijs mille libꝛas:ꝙ̄ reſtituant vnū denarium creditoꝛi:vexante eos xenodoria ⁊ timoꝛe religioſoꝝ. ¶ Contra ſuperbiam edificioꝝ.xxxij.di.hoſpitioluꝫ tuū/diminutiuū.i. modicum. xxxv.diſt.eccleſie pꝛincipes.ibi. Ejiciendi ſunt ſpatioſis domibus.xij.q.ij.gloꝛia.ꝟ. Multi edificant parietes:⁊ colūnas eccleſie ſubtrahunt. marmoꝛa nitent. auro ſplendent laquearia. gemmis altare diſtinguitur. miniſtroꝝ chꝛiſti nulla eſt electio. Eccleſia ſancti angeli in monte gargano antrum eſt ⁊ inculta cripta.ſicut vidi. potius ferarū ꝙ̄ hominū habitatio. agēte hoc deo. ſicut in ſua legenda dicit̃. Qui non in marmoꝛibus nec in edificijs:ſed minoꝛibus delectatur.hū Chꝛyſo. ¶ De ſuperbia in libꝛis ⁊ clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ deauratis ⁊ hiſtoꝛiatis ⁊ ſericeis pannis ⁊ argento coopertis dolendum eſt. *Librorū copia* Non habitat in auro ſciētia. quia nec ei cōparatur aurū nec lapis pꝛecioſus. Sap.vij. Humilibus reuelatur dei ſcientia. Matth.xj. Prouer.xj. Ubi humilitas:ibi ſapientia.ij.Timo.iiij. Affer tecuꝫ libꝛos.maxime aūt membꝛanas. Libꝛos pulchꝛos non audent fratres cōmodare:nec in eis ſtudere:ſed clauſos eos tenent in ſuis ſtudijs quatuoꝛ fibulis clauſos:⁊ pannis ꝓcioſis coopertos ex ſupbia ⁊ auaritia.quāto plures habent:tanto communiter minus ſciūt.multos legunt: ⁊ nullum applicant memorie.⁊ qui plures habet ſermones: cōmuniter peius ꝓdicat.quia Pluribus intētus minoꝛ eſt ad ſingula ſenſus. ar.xvj.q.j.pꝛeſbyteros.de cle.coīu.diuerſis.q: curioſoꝛuꝫ eſt multa legere ⁊ pauca retinere. Realiū viroꝝ ē pauca legere: ⁊ illa memoꝛie applicare: ⁊ ea coꝛdi alligare.ar. de conſe.di.v.nūꝙ̄.in pn. Uanitas ſecularium in curribꝰ ⁊ in equis:religioſoꝝ in libꝛis. Jta quis pōt i libꝛis ſicut in auro inaniter delectari. Mutatio rei non mutat affectum. Non eſt differentia in metallis:ſed in animis. Sic poteſt quis coꝛrūpi auaritia in libꝛo ſicut in auro. vt in coll. Danielis ab. ⁊ ſupꝛa dixi in iſta parte.ij. ¶ Superbia cantus. Greg. Dum blanda vox queritur: ſobꝛia vita deſeritur.xcij.di.in ſancta. Aug. Quoties me delectat plus cantus ꝙ̄ vox que canitur: toties me peccare penaliter cōfiteoꝛ. Poteſt dici ꝙ ſicut fractos veſtibus/ſic fractos vocibus nō recipimus.xlj.di.parſimoniā. Exo.xxxij. Uocem cantantiū ego audio. Quūꝙ veniſſet ad caſtra: vidit Moyſes vitulum ⁊ choꝛos. Jn vitulo quod eſt aīal laſciuū/laſciuia intelligitur. Unde cantus odoꝛantiū vitulus eſt cantus frangentium vocem ad laſciuiā. cantare autem ad compunctionem audientium bonū eſt.xxj. diſt.c.j.ꝟ.pſalmiſte. Contra tales cantꝰ apl'us ad Eph.v. Cantantes ⁊ pſallentes deo in coꝛdibus veſtris.xcij.di. cantantes.ibi Hiero. Deo nō voce ſed coꝛde cantanduꝫ. nec in tragediarū modum guttur ⁊ fauces medicamine liniende ſunt:vt in eccleſia theatrales moduli audiant̃ ⁊ cantica. Cantus autem ob deuotionem nō diſſolutionem in eccleſia dei oꝛdinatus eſt. Unde ⁊ in eccleſia dei officium eſt pꝛecentoꝛis ⁊ ſuccentoꝛis.xxj.di.c.j.ꝟ. pꝛecentoꝛ. Uix in oꝛdine vidi bonum cantoꝛem:q̄n eſſet incarceratus ꝓpter imunditiā.q: blanda ⁊ dulcis vox ſtimulos carnis incitat.ar.e.di.c.in ſctā.alẽ.ꝟ.ꝓximo. ¶

ITem ſuperbia quādoꝙ oꝛitur ex bonis nature. Bona auteꝫ nature quedā ſunt coꝛpoꝛis. quedā anime. quedā foꝛtune. quedam gratie. Coꝛpoꝛis:ſunt ſanitas/foꝛtitudo/pulchꝛitudo/nobilitas/libertas. *Nature bona.* Bona vero naturalia aīe:ſunt rectitudo ingenij/tenax memoꝛia/intellectus acutus/exercitium ſpūalium/naturalis diſpoſitio ad virtutes ſeu virtus naturalis. Bona vero foꝛtune: ſunt diuitie/delicie/dignitates/laus ſeu gloꝛia ⁊ gratia humana. Bona gratie:ſunt ſcientie dona ⁊ virtutes. De oībus his poteſt naſci ſupbia.cōtra quā.j.Macha.ij. Gloꝛia peccatoꝛis ſtercus ⁊ vermis.hodie extollitur:cras non inuenit̃. Sap.v. Quid nobis pꝛofuit ſuperbia.aut quid diuitiarū iactantia contulit nobis? ¶ Contra ſuperbiā ſanitatis. Jaco. iiij. Que eſt vita veſtra? vapoꝛ eſt ad modicum parens. *Bona corꝑis valitudo.* Job.xiiij. Hō natus de muliere bꝛeui viuēs tempoꝛe ⁊c. Grego. Ecce ſancti viri vocibus pena hominū bꝛeuiter

eſt expꝛeſſa.quia ⁊ anguſtatur ad vitam: ⁊ dilatatur ad miſeriam. Si enim ſubtiliter ꝯſideretur: omne quod hic agitur pena ⁊ miſeria eſt. Ipſi em̄ coꝛruptioni carnis ſeruire ad neceſſaria atq; conceſſa/miſeria eſt.vt contra frigus veſtimenta:contra famem alimenta:contra eſtū frigus requiritur. Q multa cautela cuſtodit: coꝛpoꝛis ſalus:q̄ cuſtodita amittitur:amiſſa cū graui doloꝛe reperitur:tamen reperta in dubio ſemꝑ eſt:quid aliud hec/q̄ terrene vite miſeria eſt? Item Bern. Homo natus de muliere.⁊ hoc cum reatu.bꝛeui viuens tempoꝛe.idq; cū metu.repletur multis miſerijs.⁊ id cum fletu.⁊ nature multis.quia coꝛpoꝛis ⁊ anime ſimul.

Neruoſitas. ¶ De foꝛtitudine coꝛpoꝛis fatuū eſt ſuꝑbire. Job.vj. Nec foꝛtitudo lapidum foꝛtitudo mea: nec caro mea enea eſt.imo homo fragilioꝛ vitro. Aug. Quid fragilius vaſe vitreo: ⁊ tamen ſi ſeruatur:durat ꝑ ſecula. licz em̄ caſus timeatur: ſenect⁹ ⁊ febꝛis non timetur,nos fragilioꝛes ⁊ debilioꝛes ſumus et infirmioꝛes.quia caſus.ex̄ de cōmo.c.j.⁊ de depo.c.ij.oēs qui nō ceſſant in rebus humanis: ob fragilitatez noſtrā quotidie foꝛmidamus.⁊ ſi ipſi caſus nō accidant: tēpus ambulat. Vitat homo ictuz.nūquid vitat exitum? Vitat que extrinſecus adueniūt.nūquid que intus naſcūtur? Poſtremo q̄uis hoī parcatur: nouiſſima ſenectus quū venerit/nō eſt q̄ differatur. Hiere.xvij. Maledictus homo qui ponit carnem bꝛachium ſuū.i.qui confidit in roboꝛe coꝛpoꝛis.quod eſt fragile ⁊ infirmū. Foꝛtitudinem Saſonis meretrix Dalila eneruauit. Judic.xvj. Abachuc iij. Dn̄s foꝛtitudo mea.ps.xvij. Diligam te dn̄e foꝛtitudo mea.

Formoſitas. ¶ De pulchꝛitudine ſuꝑbire quis audet:quū coꝛp⁹ ſit quoddam ſepulcrum? Augu. Coꝛpus peccatoꝛis aīe moꝛtue eſt ſepulcrum. Job.x. Qui quaſi flos egreditur ⁊ conteritur. Eſa.xl. Omnis gloꝛia eius quaſi flos agri. Pꝛouerb.vlti. Vana eſt pulchꝛitudo.

Nobilitas. ¶ Vanū eſt ſuperbire de nobilitate.oēs ex adam pꝛoceſſimus.xxxiij.q.v.c.vlti. Malach.ij. Nūquid nō pater vnus? omnes fratres ſumus: ⁊ vnus pater qui eſt in celis. Matth.xxiij. Hiero. contra Heluidiū. Omnes autem homines affectu fratres dici poſſunt.quod in duo diuidit.⁊ in ſpirituale ⁊ cōmune. In ſpūale:quia omnes chꝛiſtiani fratres vocant. Poꝛro in cōmune:quia om̄es homines ex vno patre nati pari inter nos germanitate cōiungimur. Itē Chꝛyſo. In mūdo enim q̄uis homo hominem generet.lvj.di.naſci.tn̄ vnus eſt pater qui omnes. Matth.vj. ⁊.xxj.xxviij.q.j.omnibus.⁊.c.ſi femina.creauit. Non em̄ initium vite habemus ex parentibus:ſed tranſitum vite per eos accipimus.ad hoc.lvj.diſt.vnicuiq;.⁊.c.naſci. Et domin⁹ Jeſus chꝛiſtus naſci voluit nō ſolum ex alienigenis:ſz etiaz adulterinis cōiunctionib⁹.vt de Raab meretrice ⁊ Berſabee vxoꝛe Vrie.lvj.diſ.dn̄s noſter. Nobilitas ſm Aug. nihil aliud eſt q̄ pꝛobitas ⁊ antique diuitie. Item idem. Quid eſt ſeruus aut libertinus? nomina ex ambitione vel iniuria nata.quia quilibet naturaliter liber.xxxv.di.ſexto die. Item neminem regem niſi ex ſeruis oꝛiundum eſſe:neminem ſeruū niſi ex regibus dicit Plato. Omnia illa longa varietas miſcuit:⁊ ſurſum ⁊ deoꝛſum foꝛtuna verſauit. Job.xvij. Putredini dixi.pater me⁹ es tu. Qđ hominibus altum eſt:abominatio eſt apud deum. Luce xvj. Seneca. Quis eſt generoſus? Bene ad virtutem aīa compoſitus. Tullius. Hic liber exiſtimandus eſt:q̄ nulli turpitudini ſeruit. q: qui facit pct̄m:ſeruus eſt pcti. Joā.viij. Sapiens. De illa nobilitate gloꝛieris que filios dei ⁊ coheredes facit. Tunc ille nobilitatem ſuam integram ſeruare ſe putet:ſi dedignetur ſeruire vitijs: ⁊ ab illis ſuperari.a quibus qui ſuperatur:coꝝ. Jo.viij.⁊ ſeruus eſt. Bern. An non ſeruus:cui dn̄atur iniquitas? Itaq; oīs q̄ deo non ſeruit:ignobilis eſt.j.Reg.ij. Qui contēnūt me: erūt ignobiles.

Vere nobilitatis indicia ſeptem. ¶ P Signa vere nobilitatꝭ ſeptē ſunt. Pꝛimuz eſt liberalitas. ex de dona.c.j. verſus. Dedecus eſt ſemꝑ ſumere:nilq; dare.q: beatius eſt dare q̄ accipere. Actuū.xx.xvj.q.j.pꝛedicatoꝛ.ex̄ de cele.miſ.cū marthe.§.j. Magiſter Alanus qui legebat apud montēpeſſulanū requiſitus a vicinis militibus que eſſet maioꝛ curialitas:reſpondit q̄ dare curialiſſimū erat. cui omnes cōſenſerunt. Ipſe vero dixit eis vt habito conſilio dicerent ei que eſſet maioꝛ ruſticitas.qui nō valentes in vnū conſentire:reuerſi ſunt ad eum dicentes q̄ non poterant cōcoꝛdare.quos increpans ait. Ego poſueram vos in via per quā poſſetis queſtionem ſoluere. ſi em̄ dare curialiſſimū ⁊ nobiliſſimū eſt: auferre (quod eſt cōtrarium) ruſticiſſimū ⁊ viliſſimū eſt. Unde vos qui inceſſanter aufertis a pauperib⁹:ruſticiſſimi eſtis. ¶ Secūdum/gratitudo ſiue recognitio.⁊ econuerſo irrecognitio ⁊ ingratitudo. peccatū contra naturam ingratitudo eſt.ff.de peti.here.ſed ⁊ ſi lege.§.conſuluit.legitur ⁊ no.ex̄ de teſta.cū in officijs.ſignum maxime ruſticitatis eſt. Sapiens. Nobilis animi eſt beneficia recoꝛdari. ignaui/beneficij obliuiſci. Unde ingrati manumiſſi tanq̄ ignobiles in ſeruitutem reuocātur.xij.q.ij.liberti.⁊.c.octaua.vbi de hoc.ex̄ de donatio.c.fi. Unde patet q̄ illi qui dicunt ſe nobiles: perſequentes deū q̄ eos in hac vita exaltauit: ruſticiſſimi ſunt ⁊ deo ingrati. Ingratitudo ſm Bern. eſt anime ꝑditio: virtutum exinanitio:virtutū perditio:beneficioꝝ peremptio:hoſtis gratie:perſecutrix iuſtitie.ipſa eſt vent⁹ vrēs: que pietatis fontem miſericoꝛdie venam ⁊ gratie fluēta deſiccat. Per hanc dandum impedit.datum tollit. Sap.xvj. Ingrati ſpes tanq̄ hybernalis glacies tabeſcet: et diſperiet tanq̄ aqua ſuperuacua. ¶ Tertiū eſt manſuetudo ⁊ miſericoꝛdia in ſubiectis. Seneca. Nullus magis ex oībus regem ⁊ pꝛincipem q̄ clementia. Pꝛouer.xx.in fi. Miſericoꝛdia ⁊ veritas cuſtodiunt regem. ⁊ roboꝛabit clementia thꝛonus eius.decet. In ſignū manſuetudinis vnguntur reges chꝛiſtiani.ex̄ de ſacra vnc.c.vnico. Sapiens pꝛīcipem habens decoꝛem poteſtatis ſue iuxta poſſibilitatem ſuā debet imitari. In hoc aūt maxime imitatur:ſi nihil iudicat.q: miſereri pcioſi⁹. Et lex. Nihil aliud tā peculiare eſt imperialis maieſtatis q̄ humanitas, per quā ſola dei ſeruatur imitatio. C.de dona.inter vi. ⁊ vxo.l.fi. A cōtrario crudelitas in ſubditos ſignū eſt maxime ruſticitatis. Pꝛouerb.xxx. Per tria mouetur terra.⁊.j.ꝑ ſeruū quū regnauerit.i.crudelem. ¶ Quartum eſt ſtrenuitas ſiue virilitas in eos qui repugnant. In ſignū huius datur enſis militi nouo.quo vti debet in hoſtes dei ⁊ reipublice:non in ſubditos pacificos ⁊ obedientes.xxiij.q.v.miles.⁊.q.viij.vt pꝛidem. De ꝓbitate iſta ⁊ virilitate ⁊ debita gladij executione.xxiij.q.iiij.ſicut.cum.c.ſeq. Ecōtrario multi ſuam ſtrenuitatem impiam cōtra deum ⁊ eccleſias ⁊ ꝑſonales humiles ⁊ ſubiectas exercent:ſimiles impio diabolo ⁊ crudeli. contra illud.xxiij.q.v.regum.⁊.c.adminiſtratoꝛes. ¶ Quintū eſt timere oppꝛobꝛium ſeruitutis ꝑditionis vel alicui⁹ turpitudinis. Sed multi qui nobiles dicuntur:nō timent peſſimā ſeruitutē peccatoꝛum. Joā.viij.vitioꝝ vel demonū: qui ſeruiūt viliſſimis membꝛis.que ſeruitus fetidioꝛ eſt q̄ ſeruitiuz lepꝛoſoꝛum. Nec erubeſcunt pꝛodere ⁊ impugnare deū:a quo omnia poſſident.cuius expenſis viuūt. ex quo patet eos eſſe nō nobiles ſed ruſticos ⁊ pꝛoditoꝛes. Vera em̄ nobilitas fidelis eſt deo ⁊ hoībus. ⁊ nullus ignobilioꝛ q̄ ꝓditoꝛ.ad hoc.xcvj.diſ.ſi imperatoꝛ.ij.q.vij.non poteſt. Non poteſt erga homines eſſe fidelis qui deo extiterit infidelis.xxij.q.v.de foꝛma. ¶ Sextum ſignum eſt coꝛdis magnitudo:qua quis modica contēnit: ⁊ maxima appetit. Econtrario magna ruſticitas eſt amoꝛem ſuū in modicis ponere: ⁊ magna negligere.vt pꝫ in miſero milite.q̄ amoꝛem ſuū ponit in viliſſima meretrice:vel terra modica violenter occupata per eū:contēpto amoꝛe chꝛiſti regis nobiliſſimi ⁊ hereditatis eterne. Nō ſic Dauid dicēs. Quid em̄ mihi eſt in celo: ⁊ a te quid volui ſuper terram?

Dicebat frater Egidius ſocius beati Franciſci. Ille eſt diues:qui imitatur diuitem. Ille eſt ſapiens: qui imitatur ſapientem. Ille eſt bonus; qui imitatur bonum. Ille eſt

pulcher: qui imitatur pulchꝛum. Ille eſt nobilis: qui imitatur nobilem dñm Jeſum chꝛiſtum ⁊ dominũ deum noſtrũ. ¶ Septimũ eſt erubeſcentia: maxime a vitijs ⁊ peccatis. Eccli. xlj. Erubeſcite a patre ⁊ a matre de fornicatione. Nobilitas carnis ſolet eſſe bonis ſtimulus pꝛobitatis. Unde Hiero. Nobilitas quadã neceſſitate adſtringit hoiem: ne a maioꝝ pꝛobitate degeneret. Aug. Nobilitas ſola eſt animũ que moꝛibus oꝛnat. Quũ quidã pater tentaretur a muliere de turpitudine: ait ei pater. Cõmiſceamus nos hic in via. Dixit ei mulier. Quõ poſſemꝰ pꝛopter tranſeuntiũ erubeſcentiã? Dixit ei pater. Si homines erubeſcis de vitio: multo potius deum pꝛeſentem omnia contuentem. Sap. j. erubeſcere debes. Amb. Verecũdia ingenuos pꝛodit natales. lxxxvj. di. nõ ſatis. ℣. cõſideranda. Conſtantinus. Vincere hoſtes virtus eſt populoꝝ. vincere vitia virtus eſt animoꝝ. ¶ O. Vera nobilitas chꝛiſtiana eſt. Pꝛimo quia ſumus filij dei. ⁊ hoc ꝑ creationem. Actuũ. xvij. xxix. q. vlti. omnibus. Ipſius enim ⁊ genus ſumꝰ. Eſa. lxiiij. Tu dñe pater noſter es: nos vero lutum. tu fictoꝛ noſter: ⁊ opera manuũ tuaruʒ omnes nos. Et in hoc ſumus eiꝰ filij chari. Secũdo per grãm adoptionis. Uñ. j. Jo. iij. in pn. Videte qualem charitatẽ dedit nobis pater: vt filij dei noiemur ⁊ ſimus. ps. lxxxj. Ego dixi dñ eſtis ⁊ filij excelſi omẽs. j. Jo. iiij. In hoc manifeſti ſunt filij dei ⁊ filij diaboli. omnis qui nõ eſt iuſtus: non eſt ex deo. ⁊ de hoc de pe. diſt. j. §. hoc idem. ℣. item vt chꝛiſtus ait. ⁊. ℣. qui natus. ⁊ per hoc ſumus filij chariores. Tertio per gloꝛiam, ratione adeptionis hereditatis eterne. Joã. viij. Roma. viij. Si filij: ⁊ heredes. Gala. iiij. Et in hoc erimus filij chariſſimi. Eph. v. Imitatoꝛes dei eſtote ſicut filij chariſſimi. Contra carnis nobilitatem ex̃ de pꝛeben. c. penulti. §. nos ergo. Attẽdentes ꝙ nõ generis ſed virtutum nobilitas viteq; honeſtas gratuʒ deo faciunt ⁊ idoneum ſeruitoꝛem. Ad cuius regimẽ nõ multos ſcḋm carnem nobiles ⁊ potentes elegit: ſed ignobiles. Matth. iiij. ⁊ pauperes. ¶ Fatuũ eſt de libertate

Libtas coꝛpoꝛis ſuperbire. quũ coꝛpus ſit ſeruus maleuolus. et ideo toꝛtura ⁊ compedibus dignũ. Eccli. xxxiij. Ambꝛo. Apud dñm libertas ⁊ ſeruitus equa lance appendũtur. de hoc. xxix. q. j. oibus. Hiero. Apud dñm nõ dñs potioꝛ: nõ ſeruus deterioꝛ. Coloſ. iij. ibi. Ubi nõ eſt maſculus ⁊c. ⁊. j. Seruus ⁊ liber. ¶ Fatuũ eſt etiam de bonis anime naturalibus ſupbire. in quibus infideles nobis cõmunicant. quia bona illa poteſt quis habere ad bonũ ⁊ ad malum. ſicut patet in lucifero. de peni. di. ij. ꝑncipium. Bern. Si in pꝛofeſſione religionis callidi es ingenij: viget aũt pꝛemiũ in intellectu. inſtrumenta ſunt tam vitioꝝ ꝙ virtutum. Et quia ipſum ingenium donũ dei eſt. vt dicit de ſe Augu. in. ix. lib. confeſſionũ. ¶ Stolidum eſt etiam de diuitijs ſuperbire: per quas incidit laqueuʒ diaboli: et in deſideria multa ⁊ nociua. j. ad Timo. vlti. Cupiditas radix omniũ maloꝝ. xlvij. diſt. bonoꝝ. de peni. di. ij. §. expꝛeſſis. ℣. quia radix. ¶ Fatuum etiã ſuperbire de poteſtate quũ ſcriptum ſit. Sap. vj. Potentes potenter toꝛmenta patientur. viij. q. ij. illud. ¶ Fatuum etiam ſuperbire de gratia humana. Pꝛouerb. vlti. Fallax gratia. ad Gala. j. Si hominibus placerem ſeruus chꝛiſti nõ eſſem. xlvij. di. c. vlti. in ſi. ¶ Fatuum etiam eſt ſupbire de gloꝛia huius mundi. Eſa. xxviij. Erit flos decidẽs gloꝛie. Eccli. x. Ois potẽtatus vita bꝛeuis. j. lib. Macha. xj. Rex Ptolemeus impoſuit ſibi duo diademata vna die. ⁊ tertia die moꝛtuꝰ eſt. ¶ Sũma etiã veſania de ſcientia ſuperbire. Eccls. j. Qui addit ſcientiam addit ⁊ laboꝛem. De ſcientia ſuperbire, eſt de lumine occecari. xlix. diſtinc. hinc etenim. ℣. albuginem. Auguſtinꝰ. Tumoꝛ meus claudebat oculos meos. ¶ Fatuum eſt etiam de virtutibus ſuperbire. hoc eſt enim. de medicamine vulnerari. Gregoꝛius. Qui de virtutibus habitis extollitur: quaſi de medicamento vulneratur.

¶ De ſuperbia clericoꝛum.

De ſuperbia clericoꝛũ que multuʒ in eis timenda eſt. q: multas occaſiones ſupbiendi habent. Et vna quia nõ laboꝛat ſicut ⁊ alij ſeculares. q: accidioſi ſunt cõmuniter ⁊ otio toꝛpentes: edentes ⁊ bibentes ⁊ doꝛmientes: ⁊ nugis ⁊ rumoꝛibus vacãtes. ps. lxxij. In laboꝛe hoim nõ ſunt ⁊c. ⁊ poſt. Ideo tenuit eos ſupbia. Nam laboꝛ humiliat. ps. lxxxvij. Et in laboꝛibꝰ a iuuentute mea. Et ſequit. Humiliatus ſum ⁊c. Alia occaſio, reuerentia q̃ exhibet eis ſicut miniſtris chꝛiſti. Uñ dñs ꝯtemptũ eoꝝ ſuum reputat. Luce. x. Qui vos ſpernit. viij. q. j. qui vos ſpernit. xxj. di. in nouo. Pꝛouer. vj. Odit deus oculos ſublimes. i. clericos q̃ ſunt lumen eccl'ie. xciij. diſt. diaconi. ij. ſublimes. i. ſupbos. Humilitas em̃ multũ eis cõpetit. q: ſunt miniſtri chꝛiſti ⁊ eccleſie. lxxxj. diſt. miniſtri. gloſ. ſup illud ps. xxxiij. Iuxta eſt dñs ijs qui tribulato ſunt coꝛde: ⁊ humiles ſpũ ſaluabit. Altus quidem eſt dñs. ſed vicinatur humili ⁊ nõ ſe erigenti. Ipſi aũt debent abluere ſoꝛdes ſpũales hoim. vñ habent ſe humiliare cũ chꝛiſto. Jo. xiij. Ideo ſummꝰ miniſter ſeruuʒ ſeruoꝝ ſe vocat. j. q. iij. ſaluatoꝛ. in ti. ⁊. c. ſeq. in ti. ⁊ ex̃ in pꝛhemio decre. Greg. ⁊c. ⁊. vj. li. ⁊ in clemen. Et nihil in ceruice ꝑlati clarius ſplendet ꝙ humilitas. c. di. cõtra moꝛem. Sed ad hec rñdent quidã ꝙ humilitas exterioꝛ nõ eſt neceſſaria: ſed interioꝛ. q: dicit dñs Mat. vj. Diſcite a me ⁊c. ⁊. j. ⁊ humilis coꝛde. Sʒ ad hoc rñdet ꝙ ex coꝛdis humilitate vera nũꝙ ꝓcedit ſupbia exterioꝛ q: bona arboꝛ bonos fructꝰ facit. Matth. vij. Et ꝙ ſit neceſſaria etiã exterioꝛ humilitas: ptʒ expſſe. de pe. di. ij. c. j. ibi. Exercitia humilitatis ſunt: ſi ſe vilioꝛibꝰ officijs ſubdat: ⁊ miniſterijs indignioꝛibꝰ tradat. ⁊. l. di. vt cõſtitueretur. ibi. Ut deſperatione tꝑalis altitudinis medicina maioꝛ ⁊ verioꝛ eſſet humilitatis. ⁊. c. ſiquis diaconus. ibi. Nec cõpunctio humilitatis. ⁊ de pe. di. iij. ſicut achab. ibi. Nõne vidiſti humiliatũ Achab coꝛã me: ⁊ ps. xxxiiij. Humiliabã in ieiunio aiam meã. ⁊ ꝑ actus exterioꝛes iudicatur qualitas mẽtis. xlj. di. §. ſi. Item ſpeculũ ſunt ⁊ exemplũ totius eccl'ie. Unde tale exemplũ debẽt dare alijs. ſ. exempla virtutũ oim. q: hoies interioꝛa nõ vident. Uñ j. Pe. vlti. Foꝛma facti gregis ex animo. xcv. diſt. eſto. Sicut em̃ nõ põt eſſe hoꝛtatoꝛ viduitatis q̃ cõiugia frequẽtauit: ita nec humilitas q̃ actus ſupbie oſtẽtauit. ar. xxvj. di. vna. Item q: ab oi ſpecie mali debẽt abſtinere. ſcḋm apoſtolũ. j. ad Theſſa. vlti. ex̃ de vi. ⁊ ho. cleri. ab oi. ⁊ de ſimo. audiuimꝰ. ⁊. j. q. j. emendari. Illud autẽ qḋ ſupꝛa dicit de coꝛdis humilitate, ideo dicit dñs: q: ois virtus vera eſt in aio. xxxij. q. v. de pudicitia. q: eſt qui ſe humiliat. Eccli. xix. nequiter: vt hypocrite. Mat. xxiij. Ue vobis. ¶ Ad illud qḋ ſecũdo dicũt clerici, ꝙ pñt hr̃e huiõi pulchꝛitudines exterioꝛes ⁊ oꝛnarꝰ ſcḋm modũ ꝑſone ſue. facit qḋ no. xxj. q. iiij. in ſum. ſed. c. j. illius q̃ſtionis ꝯ. Reſpõdendũ eſt ꝙ quãto q̇s maioꝛ eſt: magꝭ ſe humiliare. Eccli. iij. debet. ſicut chꝛiſtus q̃ dixit. Lu. xiiij. Recũbe in loco nouiſſimo. ¶ Contra illud qḋ dicũt tertio ſe debere ꝯfoꝛmare cum illis inter quos viuũt ꝑ illud. c. xij. di. illa. ſed talis carnalis ꝯfoꝛmatio ꝯ aplm̃ eſt. Ro. xij. Nolite cõfoꝛmare huic ſeculo. Cõfoꝛmatio em̃ ſemꝑ dʒ fieri circa bonitatẽ ⁊ bonos. xvj. q. j. ſic viue. ¶ Ad illud qḋ dicunt clerici, ꝙ talia faciunt ꝓpter honoꝛem eccl'ie. dicendũ ꝙ non eſt honoꝛ eccleſie pompa mũdi ⁊ gloꝛia. quia nõ honoꝛatur chꝛiſtꝰ coloꝛibus ⁊ carnalibus pulchꝛitudinibus: ſed moꝛibus ⁊ virtutibus. xij. q. ij. multi edificant. ſub. c. gloꝛia. ex ps. xliiij. Gloꝛia filie regis. i. eccleſie abintus. i. in ꝯſciẽtia pura. xj. q. iij. inter verba. Bern. ad Eugeniũ. Totum adſcribitur honoꝛi. nihil deuotioni. Hiero. Non reuera veſtis ſed mundiria mentis oꝛnatum facit clericum. Nec debẽt clerici de humili veſte ⁊ alijs actibus chꝛiſto cõfoꝛmibꝰ erubeſcere. xlj. diſt. parſimoniã. Bern. Grata ignominia crucis. ſʒ ei q̃ crucifixo ingratꝰ nõ eſt. Lu. ix. Qui me erubuerit: hũc filius hois erubeſcet. Et potius de contrario



Clauſtralium ſupbia quadruplex.

debent verecundari. Aug. De precioſa veſte erubeſco. nec enim decet hanc profeſſionē contra talem honorē. Iac. ij. Si introierit vir aureū annulū habēs in veſte cādida ⁊c. Et Greg. contra tales. Decorari pallio volumus forſan moribus indecori. c. di. cōtra morem. Quū Moyſes anachorita ordinatus eſſet a patriarcha ⁊ alba indut⁹: ait ei pater. Ecce candidus es. Reſpondit Moyſes. Numquid abintus? q.d. albedo exterior non facit quem album interius. Vn̄ phariſeis hypocritis chriſtus ait. Mat. xxiij. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis ⁊c. ¶ Ad illud quod dicunt ꝙ vtuntur talibus tamq̄ non vtantur. ſm Apoſtolū. j. Cor. vj. xxxiij. q. v. ſm. Reſpōdet Greg. in homil. Nemo vult precioſis veſtibus indui vbi a nemine poſſit videri. Item chriſtus omnem talē gloriam exteriorem precepit. Io. v. in fi. contēni. Aug. Omnia temporalia contēpſit homo deus: vt ab hominibus contēnenda eſſe monſtraret. ⁊ omnia aduerſa ſuſtinuit: vt ſuſtinēda doceret. ¶ Contra ſuperbiam prelatorum ſatis ſupra tetigi ⁊ declaraui in iſta. ij. parte in prin. §. poſtq̄. in. x. ar. ⁊. xlix. §. o precioſa. Precipit etiam Deutero. xvj. ꝙ non eleuetur cor regis in ſuperbiam. Eccli. xxxij. Rectorem te poſuerunt. noli extolli: ſed eſto in illis quaſi vnus ex illis. xcv. diſ. ecce ego. ibi. Sed oderūt hoc ſuperbi ſacerdotes. Matth. xviij. Niſi conuerſi fueritis. interlinearis gloſ. A veſtra eleuatione ⁊ indignatione: in qua modo eſtis / ſm Hilarium. Ad hoc. l. diſ. quicūq̄. Imitentur chriſtū: cuius claues tenent. Eſa. liij. ibi. Nouiſſimū virorū. Ber. Quid magis admirandū: quid amplius deteſtandū: quid grauius puniēdū: q̄ ꝙ videmus filium dei ſummū in regno angelorū: nouiſſimū factum in regno hominū? Apponat magnificare ſe homo ſuper terrā. pſ. ix. Ber. Quū enim inquit indifferēter perſone humilitas ſit quedam turris fortitudinis a facie inimici. pſ. lx. neſcio quo pacto maior in maioribus / ⁊ clarior in clarioribus comprobatur. Sed perpauci ſunt qui in dignitate cor ad humilitatem inclinent. quod patʒ in libris Regū. vbi de tot regibus Iſrael nullus excelſa abſtulit. Contra quos Ber. Intuere quomodo incedūt nitidi exterius: ⁊ ornati circūamicti varietatibus: tāq̄ ſponſa procedens de thalamo ſuo. Et ſi quēpiam taliū repente eminus procedentem aſpexeris: ſponſam potius putabis q̄ ſponſe cuſtodem. i. eccleſie. Ioā. iij. ⁊ ex̄ de tranſla. inter corporalia. §. ſed nec illud. ⁊ de renū. niſi. §. verum.

Clauſtralium ſupbia quadruplex.

¶ R Superbia autem clauſtraliū principaliter quadruplex reperitur. Prima eſt eorū qui ſapientes ſe credunt. cōtra id. j. Cor. j. xlix. di. c. j. ℣. albuginem. ⁊ ideo ſe ſenſu ſuo ſe regere volunt: ⁊ eſſe proprie voluntatis. Bern̄. Quantūuis prudens videatur eſſe: dimittēda eſt ⁊ abijcienda iactātia. ſi enim admittatur ſuperbia: prima die qua incipit habitare / incipit leges dare. Prouer. xxvj. Vidiſti hoiem ſapiētem ſibi videri: magis illo ſpem habebit ſtultus. ex̄ de cōſtitu. ne innitaris. Tales inflexibiles ſunt. Greg. Superba mens ad ea que nō appetit nullis exhortationibus flectitur: ad ea vero que appetit ſpōte etiā cogi querit. Et hec ſpecies maxime in nouitijs periculoſa eſt. Bern̄. Nouitium incipientē ſapientem diu in monaſterio perſiſtere poſſe impoſſibile eſt. Stultus fiat: vt ſit ſapiens. ⁊ hec omnis ſit eius diſcretio: vt in hoc nulla ſit diſcretio. ⁊ hec oīs ſit eius ſapientia: vt in parte nulla ſit. ¶ Secūda eſt eorum qui deſpiciūt ſeculares ⁊ peccatores: credentes ſe inquinari ex conſortio eorū. ſimiles iudeis de quibus legitur Ioā. xviij. ꝙ non introierunt in pretoriū: vt non contaminarētur. Timebant ſe inquinari cohabitatione gentiliū: ⁊ non timebāt inquinari ſanguine chriſti. Idem fuit de Simone phariſeo abominante Magdalenam: ⁊ murmurante cōtra chriſtū qui ſe ab ea permittebat tangi. Luc. vij. ⁊. xv. de phariſeis murmurantibus contra chriſtū. qui peccatores recipiebat ⁊ manducabat cū eis. Hiero. Recedite (inquiūt) polluti: recedite: abite. nolite eos tangere: nobiſcū nolite cōmunicare. Talis loquela non illuminat cecū: non ſanat egrotū: non curat infirmū: ſed magis occidit atq̄ in deſperationem periclitantem mittit. xlv. diſt. recedite. de hoc etiā. j. q. iiij. homini. xxiij. q. iiij. in primis. xj. c. vſq̄ ad. §. eſt alia. Deutero. xxiij. Non abominaberis idumeū. Tales non attendūt ꝙ frequēter quis in ſeculo ducit vitam religioſam: ⁊ in religione ſecularem. Ambro. in hexameron. Mutat merita hominū qualitas actionum. ⁊ quidam in meliori ordine deteriores ſunt: ⁊ alij fortem exterioris habitus bene viuendo tranſcendūt: ⁊ alij ſuperioris loci meritū non exequendo diminuunt. ad hec. xl. diſt. non eſt facile. ⁊. c. nō loca. c. quelibet. c. adā. ¶ Sancto Paphūtio oranti cui ſanctorū ſimilis eſſet: reſponſum eſt primo ꝙ cuidā ſymphoniaco qui querebat victum arte cantandi. quem quū Paphūtius inueniſſet: ⁊ queſiſſet cui⁹ meriti eſſet apud deū: reſpōdit ſe nihil meminiſſe feciſſe apud deum: niſi ꝙ ipſe quū latro eſſet: latronibus violare volentibus mulierem quā ceperant / reſtitit: ⁊ eam eripuit. Et alio tempore quū mulier lamentaretur per deſertū ꝙ filij eius in captiuitate tenerētur: ipſe errantem reduxit ad refectionem: ⁊ dedit ei. ccc. ſolidos q̇bus redimeret maritum ⁊ filios. Iterum orauit Paphūtius cui ſimilis eſſet. cui reſpōſum eſt ꝙ primario vici huius qui eſt in proximo. Quūq̄ inquiſiſſet de vita eius: dixit ſe coniugatū / ſedantē lites / hoſpitalem / q̇ non cognoſceret vxorem niſi cauſa prolis / nō ledentē famulos aut agros aliorū. quorʒ vterq̄ inductione Paphūtij in deſerto in vita anachoritica mortu⁹ eſt. Iterū dictū eſt Paphūtio ꝙ ſimilis erat cuidam negotiatori venienti ad ſe. q̇ ſimiliter in deſerto remanſit. ¶ Tertia ſpecies eſt illorū qui in ordine volūt habere diuitias ⁊ honorē quem in ſeculo nō habebant. de q̇bus Aug. Non erigant ceruices cōtra ſocios intus: q̇bus foris accedere nō audebant. Inflantur ⁊ abundant in cenobio: qui viles ⁊ inopes erant in ſeculo. xij. q. ij. gloria. ¶ Quarta ſpecies eſt illorū qui in clauſtro gloriātur de diuitijs quas in mūdo habebant: vel monaſterio cōtulerunt. de hoc. j. q. ij. nō eſt meum.

Supbie gradus duodeci.

¶ S Nunc dicendū eſt de quibuſdam vitijs que ex ſuperbia procedunt. Et notandum ꝙ ſm beatum Bern̄. xij. ſunt gradus ſuperbie. qui ſunt / Curioſitas. que queritur ⁊ diſceptat de ijs que non expediunt. ex̄ de re iu. abbate ſane. §. fi. lib. vj. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter: ⁊ in pluribus eius operibus non eris curioſus. Eccli. iij. Illuditur curioſitas humana: quādo id appetit impudēter ſcire qđ nulla ei ratione cōpetit inueſtigare. xxvj. q. v. nec mirum. Leuitas. que cito credit. xj. q. iij. in cunctis. Inanis letitia. Iac. iiij. Nunc autē exultatis in ſuperbijs veſtris. Iactantia. laus ꝓpria. xx. q. iiij. om̄is iactantia. xj. q. iij. ſi quis. Singularitas. vt appareat. xlj. diſt. quiſquis. Mat. vj. Arrogantia. de qua vide. xlvj. diſt. c. j. ⁊. xlviij. diſt. §. j. Preſumptio vel reputatio. que de ſe tenet quod non eſt: ⁊ preſumit quod non poteſt: ⁊ quod nō ſcit. Eccli. xviij. Vidi preſumptionē cordis eorum: quoniā mala. Peccati defenſio ſimulata. de peni. diſ. j. §. hec ergo ſecreta. ℣. item taciturnitas. Confeſſio. vbi aūt regnat hypocriſis: ibi humilitas eſſe non pōt. de pe. di. j. §. hec ergo. ℣. itē taciturnitas. Rebellio. lxxxj. di. ſi quis. Peccandi libertas. ac ſi non ſit deus qui puniat ⁊ dominus. Exo. xx. Ego ſum dominus zelotes. j. q. iiij. §. contra dn̄s. Peccandi conſuetudo. que in profunda malorū venit: ⁊ non excuſat. xvij. di. nec licuit. ex̄ de ſimo. cum in eccleſie. cum. c. prec.

Reuerētia q̇bus impendenda.

¶ T Ad hos gradus addo alium ſuperbie. ſcʒ irreuerentiam. que ex fonte ſuperbie magne procedit. De qua ſciendum eſt ꝙ irreuerentia eſt honorem non exhibere ei cui debet. Sunt autem quatuor principalia quibus reuerentiam debemus. ſcʒ deo / angelo / rebus deo cōſecratis / ⁊ prelatis eccleſie. Deo. vt corā eo q̇ vbiq̄ eſt peccare: erubeſcamus: ⁊ bona ſtrenue agamus. Sapiēs in verſiculis.

Quū quid turpe facis: quod me ſpectante ruberes:
Cur ſpectante deo non magis ipſe rubes?

Boetius Seuerinus in fine quinti libri de conſolatione phie. Magna nobis (ſi diſſimulare nolum⁹) indicta eſt

pꝛobitatis neceſſitas:quũ oĩa agamus ante oculos iudi-
cis cuncta cernentis.xxviij.q.ij.pernicioſam. De reueren-
tia ad angelum. Bern. In quouis diuerſoꝛio.in quouis
angulo reuerẽtiam habe angelo tuo ſemper adſtanti.pſ.
cxxiiij.Montes in circuitu eius.i.angeli. Hiero. Nec au-
deas eo pꝛeſente:quod me pꝛeſente nõ audes. De reuerẽ-
tia ſacris locis.Geñ.xxviij. Q̃ terribilis eſt locus iſte. ⁊
ar.j.di.ius publicum.⁊ de cõſe.diſt.j.c.j. vide quod no. de
conſe.diſt.ij.inſtitutio.Sed ſunt quidam homines in hoc
demonibus nequioꝛes: quibus locus coꝛpoꝛis dominici
⁊ reliquiarum ſacrarũ in eccleſia eſt terribilis.ipſi tamen
ibi feda ⁊ inhoneſta attentare ⁊ perpetrare nõ foꝛmidãt.
contra quos.j.Macha.iij.legitur de Heliodoꝛo inuadẽ-
te depoſitũ in templo.cui apparuit equus terribilis:terri
bilem habens ſeſſoꝛem.de hoc ex̃ de reli.⁊ ve.ſanctoꝝ. per
totum.⁊ de immu.eccle.c.decet.lib.vj.⁊.xvij.q.iiij.§. ſacri-
legiũ.ex̃ de adul.ſignificaſti. Hominibus etiam reueren-
tia facienda eſt.j.Per.ij. Omnes honoꝛate. ex̃ de maio.⁊
obe.ſolite.⁊.j.Regem honoꝛificate.ix.di.neq̃. Et cõſcien
tie.Bern.Conſcientie tue debes honoꝛem: corã qua pec-
care erubeſcas.Eccli.x.Fili in manſuetudine ſerua aĩam
tuã:⁊ da illi honoꝛem ſm meritum ſuũ. Peccãtem in ani
mã ſuam quis iuſtificabit:⁊ quis honoꝛificabit exhono-
rantem animã ſuam? Immo nec ſerui ſunt inhonoꝛandi
nec contemnendi:maxime pꝛopter naturam diuinam no
biſcũ vnitam.Matth.xviij. Uidete ne contẽnatis vnum
ex his puſillis.Ecci.vij.Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus
quaſi anima tua.Cypꝛianus.Qualem cupis erga te deũ
eſſe:talis ⁊ ipſe ſis circa ſeruum tuũ. Seneca. Cum infe-
rioꝛe ſic viuas:quemadmodũ ſuperioꝛem vis tecũ viue-
re.facit.ij.q.vj.qui ſe ſcit.ij.xxij.q.vj.iniquum.ix.di. neq̃.⁊
expꝛeſſius.lxxiiij.diſ.quoꝛũdam.ibi. Et ideo q̃ tales erga
ſubiectos noſtros debemus exiſtere:quales nos(ſi ſubie
cti fuiſſemus)noſtros vellemus eſſe pꝛepoſitos.xcv. diſt.
eſto.xxij.q.v.de foꝛma. Pauperes etiam honoꝛandi ſunt.
Greg. Pauperes nõ ſunt deſpiciendi vt egeni:ſed exho-
randi vt patroni.Domini etiam honoꝛãdi ſunt a ſeruis ⁊
ſubditis.j.ad Coꝝ.xiij. Omnis aĩa ⁊c̃.⁊ ex̃ de cẽſ.omnis.
Rom̃.xiij.Cui honoꝛem honoꝛem.Rom̃.xij.Honoꝛe inui
cem pꝛeuenientes. Senes etiam boni honoꝛandi ſunt.
Thꝛeñ.iiij.Facies ſenum nõ erubuerunt.⁊ poſt. Neq̃ ſe-
num miſerti ſunt.Sap.ij.Nec veteranũ vereamur.Leuit.
xix.Coꝛam cano capite conſurge: ⁊ honoꝛa perſonam ſe-
nis.j.ad Tim̃.iiij.Senioꝛem ne increpaueris.ij.q.vij.pau
lus. Seneca. Cum veterano parcius agendum eſt. Uiri
ſimiliter honoꝛandi ſunt ab vxoꝛibus.j.Per.ij.⁊ econuer
ſo.vt ibi.Hiero. Non de pede:ſed de coſta mulierẽ foꝛma-
uit:n ea viro contẽneretur.nec de capite:ne ei dominaret̃.
de hoc.xxiij.q.v.cũ caput.⁊.c.vlti. Honoꝛandi ſunt paren
tes ſpirituales.Eccli.vij.Honoꝛifica ſacerdotes.Heb.vl.
Obedite pꝛepoſitis veſtris.j.ad Timo.v. Qui bene pꝛe-
ſunt pꝛeſbyteri duplici honoꝛe honoꝛẽtur.Thꝛeñ.iiij. Nõ
addet vt reſpiciat eos.Facies ſacerdotũ non erubuerũt.
gloſ. Notandũ ꝙ ſupꝛa ſacerdotes quaſi homicidas no-
tat.⁊ hic ſeparantur a facie domini q̃ non detulerunt eis.
q̄uis enim mali ſunt:non ſunt contẽnendi.ſed ille in illis
colendus eſt ⁊ honoꝛãdus:a quo miſſi ſunt. Et alia gloſ.
Nota terribile contra contẽnentes ſacerdotes:⁊ cõtra fa
cies coꝛũ non erubeſcentes.i.illis monentibus ⁊ iubenti
bus a ſecularibus nõ ceſſare. Ad hec.xix.di.ſm.ij.q.j. non
quales.xxj.di.in nouo.Honoꝛãdi quidẽ ſunt ꝑpter digni
tatem.maxime quã ſcʒ trãſſubſtanti audi habent in ſacra-
mento altaris.j.q.j.multi.quam nõ habent angeli.Hono
randi etiã ſunt parentes carnales.Exo.xx.Honoꝛa patrẽ
tuum ⁊c̃.verbis ſcʒ ⁊ beneficijs.Hiero. Honoꝛ in ſcriptu
ris non tam in ſalutationibus ⁊ verbis q̄ in collationibꝰ
munerũ ſentitur.ad hec.xxxj.q.j.quomodo.j.ad Timo.v.
Qui ſuoꝛũ maxime domeſticoꝝ ⁊c̃.xlvij.diſt.§.neceſſe.de
hoc plene.Eccli.iij. Unde ibi ſup illo verbo/Maledictio
matris eradicat fundamenta.Geñ.ix. gloſ. Cham nudi-
tatem patris irriſit.xcvj.diſt. in ſcripturis. ⁊ ſemen ſuũ in
ſeruiturẽ per petuã dãnauit.xxxv.di.ſexto die.ij. Reg.xv.
xvj.xvij.⁊.xviij.Abſalon Dauid de regno expulit: ⁊ concu
binas eius inceſtauit.ſed moꝛte cõdignas penas luit.iiij.
Reg.ij.Heliſei caluitium pueri Bethel irriſerunt.et duo
vꝛſi.xlij.de eis lacerauerunt.pꝛimum Geñ.ix.ſecũdum.ij.
Reg.xviij.tertium.iiij.Reg.ij. Pꝛouerb.xix. Qui affligit
patrem ⁊c̃.⁊.xxviij. Qui ſubtrahit aliquid a patre ⁊c̃.et
xij.q.ij.qui abſtulerit.Eccli.iij.Honoꝛa patrem.Exo.xxj.
Qui percuſſerit patrẽ aut matrẽ: moꝛte moꝛiatur.Tob.
iiij.Honoꝛem habebis matri tue ⁊c̃. Non honoꝛantes pa
rentes anathematizat conciliũ gangrenſe. xxx. di.c.j. Ad
hoc etiam.lxxxvj.diſt.non ſatis.ꝟ.eſt pꝛobanda.⁊.xcvj.di.
in ſcripturis.in fi.Et notandũ ꝙ ſicut tenemur pꝛouidere
neceſſaria parẽtibus carnalibus:ita ⁊ ſpũalibus. Mat.
x. Dignus eſt mercenarius mercede ſua.xij.q.ij. quicũq̃.
ij.Timo.ij.Laboꝛantem agricolam ⁊c̃.Gala.vj.Commu
nicet autẽ is qui catechizatur ⁊c̃. xiij.q.j.§. his ita. Unde
ſuper pꝛe.verbo apl̃i.j.Timo.v.Qui bene pꝛeſunt pꝛeſby
teri: duplici honoꝛe digni habeantur.gloſ.A ſubditis. vt
eis ſpũaliter obediant:⁊ tempoꝛalia eis miniſtrent.

¶ Articulus.lxxvij.

Poſtq̃ ſufficienter
expediuimus de ſuperbia inficiente om
ne genus humanuʒ : maxime religioſos
quoſdam qui adſtrictius humilitatẽ do-
mino pꝛomiſerunt: ad aliud religioſoꝛũ
quoꝛũdam noſtri tempoꝛis vitium accedamus. ſcʒ vanã
gloꝛiam.¶ A Igitur ſm Climacum in gradu.xxij.Ua Uana
na gloꝛia eſt ſm ſpeciem nature immutatio/moꝛũ peruer moꝛta-
ſio ⁊ obſeruatio querele.ſm vero qualitatem eſt laboꝛuʒ liũ glo-
diſperſio/ſudoꝛũ perditio/theſauri inſidie ⁊ perditio/in- ria.
fidelitatis pꝛoles/ſuperbie pꝛecurſatrix/naufragium in
poꝛtu/in arca foꝛmica minima quidem exiſtens/vniuerſe
vero fatigationi ⁊ curſui inſidiatur. Uigilanter obſerua:
et floꝛentem vſq̃ ad momentum ⁊ mundam inuenies in
veſtimentis ⁊ in vnguentis ⁊ pompatico pꝛoceſſu ⁊ aro-
matibus ⁊ alijs. Ieiunans vanigloꝛioꝛ: ⁊ reſoluens ieiu-
nium vt nõ innoteſcam. Iterum vanigloꝛioꝛ pꝛeclare ve-
ſtitus.vincoꝛ ab eadem vilia cõmutans. Iterũ vaniglo-
rioꝛ loquens.vincoꝛ ab ea.⁊ tacens iterum ſuccũbo.quo-
cunq̃ pꝛoieceris tribulum iſtum:ſtat aculeo recto. Uani-
gloꝛioſus eſt idoloꝛum cultoꝛ fidelis:colens quidem deũ
ſm apparens:hominibus vero ⁊ non deo placere volẽs.
Matth.vj. Uanigloꝛioſus eſt omnis oſtentatoꝛ ⁊ oſten-
tationis amatoꝛ.Uanigloꝛioſi ieiuniũ abſq̃ mercede eſt.
Matth.vj.⁊ oꝛatio eius impoꝛtuna.pꝛopter laudẽ enim
hominum vtrumq̃ operatur. Uanigloꝛioſus exercitatoꝛ
dupliciter leditur:coꝛpus quidem contabeſcere faciens:
mercedem vero non accipiens.¶ Adulatoꝛes vanã glo-
riam pꝛouocant.vj.q.j.ſunt plurimi. Adulatoꝛ eſt demo-
num miniſter:ſuperbie manuductoꝛ:cõpunctionis diſper
ſoꝛ:bonoꝛum exterminatoꝛ:ſeductoꝛ vie. Confundantur
⁊ obmuteſcant qui beatificare in facie adnitũtur. xlvj.di.
c.ij.⁊.iij.xxij.q.ij.pꝛimũ. Seneca. Adulatio dulce venenũ.
Magnũ eſt ab anima laudem hominũ amouere: maius
vero eſt laudem demonum auertere.t.ſ. Coꝛde humilita
tem oſtendit:non qui ſeipſum vilificat.quomodo eñ non
cõpoꝛtabit ſeipſum?ſed ab alio impꝛoperatus ⁊ charitatẽ
ad ipſum non diminuens. Non ſuſcipias vane gloꝛie de-
monẽ quũ tibi epiſcopatũ.j.q.vj.ſicut is. aut fratrũ duca-
tum aut magiſteriũ ſubmittit. Laboꝛ enim eſt hũc canem
ſcʒ vanam gloꝛiam a macelli menſa.ab appetitu repelle-
re coꝛdis. Secularium aduentum pꝛeanticipat vana glo
ria:⁊ leuioꝛes monachos in occurſum aduenientium ex-
hoꝛtatur exire. Qui vanitatem vane gloꝛie mercatur:du-
plicem vitam poſſidet.nam inter monachos habitu ⁊ fi-
gura moꝛatur. in mundo vero pꝛudentie cogitatione et
mente. Qui ſuper donis naturalibus et diuitijs. dico

autẽ acuitate ingenij/⁊ intellectus docilitate/lectione/ pꝛolatione/pꝛomptitudine/ingenuitate/⁊ talibus hmõi vniuerſis abſq; laboꝛe pꝛeexiſtentibus in nobis extollitur: nũq̃ ſuper naturam bono vero participabit. qui enim in modico ſcʒ in naturalib⁹ infidelis eſt:⁊ in multo ſcʒ in ſupernaturalibus ſcʒ bonis gratuitis ſcʒ virtutibus infidelis erit.ar. Matth.xxv.de fideli in modico. Luc.xix. Vana gloꝛia mater eſt ſuperbie.quia nimirũ laudes exaltant et inflant. vj.q.j.ſunt plurimi. exaltata vero anima/tũc eam ſuperbia ſumens ſurſum effert vſq; ad celos:⁊ ſubtus deffert. Luc.x.de peni.diſt.ij.ſi enim.ad ſi.ad abyſſos. Pꝛincipiũ pꝛiuationis vane gloꝛie eſt cuſtodia oꝛis ⁊ amoꝛ ignominie. Medium vero reciſio omniũ adinuentionũ vitioſarum intellectualiũ. Finis vero ea que ſunt ad ignominiam conferentia/coꝛã multitudine inſenſibiliter adinuenire. Quũ nos laudare incipiũt demones ſeductoꝛes: celeriter recoꝛdemur multitudinem iniquitatũ noſtrarum. Vana gl̃ia eſt ſimplicitatis abiectio/ficta inſtitutio ⁊ conuerſatio. Hucuſq; Climacus. ¶ In epiſtola ad virginem ait ſanctus Athanaſius. Si manifeſtaueris vitam tuam: pariet hoc tibi vanam gloꝛiam:⁊ damnũ patieris. Si aũt animã inueneris tibi conſentaneã pariter que dei ſunt facientem: huic quaſi ſoli in miniſterio reuela. ibi enĩ non eſt vana gloꝛia. q: qui loquitur vt animã ſaluet:multã mercedem accipiet ſe habentibus deſideriũ non inſidiatoꝛibus. Matth.xxij.xj.q.iij.nolite. audiendi loquitur vt ſaluentur. ¶ Abbas Pemeh.dixit. Homo ſi ſeipſum repꝛehendat:vbiq; poteſt ſtare ſolus ⁊ cũ alijs.ſi autem ſe magnificat:nunq̃ ſtat. Quicquid fecerit homo boni:ne exultet in eo.quia mox perdet illud. Abbas Macharius cũ iniurianti ſatiſfaciebat de eo qđ querebat. laudanti eum nullũ dabat reſponſum. Dixit abbas Zenõ. Egyptij monachi virtutes quas habent zelant:⁊ vitia q̃ nõ habent/ manifeſtant. Syꝛi autẽ ⁊ greci virtutes quas non habẽt/ pꝛedicant:⁊ vitia q̃ habẽt/abſcondunt. Dixit ſenex. Qui ab hominibus amplius honoꝛatur aut laudatur:non parũ damni patitur. qui autem ab hominibus non honoꝛatur:deſuper gloꝛiam ſcʒ tẽpoꝛalem (intelligo eã appetendo)⁊ eternam.xl.di.qui pꝛimatũ.accipiet. vtrãq; enim habere gloꝛiam impoſſibile eſt. Idem ſenex. Sicut fieri nõ poteſt vt herba ſimul ⁊ ſemel naſcatur.de peni.di.ij.dum ſanctã. Ita impoſſibile eſt vt laudem ⁊ gloꝛiam ſeculariũ habentes (ſupple ⁊ affectantes) ſimul etiam ⁊ fructũ faciamus celeſtem. Dixit ſancta Syncletica. Sicut theſaurus ſi manifeſtetur minuitur:ita ⁊ virtus deperit publicata. Nam ſicut cera a facie ignis ſoluitur.pſ.lxvij.ita ⁊ anima per laudem reſoluta perdit intẽtionem ſuã. Dixit ſenex. Quando cogitatio ſuperbie vel vane gloꝛie te impugnat:perſcrutare teipſum ſi omnia. Exo.xx.no.xxxij.q.vij. quod in oĩbus. Matth.xix.mãdata dei ſeruaſti. Mat.vj. xxiij.q.iij.ſex. Si inimicos tuos diligis: ſi gaudes ĩ gloꝛia inimici tui:⁊ cõtriſtaris in deiectione eius:⁊ ſi apud te habes ꝙ ſeruus inutilis. Luc.xvij.es:⁊ oĩbus hoĩbus plus peccatoꝛ. Neq; tamen aliquid grãde ſapias tãq̃ aliquid feceris:ſciens ꝙ elata cogitatio oĩa illa bona diſſoluet.

Vana moꝛaliũ gloꝛia.

Quidam ſenex dixit ꝙ moꝛtuus erat mundo. alter dixit ei. Non cõfidas donec egrediaris de coꝛpoꝛe. quia etſi tu dicas ꝙ moꝛtuus es:diabolus tñ moꝛtuus nõ eſt. Quũ quidam ſenex in deſerto quinquaginta annis nec panem nec aquã ad ſatietatẽ accepiſſet: dicebat/occidi auaritiã ⁊ vanam gloꝛiã. Quod quũ audiſſet abbas Abꝛaam: venit ad eũ:⁊ requiſiuit an illũ ſermonẽ dixiſſet. At illo confitẽte/dicit ei Abꝛaam. Ecce dũ per viam ambulas vides lapidem ⁊ maſſam auri. Nũquid poteſt cogitatio tua aurum ſimile lapidi exiſtimare? Dixit ſenex. Non. ſed pugno cum cogitatione mea ne illud tollam. Cui Abꝛaam. Ecce viuit auaritia. ſed ligata eſt. Iterũ dixit ei Abꝛaam. Ecce audis de duobus fratribus ꝙ vnus te laudat:alter te hoꝛret:⁊ detrahit de te. nũquid vtrũq; coꝛum ad te venientẽ pariter accipies? Dixit ſenex. Non. ſed iterum pugno vt ⁊ illum diligam quem hoꝛreo. Cui Abꝛaam. Ecce ergo viuunt in te paſſiones. ſed ligate. ſupple. et ſolui poſſunt. Quidam ſenex dixit alteri. Si fratri dedero aliquid: ⁊ tamen ſpiritus xenodoxie ſoꝛdidet illud:tamq̃ pꝛopter laudem hominum hoc faciam: nũquid dimittam dare? Cui ſenex. Et ſi pꝛopter homines hoc tentaris facere:tamen q̃ pꝛoximo neceſſaria ſunt da. Nam duo homines erãt in vico:vnus ſeminauit ⁊ fecit frumentum parum ⁊ ipſum nõ mundum. alter nihil ſeminauit. Veniente fame/meli⁹ potuit viuere qui ſeminauit. Faciamus nos ergo aliquanta (etſi immũda) ne periclitemur. Adde quod no.j.§. pꝛoximo.ꝟ.frater egidius. Quum abbas Siſoy ſuſpiraſſet altero audiente:dixit. Indulge mihi frater. quia necdũ monachum me eſſe cognoſco:quia audiẽte altero ſuſpiraui.

Quidam ſenex quũ deſcenderet ad viſitandum filium miniſtri ſui:in vico pꝛeceſſit eũ miniſter:⁊ ait vicinis. Venite occurrite anachoꝛite. quos quũ ſenex longe vidiſſet egreſſos cum lampadibus:ſentiens ꝙ ad ſe venirent:ſpoliauit veſtimenta ſua ⁊ miſit in flumen: ⁊ cepit ea lauare ſtans nudus. qui autem miniſtrabat ei:videns/erubuit:⁊ rogauit homines dicẽs. Reuertimini. ſenex enim noſter ſenſum perdidit. ⁊ veniẽs ad illum/dixit. Abba: quid hoc feciſti? omnes enim qui te viderunt:dixerunt quia demonium habet ſenex. Cui ille. Et ego hoc volebam audire.

Quũ iudex pꝛouincie abbatem Moyſen deſideraret videre:⁊ ei in eremo obuiaſſet:requiſiuit ab eo incognito/ Vbi eſt cella abbatis Moyſi? cui ipſe. Quid illum vultis videre hominem ſtultum ⁊ hereticum? que quũ audiſſet iudex:veniens ad eccleſiam retulit clericis que audierat. Contriſtati clerici dixerunt qualis eſſet monachus qui ſibi talia dixiſſet. Iudex reſpondit. Senex veſtimenta veterana habens. longus ⁊ niger. Et tunc cognoſcẽs ꝙ ille eſſet:miratus receſſit. Quũ quidam iudex vellet videre abbatem Symeonem:ille audiens aſcendit arboꝛem palme:⁊ cepit eam mundare. quũ aũt veniſſent illi:dixerunt. Vbi eſt anachoꝛita? At ille reſpõdit. Non eſt hic. diſceſſit. ⁊ ſic illi diſceſſerunt. Iterum alia vice voluit eum videre quidam ex iudicibus:⁊ pꝛeceſſerunt clerici dicentes. Abba:para te. quoniã iudex audiens opera tua venit abs te benedici. At ille. etiam parabo me. Veſtiuit ergo centonẽ ſuum. ⁊ accepit panem ⁊ caſeum in manus ſuas. ⁊ diuaricatis pedibus ſedit in poꝛta:et incepit comedere. Veniens iudex ⁊ ſic eum videns/contemnens eum diſceſſit.

Quũ abbas Siſoy reſuſcitaſſet quẽdam infantem defunctum quẽ in cella pꝛoiectũ oꝛare credebat:ait diſcipulo. Nunq̃ hoc dicas ante meum trãſitum. Fugit abbas Neſteroth dꝛaconem in deſerto:dicens. Niſi dꝛaconem fugiſſem:cogitationem vane gloꝛie non vitaſſem. Quum fratres de ſtili non poſſent quẽdam immũdum ſpiritum deijcere:dixerũt. Non poteſt quis hunc eijcere niſi abbas Beſſarion. ſed ſi hoc dixerimus ei:nec ad eccleſiã veniet. fingamus ergo ꝙ doꝛmit. Et dixerunt Beſſarioni. Abba ſuſcita iſtum qui doꝛmit. At ille dixit. ſurge ⁊ egredere foras. Mira ſanctitas. ignoꝛans fecit miraculum. Et mox egreſſus eſt ab eo ſpũs immundus. Quũ ſanctus Macharius quẽdam moꝛtuum ſuſcitaſſet:diſcipuli eius ante pedes eius coꝛruerunt pꝛe timoꝛe. quibus ſenex. Iſtud ꝓpter me factum non eſt. nihil enim mihi collatum eſt. ſed pꝛopter mulierem viduam ⁊ paruulos de⁹ indoluit. hoc enim maius eſt ꝙ deus noſter animas hominũ ſine peccato eſſe deſiderat:q̃ moꝛtuos ſuſcitare. Item dixit. Qui laboꝛat:et arbitratur ſe aliquid facere: recipit hic mercedem ſuam. Serapion in collatione de octo vitijs. Xenodoxie genera duo ſunt. Pꝛimum ꝙ pꝛo carnalibus ac manifeſtis extollimur rebus. Secundũ ꝙ pꝛo ſpiritualib⁹ ⁊ occultis deſiderijs vane laudis inflamur. Vna tamen in re xenodoxia vtiliter accipitur. quũ quis ſpiritu foꝛnicationis tentatus/ne vilis habeatur ab alijs:continet:⁊ ne nomen ſanctitatis amittat. Nec mirum tantam huic paſſioni ineſſe virtutẽ/vt irruentem quẽpiam in foꝛnicatio-

nis ſtimulum valeat refrenare: quū ſit experimētis multorū ſepiſſime probatū ꝙ ita eum quē ſemel veneni ſui peſte corruperit: infatigabilem reddat: vt faciat ab eo ne biduana quidē vel triduana ſentire ieiunia. Super qua re pulchre abbas Macharius cuidam percunctanti cur fame ab hora tertia in eremo pulſaretur: q̄ in cenobio hebdomadibus integris refectionē ſepe contēnens non ſenſiſſet eſuriem: reſpōdit. q: hic nullus eſt ieiunij tui teſtis: qui te ſuis laudibus nutriat atq; ſuſtentet: ibi aūt te digitus hominū ⁊ xenodoxie refectio ſaginabat. Caſſianus in lib. xj. de xenodoxia .i. vana gloria. Septimū nobis certamen eſt contra ſpiritū xenodoxie (quam nos vanā gloriam poſſumus appellare) multiformem variū atq; ſubtilem. ita vt quibuſlibet perſpicaciſſimis oculis non dicā caueri: ſed preuideri vix poſſit. Nō ſolū enim vt cetera vitia in parte carnali / ſed etiā in ſpirituali monachū pulſat ſubtiliori ſe nequitia ingerens monachi menti. ita vt qui non poterunt carnalibus vitijs decipi: ſpūalibus ſucceſſibus acrius ſaucientur. tantoq; eſt pernicioſior ad conflictū: quāto obſcurior ad cauendū. Omniū nāq; vitiorum manifeſtior: apertiorq; eſt congreſſus. ⁊ in vnoquoq; eorū contradictione rigida confutatur incentor: ⁊ inualidior factus abſcedit. victoremq; ſuū deiectus aduerſarius deinceps infirmior attentabit. Hic vero quū ꝓ elatione carnali pulſauerit mentem: ⁊ fuerit reſpōſionis ſcuto repulſus: rurſus vt quedā multiformis nequitia priori habitu perſonaq; mutata / ſub virtutū ſpecie victorē cōfodere ⁊ iugulare contēdit. Etenī cetera vitia ſeu perturbationes vniformes ac ſimplices eſſe noſcuntur. Hec vero multiplex ⁊ multiformis ac varia vndiq; bellatori ⁊ ex omni parte occurrens. Nā ⁊ in habitu ⁊ in forma / in inceſſu / in lectione / in voce / in opere / in vigilijs / in ieiunijs / in oratiōe / in remotione / in ſcientia / in taciturnitate / in obedientia / in humilitate / in longanimitate / militē chriſti vulnerare conatur. Pulchre ſeniores naturā morbi huius in modum ſepe deſcribunt: que vno decoriata tegmine alio rurſum inuenitur inducta. Omnia vitiata ſuperata marceſcunt: ⁊ deuicta per ſingulos dies infirmiora redduntur. Hoc vero deiectū acrius inſurgit ad luctamē. Gala. v. Nolite fieri inanis glorie cupidi. Et Jo. v. Quomodo poteſtis vos credere qui gloriam abinuicem accipitis: et gloriā que a ſolo deo eſt nō queritis? Et Dauid pſ. lij. Diſſipauit deus oſſa eorū qui hoibus placent. Et Gala. j. An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem: chriſti ſeruus non eſſem. xlvij. diſt. c. vlti. Immittit hoc vitiū clericatus gradum ⁊ deſideriū preſbyterij ac diaconij. Quidam ſenex quū ad cellam cuiuſdā fratris cauſa viſitationis veniens oſtio proximaſſet: ⁊ q̄d ageret curioſi⁹ auſcultaret: ita eum reperit huius ſpūs impugnatione pellectū: vt in eccleſia ſeſe credere faceret exhortatoriū plebi ſermonē. rurſumq; mutato officio audiuit cū velut diaconem miſſam cathecuminis celebrantē. Sententia patrū antiquorum hec eſt ad vanam gloriam fugiēdam ſcz monachum debere fugere mulieres ⁊ epiſcopos. neuter enim ſinunt monachum quieti celle operam dare: aut theorie vacare. ¶ Jo. caſſi. ibi vbi ſupra. Hanc beſtiā multiformē tali remedio poterimus euadere. vt cogitātes illud pſ. lij. Diſſipauit deus oſſa ⁊c. primitus nihil propoſito vanitatis ac inanis glorie grā noſmetipſos facere permittamus. deinde ea q̄ bono initio fecerimus: obſeruatione ſimili cuſtodire nitamur. ne oēs laborum noſtrorū fructus poſt irrepens xenodoxie morbus euacuet. Quicquid etiā in conuerſatione fratrū minime cōmunis vſus recipit vel exercet: cum ſtudio tāq̄ iactantie dedicatum declinemus. Et ea que nos poſſunt inter ceteros nobiles reddere: veluti ſolis faciētibus laus apud hoies ſit querenda: vitemus. Quod facillime poterimus euadere: ſi cōſideremus non ſolum fructus laborū noſtrorum nos penitus amiſſuros quoſcūq; xenodoxie propoſito fecerimus: ſed etiam reos magni criminis factos eterna ſupplicia veluti ſacrilegos ſubituros. vtpote qui ad iniuriā dei opus quod eius / vt glorificetur deus. Matth. v. Luc. ij. pſ. cxiij. Nō nobis domine non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. obtentu nos oportuit agere: hominū gratia maluerimus exercere: ab eo qui occultorū eſt conſcius. pſ. ix. Scrutans corda ⁊ renes deus. Ad Heb. iiij. xxxij. di. erubeſcant. xviij. q. ij. pernicioſam. homines deo / ⁊ gloriā mūdi glorie domini pretuliſſe cōuicti. Nilus. Vane glorie paſſio irrationabilis eſt: ⁊ in oī virtutis opere ſe admiſcet. Monachus vane glorie cupidus / ſine mercede operarius. Matth. vj. Sacculus perforatus non ſeruat immiſſum. Et q̄ mercedes congregauit miſit eas in ſacculū pertuſum. Aggei. j. Nec xenodoxia mercedē. Ventus diſſipat veſtigia viri: ⁊ eleemoſynam. j. q. j. vide. glorie vanitatis. Jactus lapidis nō peruenit in celū. ⁊ oratio placentis hominibus non aſcendit ad deum. Occultat theſaurū ſuum vir ſapiens: ⁊ virtutis ſue laborem monachus prudēs. In plateis orat xenodoxia. qui autē impugnat eam ſuū intrat cubiculū. Matth. vj. ſaltem cordis. Occulta in itinere latronū que tua ſunt donec ad supernā ciuitatem peruenias. Vana gloria mētem decidentem corroborat. infirmantē facit incolumē. ⁊ ſenem iuuenem fortiorē. Raucam vocem ſubtiliat. pallētem florere facit. claudū facit currere: ⁊ tecū videre. ¶ Vidi Rome fratrem multis menſibus iacētem in grabato: ⁊ dormitoriū clamoribus infirmitatis concutientē: factū gardianum ſtatim ſtātem ⁊ exilientem ⁊ dolorem nō ſentientem. Claudam ouē vel capram cū tintinnabulo precedere facit gregem hic morbus. quod eſt mirabile in pecude bruta. ¶ Frater Egidius laicus ſoci⁹ beati Franciſci. Propter tentationem inanis glorie nō deſiſtas facere bonum. Si enim agricultor nolens ſemen iacere in terram / diceret intra ſe. Nolo ſeminare hoc ãno. q: ſi ſeminauero: forte venient volucres ⁊ comedent ex ſemine illo. ⁊ ꝓpter hoc non ſeminaret: nō haberet fructū terre ad comedendū. Si aūt ſeminat: licet aliqua de ſemine pereant. tamen maior pars remanebit ei. Sic eſt de illo qui tētatur de vana gloria ⁊ pugnat contra eā. Adde quod ſcripſi ſupra. §. proximo. vero. quidā. ¶ Legitur de beato Bernardo ꝙ quū predicaret: ⁊ a vana gloria tentaretur ꝙ bene predicaret. reſpōdit. Nec ꝓpter te incepi: nec ꝓpter te dimittā. ¶ Dixit abbas Siſoy. Niſi dn̄s glorificauerit homines: gloria que ex hoibus eſt / non diu permanebit. Prouer. xxvij. Ne glorieris in craſtinum: ignoras quid ſuperuētura pariat dies. Laudet te alienus: ⁊ non os tuū. extraneus ⁊ non labia tua. Hiero. Non queras gloriam: ⁊ non dolebis quū inglorius fueris. Qui laudē nō appetit: contumelias nō ſentit. Matth. ix. Videte ne quis ſciat. ⁊. viij. Nemini dixeris. Jo. viij. Ego gloriam meā non quero. Seneca. Cito fit ignominia ſuperbi gloria. Stultiſſimuz eſt temporalē gloriam tranſitoriā querere vnde poſſumus eternam acquirere. Bern. Fidelis ſibimet cuſtos nō tutū arbitratur labijs hominū cōmittere gloriam ſuā. Non tutum plane: ſed ſtultum ibi theſaurū tuū reponere vbi non valeas reſtituere quū volueris. Si ponis in os meū: iam nō in tua ſed in mea eſt voluntate. quū vtiq; pro meo libito vel laudare te poſſim vel derogare tibi. Bern. Hypocrita quid non vis eſſe laudabilis: qui vis vt lauderis? Quid formoſus apparere ⁊ formoſus non eſſe? Bern. Vt quid alieno teſtimonio contentus ſum: cuius nec vituperio reprobus nec laude dignus inueniar? Si ante tribunal veſtrū iudicandus adſtarem: merito de laude veſtra gloriarer. Nūc quū ſolius chriſti iudicio ſim preſentādus: quāte inſanie eſt mei vel alteri⁹ iudicio gloriari. De hoc. xj. q. iij. ſenti. cū c. ſequentibus. Item Bern. Qui cōſcientias ſuas in alienis linguis poſuerunt: modo parui / modo magni / modo nulli iudicantur: prout linguis hominū eos laudare vel vituperare placuerit. Ber. Reuera fidelis famulus es: ſi de multa gloria dn̄i tui nil manibus tuis adherere contingat. Augu. Quas vires nocendi habeat vana gloria non ſentit: niſi ⁊ bellum ei indixerit. quia etſi cuiquā facile eſt

gloꝛiā non cupere quū negatur: difficile eſt tamen ea non delectari quum offertur. Gꝛeg. Aliquantulū facile eſt humanā laudem nō appetere. difficillimū eſt oblatā reſpuere. hoc vitium vincit alia vitia vincentes. Aug. Cauēdum eſt pꝛecipue de vitio quod ſurgit de victoꝛia vitioꝝ. Hiero. Difficilius arrogātia caremus: ꝙ auro ⁊ gēmis. Aug. Sunt qui contemptu inanis gloꝛie vanius gloꝛiātur. ps. lj. Quid gloꝛiaris in malitia? Poeta.

Gloꝛia peccati nulla petenda tibi.

ex de exceſ. pꝛela. ꝙ graue. Pꝛoſper. Quū omnia vitia ſuperauerit homo: manet periculum ne mens bene ſibi cōſcia potius in ſe ꝙ in dn̄o gloꝛietur. contra illud. ij. Coꝛ. x. ibi. Qui gloꝛiatur: in domino gloꝛietur. Hiero. Pꝛima virtus monachi eſt iudicia hominū contemnere. Quū cantoꝛ Pariſienſis in quodā loco pꝛedicaſſet: redeūti occurrēs quidam clericus/ dixit ei. Benedictus ſermo oꝛis tui. de quo vehementer cantoꝛ turbatus eſt. ¶ Remedia contra hoc vitium. Pꝛimum eſt abſconſio. Eſa. xxxj. Erit vir ſicut qui abſconditur. In vitis patrum. Sicut theſaurus manifeſtus cito minuitur: ita virtus quelibet deperit publicata. Gꝛeg. Depꝛedari deſiderat: qui theſaurum publice in via poꝛtat. Figurat̄ hoc Exo. iiij. in manu Moyſi que lepꝛoſa in ſinu curatur. Secundū eſt ſui repꝛehēſio. vt ſupꝛa in. §. pꝛoximo. ij. ꝟ. abbas. In vitis patrum dictū eſt de ſe repꝛehendente ꝙ vbicūꝙ viuere poteſt. Tertiū eſt conſideratio inferni vel purgatoꝛij. vbi eſt ignominia ad puniendam vanam gloꝛiam. Quartū eſt conſideratio gloꝛie eterne. q: ſm Gꝛeg. Uileſcunt tēpoꝛalia: quum conſiderantur eterna. ⁊ ſpernitur falſa gloꝛia: quū penſatur vera gloꝛia. Quintum/ quū offertur homini gloꝛia vel tentatur de ea: det eam deo dicens. ps. cxiij. Nō nobis domine ⁊c̄. ⁊. j. ſed nomini tuo da gloꝛiam. Sic angeli fecerunt. Luc. ij. de cōſe. di. j. hi duo. ⁊. c. poꝛro. Sextū/ quia ſm Hiero. impoſſibile eſt ꝙ ꝗs in vtroꝙ regno appareat gloꝛioſus.

Quib⁹ arceatur vana gloꝛia.

¶ Remedia etiam cōtra ſuperbiam filiam vane gloꝛie ſunt hec. Pꝛimum/ conſideratio melioꝛis. ſicut Elizabeth mater Jo. baptiſte cōparata beate Marie humiliata eſt. Luce. j. Unde hoc vt veniat mater dn̄i ad me? Et Jo. cōparatione ſaluatoꝛis. Mat. iij. Ego a te debeo baptizari ⁊c̄. Gꝛeg. Sicut incentiuum elationis eſt reſpectus deterioꝛis: ita cautela humilitatis eſt conſideratio melioꝛis. ¶ Secundū remediū eſt cohabitatio humiliū. Sicut em̄ qui cōmunicat ſuperbo: induet ſuperbiā. Eccl. xiij. ſic qui cōmunicat humili: induet humilitatem. Odo epiſcopus Parmēſis ſemper ante ſe deſpectioꝛes pauperes in menſa ponebat: ⁊ alios a latere. reꝗſituſꝙ quomodo hoc poterat tolerare: reſpōdit ꝙ quidam nobilis eum docuerat hoc. ſcꝫ Job. v. c. dicens. Uiſitans ſpeciem tuam nō peccabis. ¶ Tertiū eſt cōſideratio ꝓpꝛie conditionis. pꝛimo ſperma. deinde ſaccus ſtercoꝛis. deinde cibus vermiū. Hiero. Quādo ſuperbiat ꝗ ſemꝑ ſecum ſentinā poꝛtat? Eccl'i. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis? ¶ Quartū eſt exemplū chꝛiſti. Aug. Medicina hoīs tumoꝛis eſt humilitas ſaluatoꝛis. Erubeſcat hō eſſe ſuperbus/ quū humilis factus eſt deus. Phil. ij. Ezech. j. Quū fieret vox ſuper firmamentū qđ erat ſuper caput eoꝝ ⁊c̄. dicit Gꝛeg. Sancti quiꝙ quū ipſum ꝙ̄ vnigenitū flagellatū ex ſnīa patris in hoc mūdo conſpiciūt: deponunt ſi ꝗd de ſuis meritis pꝛeſumūt. Nā ſi hinc ipſe ſine flagello nō exijt: ꝗ ſine peccato venit. Jo. viij. quō flagellis digni nō erunt: ꝗ huc cū pctō venerunt? Hiere. xlix. Ecce quibus non erat iudiciū vt biberent calicem: bibētes bibent: ⁊ tu quaſi innocens relinqueris? ¶ Quintū/ cōſideratio vilis ſeruitutis in qua ſuperbus eſt. quia ſeruus diaboli eſt qui eſt rex ſuper omēs filios ſuperbie. Job. xlj. al's penul. ¶ Sextū/ cōſideratio diſtricti iudicij: qđ erit ſpecialiter ad humiliandum ſuperbos. vbi iudicium duriſſimū fiet ijs qui pꝛeſunt. Sap. vj. vbi dn̄s. ps. xxx. retribuet abundanter facientibus ſuperbiā. Eſa. ij. Dies dn̄i exercituū ſuper omnem ſuperbum ⁊ ſuper omnem arrogantem: ⁊ humiliabitur. Hiere. l. Ego ad te ſuperbe (dicit dn̄s exercituū) quia veniet dies tempus viſitatiōis: ⁊ cadet ſuperbus ⁊ coꝛruet ⁊c̄. Eſa. xxviij. Pedibus conculcabitur coꝛona effraim. ¶ Septimū eſt conſideratio infirmitatis noſtre ex parte coꝛpoꝛis ⁊ anime. quū nec poſſimus pulicibus reſiſtere. Aug. Homo dicit tibi conuiciū: ⁊ tumes: ⁊ iratus es. reſiſte ſi potes pulicibus. Bern. Limoſa ⁊ glutinoſa nimis eſt non modo exterioꝛ: verū etiam interioꝛ ſubſtātia noſtra. ⁊ facile coꝛ humanū omnibus que frequētat adheret. ¶ Octauū/ moꝛtis memoꝛia. j. Macha. ij. Gloꝛia impij ſtercus ⁊ vermis. hodie extollitur: ⁊ cras non inuenietur. quia cōuerſus eſt in terram ſuam. Eccl'i. vij. Humilia valde ſpiritum tuum. quoniā vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. ¶ Nonum eſt recoꝛdatio ꝓpꝛij ſceleris. de quo Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. vnde ij. Reg. xvj. quum Semei malediceret ⁊ mitteret lapides contra Dauid: Abiſay dixit regi. Quare maledicit hic canis dn̄o regi meo? vadam ⁊ amputabo caput eius. Sed Dauid memoꝛ cōmiſſi ſceleris cum Berſabee vxoꝛe Urie reſpōdit. Dimitte eū vt maledicat iuxta pꝛeceptū domini: ſi foꝛte reſpiciat dn̄s afflictionem meā: ⁊ reddat mihi bonum pꝛo maledictione hac hodierna. ¶ Decimū eſt aſſiduitas deuote ſubiectionis. vt homo ſemper velit eſſe cū aliquo quē vereatur ⁊ timeat: ⁊ ſub alio frangere pꝛopꝛiā voluntatē diſcat. Jo. vj. Deſcendi de celo: non vt faciā voluntatē meā ⁊c̄. ¶ Undecimū/ contēplatio occulti inſpectoꝛis cui cogitatio hominis confitetur. vt erubeſcamus coꝛam eo elatū aliquid meditari. ps. xv. Pꝛouidebam dominū in conſpectu meo ſemꝑ ⁊c̄. ¶ Duodecimū eſt amoꝛ vilitatis ⁊ exercitatio in operibus ⁊ officijs humilibus. Eccl'i. vij. non oderis opera laboꝛioſa. de peni. diſt. ij. c. j.

¶ Articulus. lxxviij. A

# Liudvitiū peculia

re quoꝛūdam religioſoꝝ noſtri tēpoꝛis eſt hypocriſis que ex vana gloꝛia pꝛocedit. Amās enim humanam gloꝛiā/ ſimulat ſanctitatem. Pꝛedicant aūt religioſi aliqui ⁊ oſtēdunt ſe habere virtutes ꝗbus carent. mūdo in apparētia humiles: in clauſtro ſupbi. extra honeſti: int⁹ multi immūdi. extra tunica vili: intra loculi reconditi. extra puri: intus malitioſi. extra cū ſecularibus ſobꝛij: intus cū fratrib⁹ guloſi. extra cōpoſiti: intus diſſoluti. extra mites: intus furioſi. extra ſimplices: intus maligni. Dicitur autē hypocriſis ab epi ꝙ eſt ſupꝛa ⁊ criſis aurū: quaſi deſup aurat⁹. vn̄ hypocrite ſimulatoꝛes ſunt. q: aliud ſunt: ⁊ aliud oſtentant. ſm Chꝛyſ. Eccl'i. j. Ne fueris hypocrita in cōſpectu hoim. Deut. xxij. Nō indues veſtē lana linoꝙ contextā. ex de elec. cū cauſam. i. non ſis aliud intra/ aliud extra.

Hypocriſis vitiū eſt religioſis peculiare.

¶ A tribus maxime hypocrite cognoſcuntur/ dicit Aug. Pꝛimū eſt bonoꝝ oppꝛeſſio. q: oppꝛimunt bonos: vel perſequēdo factis vel detrahēdo verbis. oēs em̄ hypocrite detractoꝛes ſunt ⁊ inuidi: ſe iuſtificātes ⁊ alios condēnantes. Mat. vij. Hypocrita eijce pꝛimū trabē de oculo tuo. ⁊ Luce. vj. Scđm eſt facilis repꝛehēſio alioꝝ. quā faciūt vt videātur habere zelū. Tertiū eſt impatiētia in aduerſis. ſupꝛa oēs em̄ mouētur ⁊ offendūtur ad contumelias ſibi dictas. Impatiētiſſimi em̄ ſunt quidā capitiati huius tpis: ſicut experiētia cōtinua manifeſtat inter ſeculares ⁊ eos ⁊ adinuicē. Facilius reuera pꝛout cōiter tolleraret vn⁹ ſecularis decē iniurias: ꝙ religioſus hypocrita vnā. querunt nāꝙ gloꝛiam hypocrite: ⁊ ideo dolent ad contumeliam. Unde Hiero. ⁊ dixi ſupꝛa. §. ij. ꝟ. Pꝛouerb. Non queras gloꝛiā. ⁊ non dolebis quū ingloꝛius fueris. Qui laudē nō appetit: nec contumeliā ſentit. Pꝛouer. xix. Doctrina viri per patientiā noſcitur. Quartū pōt addi: ſcꝫ opera que familiariter cū ſocijs aguntur in quibus aliquādo depꝛehēduntur. ſicut eſt verbis ⁊ geſtib⁹ diſſolutis in mulierū cōſoꝛtijs ⁊ alijs operib⁹ carnis. Ephe. v. Que in occulto fiunt ab ipſis: turpe eſt dicere. ¶ Hypocriſis

autem ſm Climacū eſt mater mendacij ⁊ multoties ſup/poſitio ⁊ occaſio. Nil em̄ aliud hypocriſim quidā eſſe de/terminant ꝙ mendacij meditationē ⁊ perpetrationē co/herens ⁊ connexum habens iuramentū. Hypocrita toto corpore mētitur. qđ eſt factis mentiri. xxij. q. v. cauete. vbi dicit Amb. ꝙ mendaciū eſt non ſolum in falſis verbis: ſed etiā in ſimulatis operibus. Deus aūt aſpernator eſt dupli citatis: ⁊ ſimplicem intentionē deſiderat. xxij. q. v. §. ex his oībus. Omnis hypocrita duplici vita viuit. cum corpore eſt in celo. cū anima eſt in terra. Eſt autē hypocriſis amor apparētie ſimulatione virtutis. ſicut dn̄s ait Matth. vj. Omnia opera ſua faciunt vt videātur ab hoībus. Tales omnes mēbra ſunt antichriſti. vnde. ij. Theſſal. ij. Myſte/riū iam operatur iniquitatis. ſ. iniquitas occulta ſub ſpe/cie pietatis. Et eſt hypocrita ſm ſanctos/angelꝰ tenebra/rum transfiguratus in angelum lucis. ij. Cor. xi. xxvj. q. v. epi. ⁊. c. nec mirū. xxix. q. j. §. j. Demonium meridianum. ps̄. xc. A demonio meridiano. Et latro q̄ pependit a ſiniſtris cū domino. Mar. xv. Et martyr diaboli. j. ad Tim̄. iiij. In nouiſſimis tēporibus diſcedent quidā a fide: attendētes ſpiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorū in hypocriſi lo quentiū mēdacium ⁊c̄. Deſcripſi hypocriſim ſupra in pri/ma parte. in. §. firma colūna. ℣. nihil ſic. in ar. lxvij. ¶ Hy/pocriſis ſubauratio dicitur. Hypocrite ſunt ſicut ait apl's ij. ad Timo. iij. ſine affectione/ſine pace/criminatores/in/cōtinentes/immites/voluptatū amatores/magiſꝗ̄ dei/habētes ſpeciem ſanctitatis: virtutem vero abnegantes. Tales veniunt in veſtimētis. i. in habitu religionis/in blā dimento ſermonis/in auſteritate victus. Coloſ. ij. Nemo vos ſeducat volēs in humilitate ⁊ religione angelorum que nō vidit: ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſue. Per dulces ſermones ⁊ benedictiones ſeducūt corda in/nocentiū. ij. ad Timo. iij. Hi ſunt qui penetrant domos: ⁊ captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. intrin/ſecus autē lupi rapaces. Idem Mat. vij. ibi. Attendite a falſis prophetis ⁊c̄. Act. xx. Scio ꝙ poſt diſceſſionem meā intrabunt lupi in vos nō parcentes gregi. Contra hypo/critas Job. viij. Spes hypocrite peribit. ⁊. j. Sicut tela aranearū fiducia eius. ⁊ Job. xiij. Non enim veniet in cō ſpectu eius omnis hypocrita. Et. xv. Cogitatio enim hy/pocrite ſterilis. Et. xx. Gaudiū hypocrite adinſtar pūcti. ſi aſcenderit vſꝗ ad celū ſuperbia eius: ⁊ caput eius nu/bes tetigerit: quaſi ſterquiliniū in fine perdetur. ⁊ qui eū viderant/dicent. Ubi eſt: Velut ſomniū auolans nō inue nietur: tranſiēs ſicut viſio nocturna. Et. xxvij. Que eſt em̄ ſpes hypocrite ſi auare capiat ⁊ nō liberet deus animam eius? Nūquid clamorem eius audiet deus: quum venerit ſuper illū anguſtia? aut poterit in omnipotente deo dele/ctari: ⁊ inuocare deū in omni tēpore? Regnant prelati hy pocrite ꝓpter peccata populi. Job. xxiiij. Qui regnare fa cit hominem hypocritam ꝓpter peccata populi. Et Job xxxvj. Simulatores ⁊ callidi prouocant iram dei. Et Job vlti. Sternet ſibi aurū quaſi lutum. vbi Greg. per aurum intelligit hypocritas. de pe. di. ij. citius. Eſa. xxxiij. Poſſe/dit tremor hypocritas. Et Eſa. ix. Omnis hypocrita eſt ⁊ nequam. Hypocrita ſimilis eſt fimo niue cooperto: qđ eſt exterius candidū: intus fetidū. ⁊ ſepulcro exterius candi do: interius pleno oſſibus mortuoꝝ. Matth. xxiij. Et vaſi exterius mūdo interius ſordido. ⁊ agno albo exterius ni gro in cornibus. ⁊ ligno putrido de nocte lucenti. ⁊ lupo pelle ouina induto. ex̄ de here. vt officiū. §. prouiſo. lib. vj. Et ſicut in ps̄. xliij. dn̄o dicunt ſancti/Quoniā propter te mortificamur tota die. ſic poſſunt dicere hypocrite/Quo/niam cōtra te mortificamur ⁊c̄. Iſte eſt Simon cyrenēſis crucem portans in angaria: ſed nō moritur in ea: q: mun do viuit. Luc̄. xxiij. Hypocrita nūꝗ̄ habet oculum cordis ad deū. vnde nec deus ad eum. Unde ſuper illud ps̄. xxxj. Firmabo ſuper te oculos meos ⁊c̄. dicit gloſſa in perſona dei. Nō auferam oculos meos a te: quia tu ſemper leuas oculos tuos ad me. Hypocrita vix vnꝗ̄ veniam cōſeque/tur. vnde ſuper illud Job. xxxv. Simulatores ⁊ callidi ꝓ/uocant iram dei: neꝗ clamabunt quū vincti fuerint. dicit gloſ. Uincti non clamabunt: quia humane laudis auidi/tate ſuperati ſanctos ſe miſeri etiam cum in peccatis mo riuntur/putant. Sap̄. j. ſpirituſſanctus ſcʒ diſcipline effu/giet fictum. i. hypocritā. In ipſo proprie dormit ⁊ requie/ſcit diabolus: quia thalamus eſt vmbroſus. Job. xl. de pe. diſt. ij. ſi enim. in fine. Nunꝗ̄ hypocrita correctionem reci pit: ſed ſe ſemper defendit. Judic̄. j. Fuit dominus cū Ju/da: nec potuit delere habitatores vallis quia falcatis cur ribus abundabāt. hoc eſt in curribus eorum falces erant que ſibi obuiantia vel aduerſantia ſecabāt. Habitatores vallis hypocrite ſunt. qui ipſos reprehendūt cōuicijs ſcin dunt. ꝓpter quod ſirpo comparatur hypocrita. Job. viij. Nūquid vireſcere poteſt ſirpus. i. iuncus vel carduus? q: carpit ſm Hugui. gloſ. Sirpus intus eſt vacuus cuiꝰ the ca manū ledit. quia hypocrita gratia vacuus eſt: ⁊ corre/ctionem non recipit. ſed ad lacerandam vitam prorūpit. vnde ⁊ in hoc diabolo incorrigibili aſſimilatur. incorri/gibilitas enim peccatū eſt diaboli. vn̄ Eccl'i. xxj. Qui odit correctionem: veſtigium eſt peccatoris. habet enim chara cterē beſtie. i. diaboli. Unde iudeis incorrigibilibus ⁊ hy/pocritis phariſeis ⁊ ſcribis dicit dn̄s. Jo. viij. Vos ex pa/tre diabolo eſtis. de peni. diſt. j. §. hoc idem. ℣. Item vt chri ſtus. Hypocrita fermento cōparatur. Luc̄. xij. Attendite a fermento phariſeorū quod eſt hypocriſis. qđ fermentum expurgādum eſt. j. ad Cor. v. Hypocrite ſimiles ſunt illis pomis pulcherrimis exterius que ſunt prope mare mor/tuū: ⁊ intus ſunt plena fauillis ⁊ cinere. vt no. de peni. di. j. ſed ⁊ continuo. in gloſ. j. Eis proprie loquitur Jo. Apoca. iij. Nomen habes ꝙ viuas: ⁊ mortuus es. Similes cāde/le que ſeipſam cōſumens alios illuminat: ⁊ ipſi continuis cruciatibus mercantur mortē eternam. Matth. vj. Noli/te fieri ſicut hypocrite triſtes. extermināt em̄ facies ſuas. Iſti labijs deū honorant: cor autem eorū longe eſt a deo. Matth. xv. Hypocrite bene ꝓphetauit de vobis Eſaias Eſa. xxix. ¶ Item hypocrita nūꝗ̄ pure cōfitetur. ſed aut peccata velat: aut diſſimulat: aut defendit. Hi ſignantur per Rachel de qua dicit̄ Gen̄. xxxj. ꝙ furata eſt idola pa/tris ſui: ⁊ abſcōdit ea ſubter ſtramentū cameli. Rachel in/terpretatur ouis. quia iſti Matth. vij. veniūt in veſtimen tis ouiū. i. in habitu manſuetudinis ⁊ innocentie. ⁊ furan tur idola patris ſui. i. diaboli. ſcʒ peccata occultando nec ea pure cōfitendo. ⁊ abſcōdunt ſub cameli ſtramine. i. ſub ſpecie obediētie ⁊ bone vite. In nullo peccato hodie qui/dem religioſi tantū credo ꝙ deum offendant quantū in fictis ⁊ hypocritalibus cōfeſſionibus. Vix em̄ aut rariſſi/me aliquis talium cōfitetur niſi per verba generalia. vix vnꝗ̄ aliquod graue ſpecificant. Quod dicunt vna die: di cunt ⁊ altera: ac ſi in oī die equaliter offendant. Vix vnꝗ̄ habent intētionem ceſſandi nec vitam mutādi. De pecca/tis que confitentur/confitentur quedā venialia: vt ſcʒ de ſilentio/de iudicando/de murmurādo/de gula/de ſubita iracundia/de verbis otioſis/de verbo omiſſo vel dictione in officio diuino/⁊ ſimilibus. ſed rariſſime cōfitētur de pe cunia/de inobedientia/de ſuſpecta familiaritate/de odio ad fratrem/de perſecutionibus adinuicem/⁊ diffamatio nibus/de ambitionibus/de hypocriſi ſpecificata malitia declarata/de aſſiduis mēdacijs/de tēporis perditione ꝑ magna parte/de ſuperbia ⁊ inuidia ſpecificata/de gaſtri margia frequentata/de ieiunijs eccleſie cōmendatis et a regula ſine vera neceſſitate fractis/de alijs articulis re/gule qui continēt precepta aut prohibitiones. Adde hic qđ ſcripſi. j. in iſto ar. in. §. ⁊ ve. ℣. ſic quidē. Et ſi iſta crimi na ⁊ ſimilia declarēt ⁊ ſpecificent: rariſſime tn̄ cum ꝓpoſi to dimittendi. qđ eſt ſe iuſtificare ⁊ in hypocriſim tēdere. Vn̄ veraciter ſicut experiētia didici inter fratres ⁊ in offi cio penitētiarie dn̄i pape in quo ſum: puriꝰ ⁊ humiliꝰ ⁊ ve racius incōparabiliter cōfitentur maximi pctōres ſecula/res ⁊ clerici: ꝗ̄ religioſi cōiter hypocritaliter confitētes.

Hypo/critarū cōfeſſio/nes.

Quanto autẽ magis ſunt in oꝛdine literati aliq̃ magiſtri et lectoꝛes ⁊ baccalaurei ⁊ pꝛelati: tanto in cõfeſſionibus ſunt magis ceci. ⁊ hypocritalibus cõfitentur: vt ad literã impleatur in eis illud Jo. ix. In iudiciũ ego veni in hunc mundũ: vt qui nõ vident videant: ⁊ qui vidẽt ceci fiant. ⁊ illud pſ̃. lxviij. Obſcurẽtur oculi eoꝛum ne videãt. xxxvij. di. §. fi. Vere religioſi in cõfeſſionibus ſuis cõmuniter decimant mentam ⁊ anethum. i. cõfitentur aliqua venialia. ſed grauioꝛa legis. i. moꝛtalia ſupꝛa ſpecificata et alia indecimata relinquũt. i. incõfeſſa. culicem colãtes ⁊ glutientes camelũ. Mat. xxiij. Nam pꝛius moꝛtalia ſunt cõfitenda ⁊ delenda: deinde venialia. de pe. diſt. j. tres ſunt actiones. Contra tales cõfeſſiones hypocritales / Aug. in li. de penitẽtia. Penitẽtia eſt quedam dolẽtis vindicta puniẽs in ſe qđ dolet cõmiſiſſe. de peni. diſt. iij. penitẽtia eſt. ij. ⁊. c. ſi apoſtolus. ibi. Jo. viij. Dicit enim dñs / vade ⁊ amplius noli peccare. Non dixit / ne pecces. ſed nec voluntas peccãdi in te oꝛiatur. ⁊. c. penitentiã. ibi. Penitẽtiã quippe agere eſt perpetrata mala plangere: ⁊ plangẽda nõ perpetrare. ⁊. c. ſunt aũt qui dicunt. ibi. Canis reuerſus ad vomitũ ſuum: ⁊ ſus lota in volutabꝛo luti. ⁊. c. penitentes. Penitẽtes: ſi tamen eſtis penitentes: ⁊ nõ eſtis irridẽtes: mutate vitã. ⁊ ibi. Si ergo penites: cur facis que mala feciſti? Si feciſſe peniteat: noli facere. Si adhuc facis: nõ es recte penitens. ⁊. c. irriſoꝛ. Irriſoꝛ eſt ⁊ nõ penitẽs qui adhuc agit quod penitet. nec videtur deũ poſcere ſubdit⁹: ſed ſubſannare ſuperbus. cũ alijs. c. ſe. vſq; ad. §. ſed verba. ¶ Item Amb. loquens de penitẽte. de peni. di. j. ſunt qui arbitrantur. ibi. Seipſum homo abneget: ⁊ totus immutetur. Itẽ taciturnitas peccati ex ſuperbia naſcitur coꝛdis. ſm̃ Gratianũ. Ideo enim / ſm̃ eũ / peccatum ſuũ quiſq; celare deſiderat: ne iniquitas ſua alijs manifeſta fiat. ne talis reputetur apud homines foꝛis: qualẽ ſe iamdudũ exhibuit diuino cõſpectui. quod ex fonte ſuperbie naſci nulli dubiũ eſt. Species enim ſuperbie eſt: eũ ſe velle iuſtũ videri qui peccatoꝛ eſt. atq; hypocrita cõuincitur: qui ad imitationẽ pꝛimoꝛũ parentum vel tergiuerſatione verboꝛũ peccata ſua leuigare cõtendit: vel ſicut Cayn peccatũ ſuum reticendo penitus ſuppꝛimere querit. Gen. iiij. de peni. diſt. j. §. ex his nãq;. ꝟ. Cayn. ibi. quia ſuperbus peccatũ ſuũ confiteri noluit ⁊c. Ubi autẽ ſuperbia regnat vel hypocriſis: humilitas locũ habere non valet. Sine humilitate vero alicui veniã ſperare nõ licet. nec ergo vbi eſt taciturnitas cõfeſſionis: venia ſperãda eſt criminis. de peni. diſt. j. §. cũ ergo vt ex pꝛemiſſis. ad fi. diſt. De hypocriſi confeſſionem diuidentiũ vel celantium peccata. de peni. di. v. c. j. ad fi. ꝟ. quedã enim. Uni celant que alijs manifeſtanda cõſeruãt quod eſt ſe lauare ⁊ ad hypocriſim intendere. Tales etiã hypocrite qualibet die maxime quũ celebꝛant: longas faciunt cõfeſſiones de quotidianis venialibus: credentes ſe per verba iuſtificare ⁊ purgare. ſed verba nõ purgãt: ſed gemitus / ſuſpiria / doloꝛ / ⁊ lachꝛyme. de pe. diſ. j. in pꝛinci. ⁊. §. hoc idẽ. Magdalena ad pedes dñi ploꝛãs nõ loquebatur. ſed planctus eã purgauit: nõ lingua. Luc. vij. Contra hypocritas Aug. Simulata ſanctitas / duplex iniquitas. Et Sapiens. Nulle ſunt occultioꝛes inſidie: q̃ que latent ſub ſimilitudine officij. Aug. contra hypocriſim religioſoꝛũ non ſeruantiũ pꝛofeſſionem ſuã ſed ſimulãtium. Malui enim cecos habere vel claudos: q̃ plangere moꝛtuos. quicũq; eñ hypocrita eſt: moꝛtuus eſt. xij. q. j. nolo. ⁊. c. certe. ibi. Malũ eſt cadere a ꝓpoſito. ſed peius eſt ſimulare pꝛopoſitũ. ⁊ ſupꝛa ibi. Nolo habere hypocritas.

Hypocritarũ cõfeſſiones.

¶ B Tres ſunt ſpecies hypocriſis. Una eſt / quãdo coram hominibus bonum facit: ⁊ in occulto malũ. Scđa / quãdo in occulto ⁊ in manifeſto bonũ facit intẽtione placendi hoĩbus. Tertia / quando aliquis minoꝛem hypocriſim non incurrit: vt incidat in maioꝛẽ. vt quũ aliq̃s interrogatur an ieiunet. reſpõdet deus ſcit. vt dicat̃ hypocrita nõ eſt. Cõtra hypocritas narrat Greg. in dialogo de fratre ſimulãte ieiunare coꝛã fratribus: ⁊ in occulto comedebat: q ad moꝛtẽ veniens adſtantibus fratribus dixit (intelligo abſq; cõtritione ⁊ gemitu nõ periſſet. de pe. di. j. §. hoc idẽ). Quãdo me vobiſcũ ieiunare credebatis: occulte comedebã. ⁊ nũc ecce ad deuoꝛandũ datus ſum dꝛaconi qui cauda ſua mea genua pedeſq; colligauit. caput vero ſuũ intra os meũ mittens ſpiritum meũ ebibẽs abſtrahit. Quibus dictis ſtatim defunct⁹ eſt. Quidã frater magne ſanctitatis reputatus / venit ad moꝛtem. dicebant illi de patria / Si hic moꝛitur: oẽs moꝛimur. quia per eum pꝛeſtat nobis deus panẽ ⁊ aquam. Facta aũt hoꝛa exitus illius / vidit quidam ſanctus tartareũ inferni deſcendẽtem ſuper ſolitariũ illum moꝛientẽ / habentẽ tridentem igneũ ⁊ audiuit vocem dicentẽ ſibi / Anima iſta non me fecit requieſcere neq; per vnã hoꝛam in ſe: ſic neq; tu miſerearis eius euellẽs eam. Deponẽs igitur tartareus ille quẽ tenebat igneũ tridentem in coꝛde ſolitarij per multas hoꝛas toꝛquens eum abſtraxit animã eius. Non ergo ſaluat nomen: ſed res.

Hypocriſis triplex.

¶ Item contra hypocritas. Mat. vj. Quũ ergo facis eleemoſynã: noli tuba canere ante te ſicut hypocrite faciunt in ſynagogis ⁊ in vicis vt honoꝛificentur ab hoĩbus. Chꝛyſ. Ponit aũt tria foꝛtia bona. i. eleemoſynam / oꝛationẽ / ⁊ ieiuniũ / contra tria mala aduerſus que dñs tẽtationis bellum ſuſcepit. Mat. iiij. Mar. j. Luc. iiij. Pugnauit enim ꝓ nobis cõtra gulã in eremo: cõtra auaritiam ſupꝛa mõtem: contra vanã gloꝛiam ſupꝛa templũ. Eſt ergo eleemoſyna que diſpergit contra auaritiam. de peni. di. j. quãobꝛem. c. medicina. c. medicamentũ. que congregat ieiuniũ. de cõſe. diſt. v. contraria. c. nihil. contra gulam quia eſt ei contrariũ. Oꝛatio vero cõtra vanam gloriã. qꝛ quũ omne malum ex malo naſcatur. Mat. vij. ſola vana gloꝛia de bono pꝛocedit. ideo non deſtruitur per bonũ aliquod: ſed magis nutritur. Nullũ ergo remediũ poteſt eſſe cõtra vanam gloꝛiã: niſi oꝛatio ſola. ⁊ ibi cauenda vana gloꝛia. vt. j. ꝟ. ſe. Quũ facis eleemoſynã. Amb. Omis autem ſumma diſcipline chꝛiſtiane in miſericoꝛdia ⁊ pietate eſt. Noli tuba canere. Tuba aũt ſm̃ Chꝛyſ. eſt omis actus vel ſermo per quem operis iactantia demõſtratur: puta q̃ facit eleemoſynã quando aliquẽ videt pꝛeſentem: vel intercedẽte aliquo: aut honeſtioꝛi perſone que poteſt retribuere. alias aũt nõ facit. Sed ⁊ ſi in loco ſecreto fecerit: eo ꝓpoſito vt laudabilis videatur: tuba eſt. Hierony. Qui aũt tuba canit eleemoſynam faciens: hypocrita eſt. Et ideo ſubdit. Sicut hypocrite faciũt. gloſ. Foꝛſitan cõuocando hoc faciebãt vt omnes irent quaſi ad ſpectaculũ. Iſido. Nomen hypocrite tractũ eſt a ſpecie eoꝝ qui in ſpectaculis cõtecta facie incedũt: diſtinguentes vultũ vario coloꝛe: vt ad perſone quã ſimulant perueniant coloꝛẽ. modo in ſpecie viri: modo in femine: vt fallant populum dum in ludis agunt. Aug. in ſermone de mõte dñi. Sicut ergo hypocrite. i. ſimulatoꝛes tãq̃ imitatoꝛes perſonarũ aliarũ agunt partes: illi nõ ſunt. Non eñ qui agit partes Agamẽnonis: vere ipſe eſt: ſed ſimulat eũ. ſic ⁊ in eccleſijs ⁊ in omni vita humana quiſquis ſe vult videri qđ nõ eſt: hypocrita eſt. Simulat enim ſe iuſtũ. nõ exhibet. quia totum fructũ in laude hominũ ponit. Greg. Sciendũ vero eſt q ſunt nõnulli qui ⁊ ſanctitatis habitum tenẽt: ⁊ perfectionis meritũ exequi non valent. quos nequaq̃ credẽdum eſt intra hypocritarum numerũ currere. quia aliud eſt infirmitate aliud callida ſimulatione peccare. Augu. Tales autem qui ſimulatione peccant: ab inſpectoꝛe coꝛdis deo mercedem nõ capiũt: niſi fallacie ſupplicium. Et ideo ſubditur. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. Hiero. Nõ dei mercedem: ſed ſuã. Laudari eñ ſunt ab hominibus quoꝝ cauſa exercuere virtutes. Itẽ Mat. vj. Et quũ oꝛatis: non eritis ſicut hypocrite qui amant in ſynagogis ⁊ in angulis plateарũ ſtantes oꝛare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuã. Chꝛyſ. ſuper Mat. Eſt aũt oꝛatio quaſi quoddã ſpũale tributũ quod anima offert deo de viſceribus ſuis. quanto ergo gloꝛioſioꝛ eſt: tanto cautius eſt ſeruanda: ne

Orandi modus.

propter homines facta vileſcat. Item Chryſ. in homilia hypocritas vocat/ qui deū ſe fingētes orare: homines circūſpiciunt. Et ideo ſubdit. Qui amāt in ſynagogis orare. Chryſ. ſup Matth. Puto autem nō ad locū hoc refert dñs: ſed ad propoſitū orantis. In conuentu eñ fidelium orare laudabile eſt, ſicut dictū eſt in ps̄. xxi. In medio eccleſie laudabo te. ⁊ in ps̄. xcij. Domū tuam decet ſanctitudo dñe. ex de cele. miſ. dolentes. de immu. ec. decet. vj. li. de cele. miſ. graui. in clemē. ps̄. xxv. In eccleſijs benedicā te domine. Qui ergo ſic orat vt ab hoibus videatur: nō deum aſpicit: ſed hoies. ⁊ ideo quantū ad propoſitū ſuum/ in ſynagoga orat. Quū autem orantis mens ſolū aſpicit deū: q̄uis in ſynagoga orat: tñ apud ſe in ſecreto videtur orare. Sequit. Et in angulis platearum. vt videantur abſcōſe orare. ⁊ ſic dupliciter laudētur. ⁊ quia orant: ⁊ q: abſcōſe orant. Eo ergo ꝓpoſito in cōuentu vetat orare vt a cōuentu videātur. vñ ſubditur. Ut videantur ab hominib⁹. Orans ergo nihil nouū faciat qd̄ aſpiciant hoies: vel clamando/ vel pectus percutiēdo/ vel manus expandendo. Aug. Non ergo videri ab hoibus nefas eſt. ſed ideo agere vt ab hoibus videaris. Chryſo. A vana eñ gloria erui vbiq3 bonū eſt. maxime aūt in oratione. Si enim ſine hac cogitationibus circūferimur: vt ad orandū ingreſſi fuerimus hanc habētes egritudinē/ qualiter intelligemus ea que a nobis ꝓferūtur? Tu autem quū oras intra in cubiculum tuum ⁊c̄. Chryſ. Ut nemo ſit ibi: niſi qui orat/ ⁊ ille quē orat. Teſtis enim orantē grauat: nō adiuuat. Cyprianus. In abditis etiā locis orare magis conuenit fidei. vt ſciamus dñm vbiq3 eſſe preſentē: ⁊ maieſtatis ſue plenitudine occulta. xxviij. q. ij. pernicioſam. penetrare. ¶ E Et clauſo oſtio ora patrē. Idem poſſumus autem intelligere oſtiū domus os corporis. vt non clamoſa voce oremus dominū: ſed tacito corde: ꝓpter tria. Primo/ q: deus non voce clamoſa pulſandus eſt: ſed conſcientia recta placandus. de cōſe. diſt. v. nō mediocriter. ⁊ di. iiij. ſi non ſanctificatur. xxxviij. di. ſedulo. qui eſt cordis auditor. xv. q. vj. c. j. Secūdo/ quia ſecretas petitiones tuas non oportet alterū ſcire: niſi te ⁊ deum. Tertio/ quia clamoſe orans alterū iuxta te nō permittis orare. Jo. caſſi. in. ij. lib. de canonico orationū modo. Illum vero qui cōſtitutus in tepore mētis cum clamore ſupplicat: dupliciter peccare pronuntiat. Primo ꝙ orationis ſue reus ſit. ꝙ eā videlicet negligenter offerat. Secūdo ꝙ indiſciplinato ſtrepitu alterius q̄3 qui forſitā attētius orare potuit intercipit ſenſum. Item et Mat. vj. Quū autem ieiunatis: nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Chryſ. Sciebat enim dñs vanam gloriam ex omni bono opere procedere. Ideo ſpinā vane glorie que naſcit in terra bona/ iubet precidere: ne ſuffocet. Luc. viij. ieiunij fructū. Non aūt poteſt fieri vt non ſentiat qui ieiunat. ſed melius eſt vt ieiunium te oſtendat ꝙ tu ieiunium tuū. Non aūt poteſt fieri vt ſit hilaris: quia ieiuniū triſtat carnem. ps̄. cviij. Caro mea immutata eſt ꝓpter oleum. q̄ ieiunat. Ideo nō dixit/ Nolite eſſe triſtes. ſed nolite fieri. Qui eñ per impoſturas aliquas pallentes apparent: illi nō ſunt triſtes: ſed fiunt. Qui aūt naturaliter ꝓpter aſſiduū ieiunium triſtis eſt: nō ſit triſtis: ſed vere eſt. Idē no. ſupra eo. §. ſpecies acidie. ℞. Item ſuper illud. in ar. lxxv. Itē idem. Si ergo q̄ ieiunat ⁊ triſtē ſe facit hypocrita eſt: quanto magis iniquior eſt/ qui nō ieiunat: ſed argumentis quibuſdā in facie ſua pingit venalem pallorē quaſi ieiunij ſignum? Itē Matth. vij. Quid autē vides feſtucam in oculo fratris tui: ⁊ trabem in oculo tuo non vides? ⁊. j. Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo. Aug. Quidam temere iudicāt de incertis. xj. q. iij. graue. xxx. q. vlti. incerta. ⁊. c. nullū. Et facile reprehendūt: q̄ magis amant vituperare ⁊ damnare ꝙ emendare atq3 corrigere. quod vitium vel ſuperbia eſt vel inuidētia. Hiero. De ijs loquitur qui quū mortali crimine detineātur obnoxij. de peni. diſt. vj. c. j. ℞. in hoc itaq3. minora peccata fratribus nō concedūt. Item Chryſ. Multi hoc faciūt: qui ſi viderint monachum ſuperfluū veſtimentū habentem: aut copioſiori cibo potitū: amari ſunt accuſatores quotidie ipſi rapientes ⁊ crapula potientes. xxvj. diſ. vna. vj. q. j. ſacerdos. Itē Aug. Accuſare enim vitia officium eſt bonorū. quod quū mali faciunt: alienas partes agūt. ſicut hypocrite qui tegunt ſub perſona quod ſunt: ⁊ oſtēdunt in perſona quod nō ſunt. Et Luc. vj. Hypocrita eijce primum de oculo tuo ⁊c̄. vbi Cyrillus. Uidelicet teipſum primū mūdum oſtendas a magnis peccatis: ⁊ conſequenter cōſules proximo modica comittēti. vj. q. j. ſacerdos. Et Baſilius. Uidetur enim reuera cognitio ſui ipſius grauiſſimū omniū. Nec enim ſolū oculus exteriora vidēs ſuper ſe viſu nō vtitur: ſed ⁊ ipſe noſter intellectus quū alienū velociter cōiectat peccatū: lentus eſt erga propriorū perceptionē defectuū. Et ſequitur in Luca. Non eſt eñ arbor bona que facit fructus malos ⁊c̄. Beda. q. d. Si veram ⁊ nō fictam vis habere iuſtitiā: que verbis oſtētas/ etiam factis cōpenſa. quia etſi ſe bonū fingat hypocrita: non eſt bonus. Item Mat. xxiij. Super cathedrā Moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei. Contra hypocritas clericos ⁊ religioſos maxime loquit ibi dñs. quorum ſtatus eſt hodie ⁊ cōditio/ vt ſint in eccleſia dei doctores: qui ad literā dicunt ⁊ predicant ⁊ non faciunt. Matth. xxiij. xix. diſt. ſcd̄m. Eorum iuſtitia in verbo eſt: ⁊ non in opere. Graues leges cōſtitutiones cōdunt ⁊ iubent ipſi primi preuaricatores earū. x. diſ. iuſtū. Orige. ibi. Quid eſt autē illo doctore miſerabilius: cuius vitā diſcipuli quū nō ſequuntur ſaluātur: quū imitantur perdūtur? Et ſequit ibi. Dicunt enim ⁊ non faciunt. Mat. xxiij. Chryſ. in homil. Maxime eñ accuſatione dign⁹ eſt: qui doctrine authoritatē habens/ legē tranſgreditur. ⁊ maxime quia plus corrūpit velut in ordine doctoris peccans. xj. q. iij. p̄cipue. ex de voto. magne. ad hoc. xl. di. multi. Sequit. Alligant onera importabilia ⁊c̄. xxvj. q. vij. alligant. Sequitur. Omnia eñ ſua opera faciūt vt videantur ab hominib⁹. Chryſ. in homil. Renaſcitur qd̄ ipſam extermínat. ſicut ex ligno vermis ⁊ ex veſtimēto tinea. vnde ſacerdotū myſterium qui poſiti ſunt ad edificationē ſanctitatis/ corrūpere diabolus nititur: vt hoc ipſum bonū dū ꝓpter hoies ſit/ fiat malū. Tolle hoc vitiū de clero: ⁊ ſine labore omnia alia vitia reſecabis. Ex hoc eñ fit/ vt difficile clerici peccātes penitentiā agant. ſupple quia non dolent de peccato. ſed de gloria quā apud homines perdiderūt. de peni. diſ. j. quis aliquādo. poſt. c. menſuram. Sequitur. Amant eñ primos accubitus ⁊c̄. Hodie nedū clerici ſeculares ſed religioſi quidā magiſtri ⁊ lectores ⁊ predicatores ⁊ prelati eorū amant ⁊ procurant primos accubitus in eorū foreſtareis ⁊ hoſpitijs: ⁊ primas ſedes in choro: ⁊ reuerentiā ſibi fieri ab alijs fratribus: ⁊ eligi ab eis ꝓ honoribus ⁊ prelationib⁹. ⁊ quoſcūq3 eis talia denegantes perſequuntur ⁊ tribulant. ¶ D Unde cōtra tales vere hypocritas phariſeos. i. religioſos ⁊ ſcribas ſc3 clericos doctores ⁊ cōmentatores octo ve in eodē. c. Matth. xxiij. ſequūtur. Et primū ve ſequitur. Ue autem vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite: qui clauditis regnum celorū ante homines. vos enim non intratis: nec introeuntes ſinitis intrare. Orig. Sicut pater increpans filium/ profert verba maledictionis: nec tamen vult illū dignū fieri maledictionibus illis: ſed magis ab eis diuertere: ſic ⁊ chriſtus imprecatur ve hypocritis quod ab eis vult auertere. Chryſ. Regnū celorum dicuntur ſcripture. iuxta illud Mat. xxj. Auferetur a vobis regnū. i. lex et ſcripture. xxiij. q. vij. c. ij. Claucularij aūt ſunt ſacerdotes: quibus creditū eſt verbum docēdi ⁊ interpretādi ſcripturas. Clauis aūt eſt verbum ſciētie. xx. di. §. j. ſcripturarū: per quam aperitur hominibus ianua veritatis. Adapertio autē. xliij. diſt. c. j. eſt interpretatio vera. Uide aūt quia non dixit/ ve vobis qui aperitis. ſed/ qui clauditis. Ergo nō ſunt ſcripture clauſe: licet ſint obſcure. ſed ſacerdotes ⁊ p̄dicatores hodie ſcripturas claudunt. quia aut per ignorantiā aut per timorē aut per adulationē non aperiunt auditoribus. xj. q. iij. nō ſolum.

Hypocritarū octo ve.

ſolum.veritatē.xliij.diſt.ſit rector.Orige.Omnes qui ma
la conuerſatione ſua dant exēplum peccandi in populo: ⁊
qui faciunt iniuriam ſcandalizantes puſillos.Mat.xviij.
claudere vidētur ante homines regnum celorum.Et hoc
peccatum inuenitur quidem in popularibus: maxime au/
tem in doctoribus qui docent quod decet ſm̄ iuſtitiā euan
gelij homines:non autē faciunt.ſ.q.j.non quales. que do/
cent.Bene autem viuentes bene et docentes aperiūt an/
te homines regnū celorum.et dum ipſi intrant:alios pro/
uocant introire. Sed multi non permittunt intrare in re/
gnum celorum intrare volētes:quando ſine ratione excō/
municāt quoſdam propter aliquem zelum: et meliores q̄
ſunt ipſi.Et ipſi quidem non permittunt eos introire. Il/
li autem qui ſobrij ſunt mente:ſua patientia tyrannidē ip/
ſorum vincentes: q̄uis vetiti/tamen intrant et hereditāt
regnum.vide.xj.q.iij.§.de his inquam.cum.vij.c.ſeq.Sed
et qui cum multa temeritate ſeipſos dederūt ad profeſſio
nem docendi prius q̄ diſcerent.lxj.diſt.miſerum. et iudai/
cas fabulas imitantes detrahunt eis qui in ſcripturis ea
que ſurſum ſunt requirunt: claudunt quantum ad ſe ante
homines regnū celorum.Idem ve ponitur Luce.xj.quod
ponitur Mat.xxiij.vnde ibi ſequitur.Et vobis legiſperi/
tis ve: quia oneratis homines oneribus que portare non
poſſunt.et ipſi vno.xvj.q.vij.alligant.digito veſtro nō tā
gitis ſarcinas.et precedit in prin.xj.c.Luce.Magiſter hec
dicens etiam nobis contumelias facis.Beda.O miſera
conſcientia: que audito dei verbo ſibi contumeliā fieri pu
tat: et cōmemorata pena perfidorum ſe ſemper intelligit
eſſe damnandam. Optimū verbum contra religioſos no
ſtri temporis qui predicant vitia aliorum: et nullum in
genere verbū contra ſe audire volunt in predicationibus
ac ſi ſint impeccabiles:et tamen chriſtus publice plus con
tra phariſeos et ſcribas q̄ cōtra populum in ſuis predica
tionibus inuehebat.vt patet Mat.xxiij.in.viij.ve. que in
iſto.§.expono.q: plus in hypocriſi offendebant et in alijs
peccatis ſpiritualibꝰ. ſicut et hodie in religioſis et clericis
contingit.xxiiij.q.vlti.transferūt.Teſtis eſt mihi conſcien/
tia et chriſtus:et aliqua pars mundi/quantas tribulatio/
nes paſſus ſum in religione: et poſt q̄ fui epiſcopus a reli
gioſis et clericis frequentiſſime tangens eos generaliter
predicationibus meis.Hypocriſis enim ſuperbiſſima nul
lo modo vult tangi: quia incorrigibilis eſt.licet alios cor/
rigat incorrecta.ſed ve talibus.Prouerb.xv.Qui increpa
tiones odit/morietur. Tales ſimiles ſunt diabolo incorri
gibili.Eccli.xxj.Qui odit correctionem:veſtigium eſt pec/
catoris.i.habet characterem beſtie.i.diaboli. ⁊ adde.ſ.eo.
§.ver.tertium. Theophilus. Erant autem alij legiſperiti
a phariſeis.nam phariſei diuiſi ab alijs videbantur. legis
autem periti ſcribe erant et doctores legis queſtiones ſol
uentes.Item Theophilus.Quoties doctor facit que do
cet:alleuat faſcem:tradens ad exemplum ſeipſum. quan/ Hypo/critarū octo ve.
do vero nil agit eorum que dicit:tunc graues faſces vidē/
tur eis qui doctrinam ſuſcipiunt:vtpote qui nec a doctore
poſſunt portari.Greg. Tales quoq; modo ſunt plures iu
dices ſeueri peccātium/et debiles agoniſte intolerabiles
legiſlatores et debiles portitores.xxvj.q.vij.alligant. nec
appropinquare volentes nec palpare vite honeſtatē quā
irremediabiliter exigūt a ſubiectis.¶ Itē ſcdm ve Mat.
xxiij.Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̇ comeditis do
mos viduarū:orationes lōgas orātes.ꝓpter hoc amplius
accipietis iudiciū.Chryſ. Dn̄s ſcribas ⁊ phariſeos de gu/
la reprehēdit.et(qđ deterius eſt)qm̄ nō a diuitibus/ſed a
viduis accipiebāt vnde ventrē implerēt: ⁊ illarū inopiam
cōterebāt quā releuare oportebat. gloſ.ſ. Qui veſtra ſup/
ſtitione nihil intenditis: niſi vt predicta de ſubiecta plebe
faciatis.Itē Chryſ.Sexus aūt mulierum incautus eſt:q:
nō oia que videt aut vidit: cū ratione cōſiderat. Mollis
etiā eſt:q: de facili flectitur:vel de malo ad bonum: vel de
bono ad malū.Virilis aūt ſexus ⁊ cautior et durior eſt: p/
pterea ſimulatores ſanctitatis circa mulieres maxime ne
gotiantur:q: nec intelligere eorū ſimulationes pñt: et faci
le ad eorū dilectionē inclināur religionis cauſa. Precipue
tn̄ circa viduas negotiātur. primo quidē q: mulier nō faci
le decipitur habēs conſiliariū virum: deinde de facultati/
bus ſuis nō facile aliquid dant: quū ſint in poteſtate viri.
Propterea ergo dn̄s dum iudaicos ſacerdotes cōfundit:
chriſtianos monet ne viduis mulieribus amplius cōmo/
rentur q̄ ceteris:q: etſi voluntas mala nō fuerit: tn̄ ſuſpi/
tio mala eſt: et ab omni ſpecie mala abſtinere oportet.ſ.
Theſſa.vlti.ex̄ de vi.et hone.cleri.cū ab omni.Orationes
longas ⁊c.Chryſ. in homil. Quicūq; enim malū facit:di/
gnus eſt pena. ſed qui a religione cauſam accipit malitie
vel nequitie:grauiori eſt obnoxiꝰ pene. Propter hoc am/
plius accipietis iudiciū. Primū ꝓ eo q̄ eſtis iniqui. Alte/
rum pro eo q̄ figmentū accipitis ſanctitatis.Auaritiā em̄
veſtrā religionis colore depingitis:et quaſi preſtatis dia/
bolo arma dei: vt ametur iniquitas: dū pietas exiſtimat.
¶ Item Mar.xij.in fi.ibi.Qui deuorāt domos viduarū
ſub obtētu prolixe orationis: ij accipiūt prolixius iudiciū.
vbi Beda. Non ſolū ſcribe ⁊ phariſei laudes ab hoibus/
verum etiā pecunias querunt.Sunt enim qui ſe iuſtos ſi/
mulantes a peccatorū ſuorū cōſciētia turbatis/quaſi patro
ni pro eis in iudicio futuri/pecunias accipere nō dubitāt:
et quum porrecta manus pauperi preces iuuare ſoleat:il/
li ob hoc maxime in noctibus pernoctāt vt pauperi num/
mum tollant.Ibi etiā Theophilus.Accedebant autē ſcri
be ⁊ phariſei ad has mulieres que ſine ꝓtectione viri ma
nebant:quaſi earū fierēt protectores: et ſimulatione ora/
tionis ⁊ habitu reuerentie ⁊ hypocriſi viduas decipiebāt:
et ſic deuorabant diuitū domos. Ij accipient prolixius iu
dicium.ſ.q̄ ceteri iudeorū peccantiū.Idem Luc.xx.in fine.
ibi.Qui deuorāt domos viduarū ſimulātes longam ora/
tionem.Chryſ. Ingurgitātes etiā ſe viduarū paupertatē
atterunt:non qualitercūq; comedentes/ſed deuorātes ⁊
ad prauitatē orationibus vtentes: qđ grauiori pene facit
eos obnoxios.Sequitur ibi. Ij accipiēt damnationē ma/
iorē.Theophilus. Quia nō ſolū mala faciūt:ſed ⁊ oratio
nes pretendunt: ⁊ virtutē faciunt prauitatis excuſationē.
viduas etiā depauperāt: quarū oportebat miſereri. lxxxj.
diſt.c.penul.et vlti.lxxxvij.diſt.c.j. ex̄ de foro cōpe.ex parte.
His ſuccedunt hodie religioſi maxime mēdicātes preſer/
tim viduas deuorantes:et cū ficta religione eas depaupe
rantes:dū ob ſui preſentiā eas cogunt expendere.Beda.
Vel quia laudes ab hoibus et pecunias querunt: maiori
dānatione plectūtur. ¶ Tertiū ve.Mat.xxiij. Ve vobis
ſcribe ⁊ phariſei hypocrite qui circūitis mare ⁊ aridam:vt
faciatis vnum proſelitū. et quū fuerit factus: facitis eū fi/
lium gehēne duplo q̄ vos.Hilarius. Proſeliti ſunt ex gē
tibus in ſynagogam recepti. Itē Hiero. Scribe et phari/
ſei totum luſtrantes orbē id ſtudij habebant de gentibus
facere proſelitū.i. aduenā circūciſum miſcere populo dei.
Hugui. Proſelitus.i. aduena circūciſus qui miſcebat po/
pulo dei.a pro quod eſt procul/et ſalio:quaſi procul ſaliēs
a populo in populū.Chryſ.Nō aūt propter miam volen/
tes eū ſaluare quē docebāt:ſed aut propter auaritiā vt ad
ditis in ſynagoga iudeis ſacrificiorū adderet oblatio: aut
propter vanam gloriā:aut propter bona eorū. Qui enim
ſeipſum mergit in gurgitē peccatorū:quomodo alterū de
pctis velit eripere: Nūquid magis miſericors pōt aliquis
alteri eſſe q̄ ſibi:de peni.diſt.iij.q̇ vult.Ex ipſius ergo acti
bus oſtēditur qui ꝓpter deū aliquem vult cōuertere/aut
propter vanitatē.¶ Itē Grego.xxj.mora.Qui vocantur
hypocrite:q̄uis ꝑuerſa ſemꝑ operētur:loqui tn̄ recta non
deſinunt. bene loquēdo quidē in fide vel cōuerſatione fi/
lios pariunt: ſed eos bene viuendo nutrire nō pñt.Quā/
to em̄ ſe libentius terrenis actibus inſerūt:tāto negligen
tius eos quos generant agere terrena pmittūt. Et q: ob/
duratis cordibꝰ viuūt:ipſos etiā quos generāt filios nul/
la pietate debita amoris agnoſcūt. vnde ⁊ hic de hypocri
tis dicit.Et quū fuerit factus:facitis eū filiū gehenne du/

plo ꝙ vos. Augu. Quia eoꝝ moꝛes imitatur. Filius ergo
gehēne: nō quidē verba legis audiēdo ⁊ ſe in deū cōuertē-
do: ſed eoꝝ ſectam ſectando. Propterea aūt duplo ꝙ illi:
q: hoc negligebat implere qđ ꝓpꝛia volūtate ſuſceperat:
nō ex iudeis natus/ſed ſpōte. xxij. q. iij. pꝛeſens. iudeus fa-
ctus. Hiero. Uel quia qui dū eſſet gētilis ſimpliciter erra-
bat: ⁊ erat ſemel filius gehēne: videns magiſtroꝝ vitia/et
intelligēs deſtruere eos opere qđ verbo docebāt: reuerti-
tur ad vomitū ſuū. Pꝛouer. xxvj. ij. Per. ij. de peni. diſt. iij.
ſunt qui dicūt. et gētilis factus quaſi pꝛeuaricatoꝛ vel apo
ſtata. de pe. diſt. ij. penā. xij. q. j. ſcimus. maioꝛi pena dignus
erat. Chꝛyſ. Quum eñ virtuoſus fuerit magiſter: diſcipu
lus imitatur. xxiiij. q. j. cū beatiſſimus. Quū aūt fuerit ma-
lus: ſuperexcedit filius malū magiſtri addēs malo ſuo. xx.
q. iij. pꝛocliuis. xij. q. j. c. j. Filius aūt vocat̃ gehenne: quō fi-
lius. ij. Theſſa. ij. perditionis: et filius huiꝰ ſeculi. Luc. xvj.
Unuſquiſqꝫ eñ cuius opera facit eius filius appellatur.
Jo. viij. de pe. di. j. §. hoc idē. ver. itē vt chꝛiſtus ait. Sic ho-
die inter religioſos quoſdā cōmuniter fit. Circūeunt ciui-
tates ⁊ loca: vt faciant vnū nouitiū: maxime mēdicantes.
et quū fuerit factus pꝛofeſſus: peioꝛ eſt illis qui eū recepe
runt: eoꝝ vitia imitādo ⁊ ſua addēdo: q: in iſto tēpoꝛe hy-
pocritali oꝛdines de die in diē amplius relaxātur: et qui in
ſoꝛdibus ſunt: ſoꝛdeſcant adhuc. Apoc. vlti. Qui in ſoꝛdi
bus eſt: ſoꝛdeſcat adhuc. xlvij. diſt. quārūlibet. Quāta erit
pena decipientiū maxime religioſoꝝ mendicantiū. contra
quos ex̃ de regu. is qui. ⁊. c. nō ſolū. lib. vj. hoīes mūdi ma-
xime pueros ⁊ adoleſcētes faciendo eos pꝛomittere regu
lā quā nō ſeruant/⁊ quā eis nō exponūt eis laqueū iniiciē
tes/et pꝛeuaricatoꝛes eos faciētiū/deus nouit. xxvij. q. j. vi
duis. Nec eñ ad eoꝝ ſalutē intendūt recipientes quidā: q̄
eos negligūt ⁊ nō coꝛrigūt: ſꝫ ad ſuū queſtū ⁊ augēdū nu
merū/ſed nō meritum: q: faciūt eos relinquere oꝛdini qđ
habēt: vel emere libꝛos quos derelinquāt oꝛdini: nihil dā
tes pauperibus ſm̄ regulā beati Franciſci euangelicā. cō-
tra tales vide. xx. q. iij. c. vlti. vt ad literā impleatur Eſa. ix.
ad pꝛin. Multiplicaſti gentem et magnificaſti letitiam/
et gloꝛiā mundi recipiēdo filios magnoꝛū ⁊ diuitū huius
mūdi. Jmmo per maioꝛes eoꝛū retrahūtur ab obſeruātia
regulari quā dn̄o pꝛomiſerūt: ne eos in vita excedāt: ⁊ eo-
rum vita per cōſequens cōdēnetur. et tales ſingulares et
ſarrabaitas ⁊ beguinos appellant: maxime fratres mino
res vocātes ſingulares ſue regule zelatoꝛes: ⁊ ab eoꝝ car-
nali vita migrantes. ¶ Quartū ve Mat. xxiij. Ue vobis
duces ceci: qui dicitis: quicūqꝫ iurauerit per templū nihil
eſt. quicūqꝫ aūt iurauerit in auro tēpli debitoꝛ eſt ⁊c. Chꝛy
ſo. Templū quidē ad gloꝛiā dei pertinet: et ad hoīm ſpiri-
tualē ſalutē. aurū aūt templi etſi ad gloꝛiā dei ꝑtineat. xij.
q. ij. aurū. tn̄ magis ad delectationē hoīm et ad vtilitatem
ſacerdotū offertur. Judei aūt aurū quo ipſi delectabātur
q: erāt auari. Luc. xvj. aurū auentes. i. cupientes. j. q. j. §. ex
his. et dona quibus ipſi paſcebātur/ſanctioꝛa eſſe dicebāt
ꝙ ipſum tēplū: vt homines pꝛomptioꝛes facerent ad offe
rēdū dona ꝙ ad pꝛeces fundēdas in tēplo. vnde cōſequē-
ter repꝛehendit eos dn̄s dicens ibi. Stulti et ceci: quid eñ
maius eſt aurū an templum qđ ſanctificat aurū? Sic ⁊ ho
die multi religioſoꝝ mendicantiū depingunt ⁊ deaurant
muros eccleſiarū: quaſi ad quādā deuotionē: ſed potiꝰ ad
eoꝝ queſtum ⁊ auri cumulationē. Nam intrātes tales ec-
cleſias potius reſpiciunt ad curioſitatē eccleſie ꝙ deuotio
nē ⁊ oꝛationē: eleuātes tota die oculos coꝛdis et coꝛpoꝛis
ad aurū ⁊ picturas potius ꝙ ad deū. Ambꝛo. Aurū ſacra
menta nō querūt: nec auro placēt que auro nō emūtur. oꝛ
natus ſacroꝝ redēptio captiuoꝝ eſt. xij. q. ij. aurum. Hiero.
Marmoꝛa nitēt auro: ⁊ miniſtroꝝ chꝛiſti nulla eſt electio.
Maius numē credūt hoīes beſtiales eſſe in reliquiis de-
auratis ⁊ deargētatis: et ideo ibi plus offerūt: et pꝛopter
oblationes facilius ⁊ frequētius eas eis religioſi oſtēdūt:
et ſic religioſi quidam amplius ꝙ clerici ſeculares ſubtili
ingenio a barbaris. i. laicis aurum extoꝛquēt. ff. de cōmer-
ciis. l. ij. xiiij. q. v. dixit. et notatur. xliij. diſt. in mādatis. De-
aurata imago aurū trahit. ſm̄ Bernar. Adde hic ſm̄ eum
qđ no. s. in pꝛima parte. §. in pꝛimo quidē. ver. item de do-
no eccleſie. in ar. lxj. Et qđ no. s. eo. §. ſpecies ſupbie. ver. ſi
dicāt. in additione que incipit/Multi. in art. lxxvj. Jtē ibi
Chꝛyſ. ſcꝫ in Mattheo. Multi nūc chꝛiſtiani ſic inſipien
tes intelligūt. ecce eñ ſi aliqua cauſa fuerit: modicū vide
tur facere qui iurat per deum: qui aūt iurat per euāgeliū:
maius aliquid videtur feciſſe. quibus ſimiliter dicendum
eſt/Scripture ꝓpter deū ſcripte ſunt: nō deus ꝓpter ſcri-
pturas. maioꝛ ergo eſt deus qui ſanctificat euāgelium/ꝙ
euāgelium qđ ſanctificatur ab eo. de hoc. xxij. q. j. ſi aliqua.
vbi no. ꝙ magis eſt obligatus quantū ad eccleſiā qui ſolē
niter iurat per euangeliū: ꝙ qui ſine ſolennitate iurat per
deū. ¶ Quintum ve hypocritarū Mat. xxiij. eſt/Ue vo-
bis ſcribe et phariſei hypocrite qui decimatis mentam et
anethū et cyminū: et relinquitis que grauioꝛa ſunt legis:
miam/et iudiciū/et fidē. Et hoc opoꝛtuit facere ⁊ illa non
omittere. Duces. Luc. vj. xxxvij. diſt. §. vt itaqꝫ. ceci excolā-
tes culicem: camelum aūt glutiētes. Hiero. Ex hoc capitu
lo arguit eos auaritie ꝙ ſtudioſe etiam viliū olerum deci-
mas exigāt: ⁊ iudiciū. ex̃ de ver. ſigni. foꝛus. in diſceptatio
ne negotioꝝ/miſericoꝛdiāqꝫ in pauperes. lxxxvj. diſt. nō ſa
tis. et fidem. Mat. xv. Luc. vij. in deum/que magna ſunt
pꝛetermittāt. Chꝛyſ. Uel quia ſacerdotes auaritia pleni.
Luc. xvj. ex̃ de deci. c. j. ſi quis decimā alicuius rei vel mini-
me nō obtuliſſet: coꝛripiebant eū quaſi magnū crimen fe-
ciſſet: ſi quis aūt alterū ledebat: aut in deum peccabat: nō
curabāt eū coꝛripere. vide qđ legitur et no. xxiij. q. iiij. ſi is.
in gloſ. Jmmo de lucro quidē ſuo ſoliciti: de gloꝛia autem
dei et ſalute animarū hominū negligentes. Queritur aſi
na: nō anima. Bernar. ſeruare aūt iuſtitiā et facere miam:
et habere fidē pꝛopter ſuā gloꝛiā deus mādauit. Decimas
aūt offerre pꝛopter vtilitatē ſacerdotū: vt ſacerdotes qui
dem populo in ſpūalibus obſequantur: populi aūt in car
nalibus ſacerdotibus ſubminiſtrēt. j. Coꝛ. ix. xiij. q. j. §. his
itaqꝫ. ex̃ de cenſi. cū apoſtolus. Sic et modo fit: q: omnes
de honoꝛe ſuo ſunt ſoliciti: de honoꝛe aūt dei nullus. Poꝛ
tiones aūt ſuas vigilanter defendūt: ſed circa obſequium
eccleſie curam impendere nō attendūt. Si populus deci-
mas nō obtulerit: murmurāt oēs. ſi peccantē populum vi
derint: nemo murmurat contra eos. Sed quia ſcribarū ⁊
phariſeoꝝ ad quos loquebatur/quidam populares erāt:
nō eſt incōgruum vt aliam expoſitionē faciamus pꝛopter
eos qui decimas dabāt. Nam et qui accipit decimas: recte
decimare debet: ⁊ q̄ dat. Scribe ergo et phariſei minima-
rum quidem rerū decimas offerebāt oſtēdēde religionis
gratia. in iudiciis aūt erant iniuſti. in fratribus ſine miſe-
ricoꝛdia. in veritate increduli. hucuſqꝫ Chꝛyſ. Jtē Remi-
gius. Oſtendit quippe dn̄s his verbis quomodo oīa pꝛe
cepta legis tā maxima ꝙ minima ſunt implenda. Redar-
guūtur aūt qui eleemoſynas de fructibus terre faciūt: pu
tātes ſe minime poſſe peccare. quibus nihil pꝛoſunt elee-
moſyne: niſi a peccatis ſtudeāt ceſſare. de peni. diſt. iij. ſane
cauendum eſt. Hilarius. Et q: minus piaculi eſſet decima
tionem oleris ꝙ beneuolētie officiū pꝛeterire: irridet eos
cōſequenter dn̄s dicēs/Duces ceci excolantes culicē came
lum aūt glutientes. Hiero. Camelum puto eſſe magnitu-
dinē pꝛeceptoꝝ/iudicium/miſericoꝛdiā/et fidē. Culicē: de-
cimationem mente ⁊ anethi ⁊ cymini: ⁊ reliquoꝝ olerū vi
lium. Hec autē pꝛecepta dei que magna ſunt/deuoꝛamus
atqꝫ negligimus: et operationē religionis in paruis que
lucrū habent cū diligentia demōſtramus. Architas taren
tinus. Leges ſunt ſicut tele aranearum: que grādia vola-
tilia tranſmittūt: et muſcas retinent. Oꝛige. Uel excolan
tes culicem. i. expellentes a ſe minima delicta: que culices
nominauit. Camelum autē glutientes. i. cōmittentes ma-
xima delicta: que nominauit camelos: animalia videlꝫ toꝛ
tuoſa ⁊ grandia. Scribe autē moꝛaliter ſunt qui amplius
nihil eſtimant in ſcripturis ꝙ ſimplex ſermo demonſtrat.

Phariſei autem ſunt omnes qui iuſtificant ſemetipſos: ⁊ diuidunt ſe a ceteris: dicentes. Noli mihi appropinquare q̄m mundus ſum. xlv. diſt. recedite. xxiij. q. iiij. ecce. Eſa. lij. Menta autem et anethum et cyminum ciboꝝ conditure ſunt: nō principales cibi. Sic in conuerſatione noſtra quedam ſunt neceſſaria ad iuſtificationem: vt iudicium, miſericordia, et fides. Alia ſunt quaſi condictia actus noſtros et ſuauiores eos facientia: vt abſtinētia, riſus, ieiuniū, flectio genuū, et huiuſmodi. Quomodo autē nō exiſtimātur ceci: qui nō vident: quoniā nihil prodeſt cautum eſſe diſpēſatorem in rebus minimis: quum principalia negligūtur. Hos ergo ſermo preſens cōfundit: non quidē leuia prohibens obſeruare: ſed principalia precipiēs cautius cuſtodire. Adde q̄d ſcripſi. ṡ. in prima parte in. §. nūc querendum eſt. j. ver. j. ſuper ter. decimantes mentam ⁊c. in ar. lxix. Sic quidam clerici noſtri tēporis et religioſoꝝ plurimi de conſtitutionibus ſuis et ordinis faciunt ſibi conſcientiam: nō de preceptis dei et regule quam vouerūt. Si omittāt verſum vel dictionem in officio: vel aliquātulum iraſcantur: vel paulo amplius comedant vel rideant: vel amplā tonſuram nō portent: vel parū amplius dormiāt ꝙ debeant: vel bini nō vadāt: vel miſſam ſepe non dicāt: vel carnis titillationes habeant: vel raptim indecēter videant: vel bene in choro non legant: vel de ſimilibus venialibus ⁊ cerimonialibus nō obſeruatis faciunt ſibi magnam conſcientiam: et de talibus ſubtiliter ſe accuſant. De inobedientia vel rebellione ad prelatum, de ſuſpecta familiaritate mulierum vel alia maxime ſanctimonialiū, de pecunia quam habent quantam habere poſſunt, de ambiendo et procurando honorē, de trāſgreſſione cōtinua paupertatis in libris et tunicis ⁊ eleemoſynis ⁊ alijs ſupellectilib⁹, de partialitate, de diffamatione, de odio fraterno, et ſimilib⁹ criminalibus cōſcientiam tales cōmuniter raro habēt: et rarius cū ea dimittendi propoſito cōfitētur. ſicut tetigi. ṡ. in iſto ar. in. §. aliud. ver. in nullo. Similes vſurario nolenti ſpuere in eccleſia: et ſibi de hoc et non de vſuris conſciētiā facienti. Tales vero decimant mentā et anethum. i. de venialibus ſibi faciunt conſcientiā: non de mortalibus: ⁊ legis grauia cōmittentes camelos glutiunt: et colantes culicem de minimis confitētur. Talium religioſoꝝ ⁊ clericorum vere phariſeoꝝ et hypocritarum iuſtitia eſt habitum ſuū portare: tonſuram magnā habere: exteriores obſeruātias cuſtodire: ſacramenta dare: predicare verbaliter: recitare vocaliter: cōfeſſiones maxime queſtuoſas audire: cōſilia animarū dare: alios pacificare: ſed in his ⁊ ſimilibus que ſunt querere. Phil. ij. viij. q. j. ſunt in eccleſia. Sȝ quid valet religio ſine charitate? habitus ſine humilitate? tōſura ſine paupertate? ſilentium oris ſine quiete cordis? Bernar. Manet tōſura, veſtis: necdum mutata eſt vita. Ieiunioꝝ regula cuſtoditur: ſtatutis pſallitur horis: ſed cor eorum longe eſt a me. dicit dn̄s Eſa. xxix. Mat. xv. ¶ Sextū ve Mat. xxiij. cōtra hypocritas eſt. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite: qui mūdatis quod deforis eſt calicis ⁊ paropſidis: intus autē pleni eſtis rapina et immūditia. Hierony. Hoc dicit vt arguat eos ſimulationis ⁊ mendacij: ꝙ aliud oſtendant hominibus foris: aliud domi agant. Foris oſtēdebāt hominibus ſanctitatē: intus autē pleni erāt immunditia. Vel hoc dicit ſm Chryſ. q: iudei quoties ingreſſuri erant templū: aut ſacrificia oblaturi ꝑ dies feſtos ſeipſos et veſtimēta ſua ⁊ vtēſilia lauabāt: ⁊ a peccatis nemo ſeipſm purgabat: quū deus neq̃ mūditiā corporis laudet: neq̃ ſordes cōdēnet. Pone tñ ꝙ deus horret ſordes corpoꝝ ⁊ vaſoꝝ: que neceſſe eſt vt ipſo vſu ſordidentur: quāto magis ſordes cōſciētie horret: quā ſi volumus, ſemper mundam ſeruamus? Phariſee cece mūda prius q̄d intus eſt calicis ⁊ paropſidis: vt fiat q̄d deforis eſt, mūdū. Chryſo. Nō aūt hoc dicit de ſenſibili calice aut paropſide: ſȝ de intelligibili. qui ſi nūq̃ tetigerit aquā: mūdus poteſt eſſe apud deum. ſi aūt peccauerit et tota aqua pelagi, quia talis aqua foris lauat: lachrymarū intra. Mat. vj. ibi. Faciē tuam. i. cōſcientiā tuam laua. de hac Eſa. j. Lauamini: mūdi eſtote ⁊c. ſe lauauerit: ſordidus eſt ⁊ miſer apud deum. Orige. Hic ſermo nos inſtruit vt feſtinemus eſſe iuſti: nō apparere. Qui enim ſtudet vt appareat iuſtus: que foris ſunt mundat: et que videātur curat: cor aūt et conſcientiā negligit. Qui aūt ſtudet ea que intus ſunt. i. cogitationes mūdare: cōſequens eſt vt etiā ea que foris ſunt faciat mūda. Calix etiam eſt vas ad potum. paropſis ad cibū. Omnis ergo ſermo per quē potamur ſpūaliter: vel oīs narratio per quā nutrimur: vaſa ſunt potus ⁊ cibi. Qui ergo ſtudet cōpoſitū proferre ſermonē, cōtra ſermones datalicos et politos et ſubtiles Pariſienſes ſe nō alios predicātes. xliij. diſt. §. ſi. magis ꝙ ſalutari ſenſu repletū. ij. q. vij. ſecuti. in ſi. de pe. diſt. ij. ſi eīm. vltra. v. colū. ver. loquūtur. calix eius foris mundatus eſt: intus aūt ſordibus vanitatis repletus. Similiter idē Luce. xj. ibi. Nūc vos phariſei q̄d deforis eſt calicis ⁊ catini mūdatis: q̄d aūt intus eſt veſtrū, plenū eſt rapina ⁊ iniquitate. vbi Cyrillus. Sumit dn̄s ꝓ exemplo calicē et catinū: oſtendēs ꝙ mundos ⁊ lotos decet eſſe inuicem miniſtrātes. lxxxj. diſt. oportet. deo: non ſolum a ſpurcitia corporali: immo ⁊ ab ea que latet intrinſecus penes mentē: ſicut etiā aliquid vaſoꝝ quibus ſeruitur in menſa, bonū eſt intrinſecus ⁊ extrinſecus carere contagijs. Stulte: nōne qui fecit quod deforis eſt: etiā id q̄d deintus eſt fecit? Beda. q. d. Qui vtrāq̃ hominis naturā fecit: vtramq̃ mundari deſiderat. Et hoc eſt contra Manicheos: qui animā tantum a deo, carnem vero putāt a diabolo creatam. xxiiij. q. iij. quidā. ver. manichei. Hoc etiā eſt contra illos qui corporalia peccata fornicationē. ſ. ⁊ furtū et cetera talia quaſi grauiſſima deteſtantur: ſpūalia vero que non minus dānat apoſtolus Ephe. v. Gala. vj. vt leuia contemnūt. hoc recte religioſos quoſdam noſtri temporis hypocritas tangit: qui nō videntur habere conſciētiam de aliquo peccato ſpirituali: vt ſuperbia, inuidia, malitia, hypocriſi, ⁊ ſimilibus: dūmodo caueāt a peccato carnis: q: quaſi nec alia peccata in ordinibus puniūtur. Dicebat quidam. In ordine punitur peccatū balthei, non anime: hominis, non demonis. Si fratres ſpirituales eſſent vt debent: magis punirēt peccata ſpiritualia ꝙ carnalia: quia magis in eis offendunt. Eſt etiam iſtud ſextū ve contra eos: q: domos ſuas tenent mundas ⁊ tunicas ſuas et pannos et peropſides et cyphos: ⁊ manus ſatis lauāt. de munditia autē conſciētie parum curāt. Altaria lapidea tenent ornata. cor vero vbi deo ſacrificatur. pſ. l. Sacrificiū deo ſpiritus contribulatus. de peni. diſt. ij. ſi enim. immundum. Cōpoſitos et ſubtiles et concatenatos ⁊ rhetoricos predicāt ſermones: nō ſalutaribus ſenſibus repletos: admirationē non edificationē facientes. Omnia cōmuniter faciūt vt gloriā et lucrum aucupētur: humanā nō dei gloriam querentes. cōtra illud Io. viij. Ego gloriam meā nō quero. vide. ṡ. eo. ver. ſimiliter. cū additione. ¶ Septimū ve Mat. xxiij. ⁊ Luc. xj. cōtra hypocritas religioſos quoſdam maxime et clericos eſt. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis: que parent a foris hominibus ſpecioſa: intus vero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ et omni ſpurcitia. Chryſo. ſuper Mat. Merito iuſtorum corpora tēpla. j. Cor. vj. dicuntur. quia aīa in corpore iuſti dominatur: ſicut deus in templo. vel q: ipſe de⁹ in cordibus habitat iuſtis. Hiero. Verū chriſti tēplū anima credentis eſt. Illam exorna. illam veſti. in illa offer donaria. Corpora autē dicuntur mortuoꝝ ſepulcra: quia anima mortua eſt in corpore peccatoris. Nec enim. Apoca. iij. nomen habes. et eſt de peni. diſt. j. §. hoc idem. ver. reſuſcitatus. viuens putanda eſt que nihil viuum aut ſpirituale agit in corpore. Hiero. Sepulcra autem forinſecus leuigata ſunt calce et ornata marmoribus in auro coloribuſq̃ diſtinctis: intus aūt plena ſunt oſſibus mortuoꝝ. Sic autē ⁊ peruerſi magiſtri qui alia docent ⁊ alia faciunt: munditiā habitu veſtis et verboꝝ humilitatem demonſtrant. intus aūt pleni ſunt omni ſpurcitia ⁊ auaritia ⁊ libidine. Et hoc

manifeſte exprīmit inferēs/ Sic ⁊ vos afoꝛis quidem paretis hoībus iuſti: intus aūt pleni eſtis hypocriſi ⁊ iniquitate. Oꝛige. Omnis eīn iuſtitia ſimulata moꝛtua iuſtitia eſt que ꝓpter deū nō fit: magis aūt neqꝫ iuſtitia eſt: ſicut moꝛtuus homo non eſt homo. ex̄ de cele. miſ. in quadā. et ſicut mimi qui ꝑſonas ſuſcipiūt alioꝝ: ⁊ nō ſunt ipſi quos ſimulāt. Tanta ergo ſunt oſſa in eis immūditie: quāta bona ſimulata ex malo effectu. Videnť aūt foꝛis. Dauid pſ̄. lxxxi. et Jo. x. Ego dixi dij eſtis. iuſti coꝛam hoībus: nō eis quos ſcriptura deos appellat: ſꝫ coꝛā eis qui ſicut homines. pſ̄. lxxxi. Vos aūt ſicut hoīes moꝛiemini: peccatoꝛes moꝛiuntur. Grego. Ante vero diſtrictū iudicē excuſationē ideo de ignoꝛātia habere in peccatis nō pñt: q: dū ante oculos hominū oēm modū ſanctitatis oſtēdūt: ipſi ſibi ſunt teſtimonio: q: bene viuere nō ignoꝛant. ¶ Octauū ve hypocritarū Mat. xxiij. ⁊ Luc. xi. eſt/ Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite: qui edificatis ſepulcra pꝛophetarū: ⁊ oꝛnatis monumēta iuſtoꝝ ⁊c. Chryſ. Quia dicebāt apud ſe/ Si benefecerimus pauperibus: nō multi vidēt: ⁊ ꝓ tēpoꝛe vident. melius ergo edificia faciamus que oēs aſpiciāt nō ſolū in hoc tēpoꝛe/ ſed etiā in poſterū. O inſipiens homo: quid tibi pꝛodeſt poſt moꝛtē iſta memoꝛia: ſi vbi es toꝛqueris: et vbi non es laudaris. Dū aūt iudeos caſtigat dñs: chꝛiſtianos docet. Nā ſi ad illos ſolū dixiſſet: hec dicta fuiſſent tātum: nō etiā ſcripta: nūc aūt dicta ſunt pꝛopter illos: ⁊ ſcripta ꝓpter nos. Si ergo iuxta alia bona fecerit homo edificia ſancta: additamētum eſt bonis. ſi autē ſine alijs bonis operibus: paſſio eſt gloꝛie ſecularis. Nō eīn gaudēt martyres quādo ex illis pecunijs honoꝛātur in quibꝰ pauperes ploꝛāt. Semper etiā iudei pꝛeteritoꝝ ſanctoꝝ cultoꝛes fuerūt: et pꝛeſentiū cōtemptoꝛes: magis aūt ⁊ perſecutoꝛes. Nō eīn ſuſtinētes increpationes pꝛophetarū ſuoꝝ. xxiij. q. iiij. c. j. ⁊ c. recedite. perſequebātur eos et occidebāt. Poſtea vero naſcētes filij intelligebāt culpas patrum ſuoꝝ: et ideo quaſi de moꝛte innocentiū pꝛophetarū dolētes/ edificabāt memoꝛias eoꝝ. ⁊ ipſi tñ ſimiliter ꝑſequebanť ⁊ interficiebant. Mat. xxiij. ibi. Hieruſalē/ Hieruſalē que occidis ꝓphetas. ſuos ꝓphetas increpātes eos pꝛopter pctā ſua. Similiter et ad literā in oꝛdinibus hodie mendicātiū maxime et pꝛeſertim in oꝛdine fratrū minoꝝ poſt moꝛtem ſanctoꝝ fratrum ſpiritualiū ita fit ꝙ ipſi idem et poſt eos alij ingrediētes oꝛdinē edificant monuꝰmēta illoꝝ ſanctorū fratrū: ⁊ poſt moꝛtē eoꝝ ſanctos eos dicūt pꝛo lucro eorum: quos in vita fuerunt verbaliter ⁊ coꝛpoꝛaliter aliqui perſecuti. Et ſuccedētes alij fratres qui intelligūt culpas fratrū moꝛtuoꝝ qui ſanctos fratres perſecuti ſunt: ipi idē qđ plāgūt/ agūt. de peni. di. iij. irriſoꝛ. c. penitētes. c. qui baptizātur. in patrū ſuoꝝ vitiū ſuccedētes: ⁊ ſanctos fratres viuētes ꝑtinaciter perſequētes. arg. j. q. j. cito. et ex̄ de iudi. q: Gu. q: eoꝝ vitia vita plus ꝙ̄ verbo repꝛehēdūt: ⁊ regule pꝛeuaricationē. dicētes hodie iſti tales phariſei religioſi hypocrite ꝙ illi phariſei quibus ipſi ſuccedunt in vitio. Sap. ij. dixerūt impij ad ſemetipſos nō recte cogitantes. Circūueniamus virū iuſtū: q: inutilis eſt nobis: ⁊ contrarius operibus noſtris: et impꝛoperat nobis pctā legis: et diffamat in nobis peccata diſcipline. Quod ſcribo expertus ſum in meipſo. Sed nec mirū quia Hiſmael perſequitur Iſaac. Gal. iiij. xxxij. q. iiij. recurrat. et carnalis ſpiritualem. xxiij. q. iiij. qui ſm carnem.

¶ Articulus. lxxix. A

Religioſos pluꝛimū īfeſtat inuidia.

Aliud vitiū quoꝝdam religioſoꝝ iſtius tempoꝛis infelicis eis peculiariꝰ ꝙ̄ alijs hoībus eſt inuidia cōtabeſcēs. Inuidēt eīn ſibijnuicem: ⁊ ex hoc ſe mutuo perſequuntur: ⁊ ſibi detrahunt: ⁊ ſe diffamant: nec ex hoc cōmunicant ſibi ſpeciales ſcripturas/ ſermones/ ⁊ cōmētaria quū charitas non querat que ſua ſunt. j. Coꝛ. xiij. viij. q. j. ſunt in eccleſia. Nec laudat vnus bonū alterius: nec ſibi in coꝛde cōplacet: nec ex hoc dolet vnus de malo alterius: nec gaudet de bono: ſed potius triſtatur et pallet cōtra charitatē que non gaudet ſup iniquitate: cōgaudet aūt veritati. j. Coꝛ. xiij. Bona in partē malā interpꝛetātur: et dubia in peioꝛē. cōtra id qđ legitur ⁊ no. ex̄ de regu. iur. c. ij. Quicquid mali audit vnꝰ de alio: totū credit. cōtra id. lxxxvi. di. ſi quid. Nūꝙ̄ bene actū vel dictū per aliū ſimpliciter confitetur: ſed aut tacet quū audit bonū ſui fratris: ne malus teneať: aut negat: aut leuigat: aut male interpꝛetať: vt dixi. aut iūgit illi laudi aliquod malū illius verū vel falſum: vt diluat illud bonum. Eſt aūt ſm Augu. inuidia doloꝛ aliene felicitatis. ⁊ eſt ſm eum filia ſuperbie. vnde dicit Tolle matrem: nō erit filia. ¶ B Eſt aūt hoc peccatū in ſpiritūſanctū: cui attribuitur bonitas. q: iſtud eſt pctm̄ malitie: qđ vix purgatur nec remittiť. Mat. xij. et legiť ⁊ no. xxv. diſt. qualis. ⁊ de pe. di. j. §. qđ aūt. ibi. Eſt pctm̄ ad moꝛtē ⁊c. in gloſ. vnde alibi. et in gloſ. magna que incipit/ peccatū in ſpiritū ⁊c. Hierony. Qui manifeſta intelligēs opera dei/ quū dei virtutē negare nō poſſit: eadē calūniatur ſtimulatus inuidia: et chꝛiſtū dei verbū. Jo. j. xxxv. q. x. fraternitatis. ⁊ opera ſpiritusſancti dicit eſſe beelzebub. Luc. xj. ⁊ Mat. xij. Iſti nō remittetur in hoc ſeculo nec in futuro. Inuidia de directo oppoſita eſt charitati. j. ad Coꝛ. xiij. Charitas nō emulatur: q: eā nō cōtriſtat felicitas aliena: ſꝫ alterius bonū amat vt ſuū. pſ̄. cxviij. Particeps ſum ego omniū timētium te. Augu. Tolle inuidiā: et tuū eſt bonū qđ habeo. pſ̄. cxviij. Qui timēt te: videbūt me: et letabūtur. vbi dicit Ambꝛo. Eſt inſitum bonis vt virtutes in alijs amēt. qđ quante virtutis et meriti ſit: Grego. oſtēdit quū ait. Noſtra ſunt que amamꝰ in alijs: ⁊ amantiū ſiūt que amātur in nobis. Hinc pēſent inuidi quāte virtutis eſt charitas: que alieni laboꝛis opera nr̄a ſine laboꝛe facit. Dixit quidā frater fratri Egidio ſocio beati Franciſci. Pꝛopheta Hiere. ix. dicit. Omnis amicus fraudulēter incedit. Cui rñdit Egidius. Ideo nō tibi ſum fraudulētus: q: bonū tuū nō facio meū. quanto enim amplius bonū tuū facerē meū: tāto minus eſſem fraudulentus. quāto eīn quis de bono ꝓximi amplius erit letus: tāto magis erit particeps inde. Et quāto quis de vitio alicuius gauiſus fuerit: tanto magis erit inde particeps. Si ergo vis eſſe particeps omni bono: gaudeas de bono omniū. Bonū ergo alioꝝ facis tuū: ſi tibi placet. et malū alienum facis tuā cuſtodiā ⁊ tuū bonū: ſi tibi diſplicet. Hec eſt ergo via ſalutis/ vt ſis letus de bono ꝓximi: ⁊ dolēs de malo: ⁊ credas bonū de alijs: et de te malū: et honoꝛes alios et te deſpicias. Charitas virtus eſt excellētiſſima. de peni. diſt. ij. charitas. ij. ⁊. §. opponiť. Inuidia ſibi oppoſita nequitia peſſima. vnde ⁊ diciť fera peſſima Gen. xxxiiij. Per inuidiā eīn fratres vēdiderūt ⁊ tribulauerunt Joſeph. q: oderāt eū eo ꝙ plus amareť a patre: q: pꝛeſtātioꝛ ⁊ ſapiētioꝛ eis erat. vñ nec poterant ei loqui pacifice. Gen. xxxvij. Sic ⁊ Cayn ex inuidia odit Abel ⁊ iterfecit. j. Jo. iij. Cayn ex maligno erat: ⁊ occidit fratrē ſuū. et pꝛopter quid occidit eū: q: opera eius maligna erant: fratris aūt iuſta. iij. q. vij. in grauibus. xiiij. q. v. ſcriptum. Gen. iiij. Jude. ij. Ve illis qui in viā Cayn abierūt. Hoc vitiū eſt ignis q̇ in agris gratiarū accēditur. Nullum ſcelus abhoꝛret: nō parcit nocenti nec innocēti. Ex inuidia diabolus pꝛimos parentes innocētes peremit. ſm Aug. Sap. ij. de peni. di. ij. §. romanos. c. pꝛinceps. Et fratres Joſeph innocentem. Et Cayn Abel innocētem vt dictum eſt. de peni. diſt. j. §. ex his. ver. Cayn. et Saul Dauid. j. Reg. xviij. ⁊. ij. q. vij. §. item obijcitur. ver. ſaul. Et iudei chꝛiſtū. Mat. xxvij. ibi. Sciebat eīn ꝙ per inuidiā tradidiſſent eum. Hoc pꝛopꝛiū vitiū diaboli eſt. Sap. ij. in ſi. Inuidia autē diaboli moꝛs introiuit in oꝛbē terrarū. Imitātur aūt illum qui ſunt ex parte illius. xxiij. q. iiij. ꝙ̄ magnum. xix. diſt. ſecundum. Demones inuidi ſunt ſicut dꝛacones veneno pleni qui homines ꝑſequūtur. Job. xxx. Frater fui dꝛaconum. Hi ſimiles Heli qui nō poterat videre lucernam donec extingueretur. j. Regū. iij. Grego. Inuidi ꝑpendere debēt quante ſint cecitatis: qui

alieno ꝓfectu deficiũt:aliena letitia cõtabeſcũt. Poeta.
Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.
Inuidus inuidia coꝛroditur intus et extra.
Iuſtius inuidia nihil eſt:que pꝛotinus ipſum
Authoꝛem rodit excruciatq́ꝫ ſuum.
Inuidus moꝛitur de bono odoꝛe:ſicut bufones venenati de odoꝛe vinee floꝛentis.ſicut dicitur de Iuda murmurante de vnguẽto odoꝛifero Magdalene. Io.xij. Inuidi alienum pꝛofectũ reputãt ſuũ dãnũ. vnde Iudei inuidi dicũt Ioã.xij. Videtis quia nihil ꝓficimus.ecce mundus totus poſt eũ vadit. Paruulũ occidit inuidia. Iob.v. Oĩs inuidus inquãtũ vilis minoꝛ eſt illo cui inuidet. Miſer eſt inuidus:⁊ ſola ſibi miſeria placet. Unde dicit̃. Sola miſeria caret inuidia. Seneca. Utinã inuidi in oĩbus locis oculos et aures haberẽt:vt de oĩm pꝛofectibus toꝛquerent̃. Idẽ. Quãta ſunt feliciũ hominũ gaudia: tãti ſunt gemitus inuidoꝝ. Putredo oſſium inuidia. Pꝛouer.xiiij. Legitur de quodã rege qui cõceſſit cuidam inuido ⁊ cuidã auaro munus qđ peterẽt:ita ꝙ donũ illius qui poſterius peteret duplicaretur. Quumq́ꝫ differẽtibus ipſis petere/rex iuſſiſſet inuido vt pꝛioꝛ peteret:petijt vt eruerent̃ ſibi vnus oculus: volẽs ꝙ pꝛoximo eruerẽtur ambo.noluit enim petere aliquod bonũ:ne pꝛoximus acciperet duplicatũ. Aufert aũt hominũ inuidia ſocietatẽ bonoꝝ eccleſie.pſ̃.cxviij. Particeps ego ſum oĩm timentium te. Aufert pꝛoximũ de cuius ꝓſperitate dolet:et cuius eſſet particeps ſi gauderet. Hugo de ſancto victoꝛe. Supbia aufert mihi deũ:inuidia ꝓximũ:ira meipſum. Aufert etiã ſapiẽtiam. Sap̃.vj. Neq́ꝫ cũ inuidia tabeſcente iter habebo.et Sap̃.vij. Quam ſine fictione didici: ſine inuidia cõmunico. Inuidia demonium eſt meridianum:q: vexat hominẽ in die.i.in cõſideratione pꝛoſperitatis aliene. Iob.v. Per diẽ patit̃ tenebꝛas. Grego. Mens inuidi quũ de alieno bono affligit̃:quaſi de radio lucis obſcuratur. vnde Gen̄.xxxvij. Somniũ Ioſeph qđ erat ꝓſperitatis indiciũ:inuidie ⁊ odij fomitẽ miniſtrauit. Itẽ eſt demoniũ tacitũ:q: in occulto detrahit. Eccl̃s.x. Si moꝛdeat ſerpẽs in ſilentio:nihil eo minꝰ hꝫ qui occulte detrahit. Itẽ lente vexat ⁊ nõ cũ ĩpetu. vñ cõparat̃ Etne.i. inferno/que ſeipſam cõſumit lente. Unde quidam.
Non aliud niſi ſe valet ardens Etna cremare.
Sic ſe non alios inuidus igne coquit. Poeta.
Liuoꝛ iners vitium moꝛes non ſurgit in altos.
Item Io.caſſi.in collatione piamonis. Sciendũ eſt inuidie moꝛbũ difficilius ad medelã ꝙ̃ cetera vitia peruenire. Nã eum quẽ ſemel veneni ſui peſte coꝛruperit: pene dixerim carere remedio. Ipa nãq́ꝫ eſt lues de qua dicit̃ Hiere. viij. Ecce ego mittã vobis ſerpẽtes regulos quibus nõ eſt incantatio:⁊ moꝛdebũt vos. Sicut eñ ille lucifer q̇ pꝛius eiuſdẽ mali peſte coꝛruptus eſt:⁊ poſt eũ Cayn nec medelam penitẽtie nec fomẽtũ vllius curationis admiſit:ita et ij qui iiſdem ſe percutiẽdos moꝛſibus tradiderunt: omnẽ opem ſancti incantatoꝛis excludũt: q: quũ vtiq́ꝫ nõ culpa eoꝝ quibus inuidẽt/ſed ꝓſperitate cruciẽtur: erubeſcẽtes ĩpam pꝛodere veritatẽ extrinſecus ſibi quaſdã ſuperfluas et ineptas cauſas offenſionis inquirũt: quoꝝ q: omnino de falſe ſunt vana curatio eſt: quũ illud moꝛtiferũ virꝰ qđ nõ vult pꝛodere/lateat in medullis. Nam vſq́ꝫ adeo incurabilis eſt iſta pernicies: vt blãdimẽtis exaſperetur:inflectur obſequijs:muneribus irritetur: q: nihil ſuſtinet zelus/ vt ait Salomon Pꝛouerb.vj. in fi.per alia verba. Quãto eñ amplius alius aut humilitatis ſubiectione aut patientie virtute aut munificẽtie laude pꝛofecerit: tãto inuidus maioꝛibus inuidie ſtimulis incitat̃: qui non niſi ruinã aut moꝛtem eius cui inuidet concupiſcit.ſicut in fratribus Ioſeph apparet. Gen̄. xxxvij. Cũctis ergo vitijs ꝑnicioſioꝛẽ atq́ꝫ ad purgandũ difficilioꝛem eſſe cõſtat inuidiam;quia ipſis remedijs quibus reliqua extinguuntur/ accenditur. Nam/verbi gratia/qui damnum ſibi illatum dolet: largitatis compẽſatione curatur. Qui de illata indignatur iniuria:humili ſatiſfactione placat̃. Quid illi facies qui hoc ipſo magis ꝙ te humilioꝛem ac benignioꝛem ſentit/offenditur? Quis autem eſt qui ſe vt ſatiſfaciat inuidenti:a bonis coꝛruere/ aut a pꝛoſperis alienari/ aut calamitate aliqua optet inuolui? Inuidus autem non aduerſus hoĩem ſed plane aduerſus deũ blaſphemus extollitur:qui in fratre nihil aliud niſi bonum meritum carpens/ nõ hominis culpam:ſed dei tantũ iudicia repꝛehendit. Hec ergo eſt illa ſurſum germinans amaritudinis radix: que ſe erigens ad ſuperna in contumeliam ipſius qui bona homini confert tendit authoꝛis. Imploꝛemus ergo diuinũ auxiliũ ne iſto ſuo viſu ⁊ moꝛſu nos interimat baſiliſcꝰ.huc uſq́ꝫ Piamon. Iſta inuidia eſt oculus nequã.de q̃ Mat.xx. An oculus tuus nequã eſt: q: ego bonus ſum? Remigiꝰ. Iudei malum habebant oculum:quia de ſalute gentiũ dolebãt. Nõ ſimus inuicem inuidẽtes. Gala.vj. vbi Augu. Quum per commune vitium antiqui hoſtis virus humano coꝛdi infundatur: in zelo inuidie tota viſcera ſerpens concutit: et in hac imꝑimẽda malitia quaſi peſtẽ vomit. Ex hoc patet ꝙ hoc vitium venenatiſſimum eſt atq́ꝫ peſtiferum. vnde Sap̃.iiij. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. Faſcinatio (ſicut ait cantoꝛ Pariſienſis) eſt vſtio radij viſibilis pꝛocedentis ex coꝛde inuidentis/et infantem quem reſpicit ad nauſeam cogentis vt cibum retinere nõ poſſit. Unde inuidus grece faſcinatoꝛ dicitur. Ibidem dicit Cypꝛianus. Iſte zelus modũ non habet:permanens iugiter ſine fine:quum alia vi finiatur. Ecce ꝙ vitium iſtud perpetuũ eſt.durat enim actus eius etiam in inferno. Unde et damnati perpetuo ſanctos videbunt in gloꝛia : vt ex hoc inuidia amplius toꝛqueantur.vnde ſuper illud Mat.xxij. Et ſtridoꝛ dẽtium. Gualfre. Quid enim ſtridoꝛ dentium:niſi ire furoꝛis nequitie malignitatis et inuidie ſupplicium? ſi quidem (vt ego arbitroꝛ) nullum toꝛmẽtum erit grauius malis: ꝙ̃ malitia coꝛdis ⁊ iniquitas ipſa peruerſiſſime voluntatis. Nimirum ſicut paſſiones oẽs patiẽtia ſubleuat: ſic impatiẽtia quaſlibet leues aggrauat.et Seneca. Quãto ille cui inuidet ſucceſſu melioꝛi pꝛofecerit:tãto inuidus in maius incendiũ liuoꝛis ignibus inardeſcit. In quo patet ꝙ hoc vitium infeliciſſimũ eſt:quia de radio lucis occecatur: de bono odoꝛe moꝛit̃. ex̃ de ſacra vnc.c. vnico.§. ad exhibendum.ibi. Alijs.ſ.inuidis et malignis odoꝛ moꝛtis in moꝛtem de melioꝛatione alterius deterioꝛatur. Sequitur in Seneca. Hinc toꝛuus vultus:minax aſpectus: palloꝛ in facie:in labijs tremoꝛ:ſtridoꝛ in dentibus: verba rabida:et effrenata conuicia: et manus ad violẽtiam pꝛompta:⁊ ſi gladio interim vacua/odio tamen furiate mentis armata. Ecce ꝙ̃ defoꝛme et turpe eſt hoc vitium. Seneca. Qualem putas eſſe animã : cuius exterioꝛ imago tam feda eſt? Hec inuidia eiecit Adã de paradiſo. occidit Abel. Ioſeph vẽdidit. Dauid perſecuta eſt. Chꝛiſtum tradidit. de hoc concoꝛ.ṡ.ver.charitas.⁊ ſicut ait Chꝛyſoſto. vniuerſum oꝛbem terrarum leſit. Hec in canone vocatur zelus amaritudinis.xvj.q.i.ſunt nonnulli. ex̃ de offi.cuſto.c.ij.in fine. Sapiens. Nihil ſuſtinet zelus.i.inuidia. Inuidia eſt communiter inter pares.ff.de lega.iij.legatis ſeruis.§. oꝛnatricibus.xxiiij.q.vij.quod autem. ¶ E Peccato inuidie deiectus fuit diabolus de celo/dicit canon. xix.diſt. ſecũdũ.et de eius inuidia.xvj.q.ij.viſis. Aliquoties inuidia ponitur pꝛo extollentia:q: de ea naſcitur.vt legitur et notatur.xxiiij.q.i.quoniam vetus.ibi. Fatiſcat (al's faceſſat) inuidia Romani culminis.et in gloſ.i. extollentia. De inuidia epiſcopoꝛum.xcv.diſt. ecce.ibi. Nemo hic epiſcopoꝝ inuidia diabolice tẽtationis inflatus iraſcatur: ſi plebem interdum exhoꝛtẽtur pꝛeſbyteri ⁊c. et.c.eſto ſubiectus.ibi. Peſſime conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs/tacere pꝛeſbyteros: ⁊ pꝛeſentibus epiſcopis non loqui:quaſi eis inuideãt/aut eos dedignẽtur audire. Hec inuidia in interioꝛibus medullis eſt recondita. vt dicit.ix.ſynodus.de peni. diſt.ij.c.i. Clericus in vitio inuidie permanẽs nõ debet pꝛomoueri.xlvj.diſt.clericus inuidens.

¶ Articulus.lxxx. A

Mur-
mura-
tio.

Aliud vitiū peſtife-
rum religioſoꝝ huius tempoꝛis eſt mur-
muratio ⁊ detractio. Dicit̄ aūt murmura-
tio vel detractio vel murmur ſm̄ Hugui.
in deriuatiōib⁹ a mutio mutis. tit. i. mur-
muro. ras. Item murmur de mutus. ta. tum. de mugio mu-
gis moꝛe iumētoꝝ que mugiūt. Murmuratio verbale eſt
de murmuro murmuras. Submurmuratio vel ſuſurratio
eſt latēs murmuratio. pſ̄. xl. Aduerſus me ſuſurrabāt oēs
inimici mei. i. tacite murmurabant. Et inde ſuſurro. as. Et
inde hic ſuſurrus. ri. et ſuſurro. onis. Iudicare eſt incerta
et dubia condēnare. xxx. q. ſi. incerta. vel male interpꝛetari.
ex̄ de reg. iur. cū in cōtēplatione. Muſſitare moꝛe mutoꝝ
nō aperte murmurare: ſed vel p̄ ſigna vel inter dentes vel
nō integre vel clare cum murmure cōqueri. Detrahere eſt
poſt doꝛſum alicuius maledicere/ expoliare/ auferre de al-
terius ſtatu/ diffamare/ defamare/ infamare/ oia. ſ̄. in eodē
ſenſu/ alterius famā ledere vel tollere. ij. q. v. habet hoc. et
q. vij. accuſatio. j. ⁊. c. ſi qui. Derogare/ maledicere/ detrahe-
re/ vel diminuere in parte nō in toto. Bilinguis qui dua-
bus linguis loquitur. et dicuntur bilingues fallaces et du-
plices: qui aliud habent in coꝛde: aliud in lingua. pſ̄. In
coꝛde ⁊ coꝛde locuti ſunt. Vel inſtabiles: qui nunc habent
hoc in lingua nūc aliud. Ariſto. Alexandro. Cōſulto: pꝛo-
cerū ſeruos ꝯtēne bilingues. Criminatoꝛ a criminoꝛ. aris.
criminis falſus impoſitoꝛ. ij. q. v. mādaſtis. ⁊. q. vij. ſacerdo-
tes. ij. cū. c. ſeq. Huguitio in deriuationibus. ad modū mu-
toꝝ/ vel velle loqui vel nō audere: ⁊ eſt pꝛopꝛie mutoꝝ: vel
loqui nō audētium. vnde Exo. xvi. ibi. Muſſitatis contra
nos. Et infra. Nec em̄ ꝯtra nos eſt murmur: ſ; cōtra dn̄m.
Et infra. Audiuit em̄ dn̄s murmur veſtrū. Et infra. Audi-
ui murmurationē filioꝝ iſrael. et Exo. xvij. ibi. Iurgat⁹ cō-
tra Moyſen ⁊c. Et infra. Et murmurauit ꝯtra Moyſen.
Io. vj. Nolite murmurare adinuicē. Et dicit̄ hoc murmur
vel hic murmur. is. vnde Io. vij. illud. Et murmur multus
de eo erat in turba. Eſt autē murmur oblocutio indebito
modo facta cōtra deū vel factū alicuius. cōtra quod vitiū
Sap. j. Cuſtodite vos a murmuratione. j. ad Coꝛ. x. Neq;
murmuraueritis. Phil. ij. Omnia aūt facite ſine murmu-
rationibus. j. Pet. iiij. Sine murmuratione. Chꝛiſt⁹ quaſi
agnus obmutuit. Eſa. liij. Cātat eccleſia de ſanctis marty-
ribus/ Nō murmur reſonat nō querimonia: ſed coꝛde taci-
to mens bene conſcia cōſeruat patientiā. qḋ eſt cōtra mur-
murātes coꝛde licet nō oꝛe. Sap. xviij. Pꝛoperās hō ſine
querela. Luc. j. de Zacharia ⁊ Helizabeth. Erant ſine que-
rela. De punitione ſoꝛoꝛis Moyſi murmurantis ꝯ Moy-
ſen. Nume. xij. ij. q. vij. §. Itē obijcitur. in pꝛin. De punitiōe
filioꝝ iſrael murmurātium. Nume. xj. xiiij. ⁊. xvj. Leuit. xix.
Non eris criminatoꝛ nec ſuſurro in populis. ad Roma. j.
Suſurrones detractoꝛes. Mat. xx. Murmurabāt aduer-
ſus ⁊c. Murmur inuidie erat. Greg. Celoꝝ regnū nullus
qui murmurat accipit. nullus qui accipit murmurare pōt.
Iude. ij. Hi ſunt murmuratoꝛes queruloſi. Luc. vij. Et in-
fra. Ait intra ſe dicens. hic murmur ſupbie ⁊c. Io. xij. Qua-
re hoc vnguētū ⁊c. murmur eſt auaritie. Nume. iiij. Oꝛtū
eſt murmur populi. hoc eſt murmur impatientie. Eſt mur-
mur zeli ⁊ bone cōſciētie: qn̄ aliquis cōtra illud qḋ eſt con-
tra deū murmurat: ⁊ diſplicētiā oſtēdit. qḋ figurat̄ Nume-
ri. xxij. in aſina que locuta eſt contra Balaā. ij. q. vij. ſecuti.
Itē Eccli. xix. Vir pꝛudēs ⁊ diſciplinatus nō murmurat.
Murmurare de tēpoꝛe ꝯtra deū impiū eſt: qui ipm̄ diſpo-
nit vt vult. Legit̄ de quodā eremita q̇ ſeminauit olera: ꝙ
videns pluuiā neceſſariā eis. petijt a deo: ⁊ habuit: ⁊ rur-
ſum ſerenitatē: ⁊ habuit. et tale tēpus dedit ei deus quale
voluit. et tn̄ olus de terra nō exiuit. qui credēs defectū eſſe
olerū/ ſuſtinuit patiēter: ſed quū ad domū alterius eremi-
te declinaſſet: et ibi olera pulcherrima vidiſſet: multū ad-
mirat⁹ narrauit illud qḋ ſibi acciderat. Cui eremita reſpō-
dit. Merito accidit tibi: q: putabas te ſapiētioꝛē deo: qui
ei indicabas quid facere deberet. Fertur etiā de quodam
agricola ꝙ ſemp̄ haberet vberioꝛes fruct⁹ ꝙ̄ alij: qui quū
requireret̄ quare hoc eſſet: r̄ndit. Non eſt mirū ſi fruct⁹ ha-
beo bonos: q: ſemp̄ habeo tale tēpus quale volo. Super
quo verbo quum hoīes mirarētur ⁊ requirerēt quomodo
hoc poſſet eſſe: r̄ndit. Ego nūꝙ̄ volo aliud tēpus ꝙ̄ de⁹ ve-
lit. vnde quū tale ſit tēpus quale deus vult: ſemp̄ tēp⁹ ha-
beo quale volo. In magna pace erat iſte ⁊ abūdātia tēpo-
raliū. Quū artifices ita offendi ſolēt qn̄ repꝛehēdūtur in
operibus in quibus periti ſunt: nō eſt mirū ſi de⁹ offenda-
tur qn̄ in ſuis operibus a quibuſcūq; dijudicatur. Itē nec
de pꝓſperitate maloꝝ/ nec de depꝛeſſione bonoꝝ murmurā-
dū eſt. ſicut dicitur Iob. xxj. Quare impij viuūt ſubleuati
ſunt cōfoꝛtatiq; diuitijs? Hiere. xij. in pꝛin. Quare via im-
pioꝝ pꝓſperat̄: bene eſt oībus qui pꝛeuaricantur: et inique
agūt? pſ̄. xciij. vide etiā pſ̄. lxxiij. Uſq; quo pctoꝛes dn̄e ⁊c.
Abachuc. j. Quare reſpicis cōtēptoꝛes ⁊c. Malach. vlti.
Uanus eſt qui ſeruit deo. Sed ſicut fidelis medicus egro
deſperato concedit oīa que appetit: egro vero de cuius ſa-
lute ſpem habet/ multa negat: ⁊ amara dat: ſic de⁹ abūdā-
tiam tēpoꝛalē quibus debet tribuit: vt ſi qua bona egerūt
mūdo: mercedē recipiāt. xxij. q. ij. ſi quelibet. Grego. Suc-
ceſſus tēpoꝛaliū eterne repꝛobationis eſt indiciū. Mactā-
di vituli in paſcuis relinquūtur: ſeruādus iugo pꝛemitur.
mali per amena pꝛata ad foueam: boni per aſpera. Mat.
vij. ⁊ Luc. xiij. Arcta eſt via ⁊c. veniūt ad patriā. Oia ma-
la pene patiēter poꝛtāda ſunt: quia iuſto. xxvj. q. v. nec mi-
rum. dei iudicio ⁊ oꝛdinatione pꝛoueniūt. De iſta materia
in collatione. vj. de nece ſanctoꝝ inuenies plene in lib. col-
lationū Io. caſſi. ⁊ de pe. di. iij. quid ergo turbamur. Clau-
ſtrales ſepe murmurāt de malo vel pauco cibo vel potu.
murmur gule eſt. ſicut filij iſrael in deſerto. Nume. xj. dicen-
tes ad literā. Quis dabit nobis carnes ad veſcendū? Re-
coꝛdamur piſciū quos comedebam⁹ in egypto gratis. in
mentē veniunt nobis cucumeres et pepones poꝛriq; et ce-
pe ⁊ allia. Anima noſtra arida eſt. Nil aliud reſpiciūt ocu-
li noſtri niſi man. Unde quū in eccleſia de iuſto cantetur.
Ecce homo ſine querela verus dei cultoꝛ. de religioſo gu-
loſo licite dicit̄. Ecce hō religioſus in apparētia: plen⁹ que-
rela: vētris ſui cultoꝛ. ad literā. pſ̄. lviij. Si vero nō fuerint
ſaturati: ⁊ murmurabunt. vn̄ Moyſes ad dn̄m Nume. xx.
Dn̄e deus audi clamoꝛē populi huius: et aperi eis theſau-
rum tuū: fontē aque viue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eo-
rū. Hec aqua viua conſolatio eſt ſpiritusſancti. de qua Io.
iiij. ibi. Qui biberit ex aqua ⁊c. Et infra. Saliētis in vitam
eternā. de peni. in lib. vj. etiā. de peni. diſt. ij. c. charitas eſt
aqua. ſub. §. ex pꝛemiſſis. Iſta qui caret: ſemp̄ murmurat.
vnde ⁊ phariſei ſm̄ Ambꝛo. in cōmētario ſup̄ Lucā ſuper
euangeliū Mat. ix. Uidit Ieſus hoīem ⁊c. Animo ieiuni
ab hac gratia cōtra chꝛiſtū comedentē cū peccatoꝛib⁹ mur-
murabāt. Axis em̄ currus vnctus nō ſtridet: inunctus ſic:
ita gratia vnctus nō murmurat. de qua vnctione. j. Io. ij.
ex̄ de ſacra vnc. c. vnico. §. j. Phil. iij. Quoꝛum deus venter
eſt ⁊c. Tales ad ignē tribulationis crepāt. ex quo apparet
ꝙ aqua diuine gratie in eis nō eſt. Olla vacua ad ignē cre-
pat. In vitis patrū. Uidit quidā patrū in ſpiritu ſedēs ad
mēſam fratrum/ ꝙ fratres murmurātes de cibis comede-
bāt ſtercus. Chꝛiſtus fel et acetum habuit in cena ſua. pſ̄.
lxviij. Dederūt in eſcā meā fel ⁊c. nec murmurauit. Omne
bonū clauſtri eſt pax. pſ̄. cxxiiij. Pax ſuper iſrael. vbi gloſ.
Omne bonū vno verbo dicit. contra monachos medicos
volentes viuere in medicina et cibarijs ſanis. Bern. Dn̄s
docet. Mat. x. Io. xij. Luc. xiiij. perdere aias. Galenus et
Hippocrates ſaluare. cuius ꝯſilio potius acquieſcas: aut
cuiusvis eſſe diſcipulus? Puta te queſo monachū: nō me-
dicum. nō de complexione iudicādum: ſed de pꝛofeſſione.
Item qui murmurat cōtra pꝛelatū: murmurat cōtra deū.
Exo. xvj. Non contra me eſt murmur: ſed contra dn̄m. dixit
Moyſes Nūe. xiiij. Uſq; quo multitudo hec peſſima mur-
murat contra me? Grego. Ille ſolus de flagello murmu-

rat:qui animũ percuſſoris ignorat. Tumultus murmurã/
tium nõ audietur. Sap.j. Pena murmurantiũ extermina
tio eſt a celo.j.Cor.x. Neq murmurauerítis ꝛc.Et ifra.Et
perierũt ab exterminatore.i.a diabolo qui ponit homines
extra terminos vite eterne. Octaua ſynodus. Alienus ſit
a fratrũ vnitate qui murmurat: et opus eius.i.oratio vel
oblatio ſm gloſ.abijciat qui murmurans extiterit.xc.diſt.
alienus. Dixit ſenex. Omẽ peccatorem ſuſtinet deus:mur/
murantẽ aũt diu ſuſtinere nõ põt. Dicebat frater Egidius
cuidã fratri de obediẽtia ſibi data murmurãti/quanto plꝰ
murmuras:plus te oneras ꝛ grauas. Propriũ eſt inuido
rum murmurare ꝛ detrahere:q: nullus inuidus diligit.et
nullus qui murmurat aut detrahit/ diligit. q: qui diligit:
in occulto delictũ corrigit. ſm formã euangelicã/Si pecca
uerit in te frater tuus ꝛc. Mat.xviij.ij.q.j. ſi peccauerit.ex
de iudi.nouit. Nec eſt proditor ſed corrector.vt in preal.c.
ſi peccauerit. ¶ Sequitur de detractione quorũdam reli/
gioſorum et aliorum. Scdm Hugui.in deriuationibꝰ.in lra.t.in

Detra/ctio.

dictione traho/Detrahere eſt poſt dorſum alicuius male
dicere. Dixit abbas Pemen. Si peccauerit homo:et nega
uerit:ne arguas eũ:q: ita eſt propoſitũ eius. Si autẽ dixe
ris ei/Ne tribuleris frater. ſi nõ peccaſti:nõ pecces.tũc cõ/
fortas eũ ad penitentiã. Dixit ſenex. Si videris quẽ peccã
tem:ne mittas culpã in eo:ſed in illũ qui impugnat eũ:di/
cens/Ve mihi:q: ſicut iſte nolẽs victus eſt:ſic ꝛ ego.ꝛ plã/
ge et inquire dei ſolatiũ. Nemo eñ vult peccare:ſed oms
decipimur.ait Climacus in gradu.x.de detractiõe.Et Ju/
de tamen peccatũ volũtariũ eſt.xv.q.j.§.j.Timo. anacho/
rita dedit conſiliũ cuidã abbati ꝙ expelleret quẽdam mo
nachũ.quum ille fuiſſet expulſus:tentatio venit ſuper Ti
mo. et quum ploraret in cõſpectu dei:et diceret. Peccaui:
miſerere mei.venit ad eũ vox dicens. Timo. ideo hoc tibi
venit:quia fratrem tuum in tẽpore tentationis deſpexiſti.
Scdm gloſ.poſitã de peni.diſt.j.homicidiorũ.que incipit/
detractores. Detrahere eſt bona que a deo ſunt alicui col/
lata/negare vel inuertere:vt ſi quis dicat ſapientẽ ſapien/
tiã nõ habere:vel caſtum caſtitatem:vel ea que bono zelo
ſiunt inuertendo: aſſerere malo zelo vel ſpiritu malo fie/
ri:ſicut iudei chriſtũ dicebãt Luc.vj.et Mat.xij.in beelze/
bub demonia eijcere.xxj.diſt.§.j. Et quidẽ eſt peccatum in
ſpiritũſanctũ: q: qđ eſt ſpiritusſancti: maligno ſpiritui at/
tribuunt.hucuſq glo. Anacletus papa.vj.q.j.deteriores.
Deteriores ſunt qui doctorum vitã moreſq corrumpunt: ijs
qui ſubſtantias aliorum prediaq diripiunt. Dixit quidã lau/
dari cupiens/Vituperare caue. Ipſi eñ ea que extra nos
ſunt. Bern. Vere diuitie nõ ſunt opes:ſed virtutes quas
conſciẽtia ſecum parat:vt in perpetuũ diues ſiat.licet no/
ſtra ſint:auferunt. Noſtri quoq detractores ꝛ morum corru/
ptores noſtrorum/ ſiue qui aduerſus nos armantur.ſ.detra/
hendo:ppꝛie nos ipſos decipiũt. ¶ Notãdum aũt ꝙ de/
tractor diminuit famã alicuius qñq directe: qñq indire/
cte.Et directe quidem quadrupliciter. Vno modo quãdo
falſum imponit alteri. Scdo modo qñ peccatũ auget ſuis
verbis. Tertio quãdo occultũ reuelat.ij.q.j. ſi peccauerit.
Quarto qñ id qđ eſt de ſe bonum:dicit mala intẽtione fa/
ctũ. Indirecte autẽ vel negando bonũ alterius:vel bonũ
malitioſe reticẽdo.ſm Tho.vnde Gilibertus. Grauis ra/
pacitas: quũ verã alterius gloriã etſi mendacio nõ corrũ/
pis:ſilentio preteris. Liuor eñ priuatã excellentiam ſem/
per cogitat:alienã obſcurat. Prouer.xiij. Qui detrahit ali
cui rei:ipe ſe in furtũ obligat. Si dicat detractor/Pro cha
ritate detraho. Dic illi/Ceſſa a tali charitate. Si dicat/Di/
ligo. ora ꝓ eo latẽter:ꝛ vitiũ nõ improperes: neq maledi/
cas. Iſte modus charitatis acceptus eſt apud deuz. Vidi
peccãtẽ publice/et penitẽtem occulte:et quẽ fornicatorem
iudicaui:caſtum coram deo inueni. Etiã ſi in ipſo exitu ali/
quem videris offendẽtẽ:neq tu iudices ipm. Incertũ eſt
enim hoibus iudiciũ dei. Climacus. Itẽ.vj.q.j.ſumma ini/
quitas. Summa iniquitas eſt fratres detrahere et accuſa
re.vñ ſcriptũ eſt.j.Joã.iij. Omnis qui detrahit fratri ſuo:

Aliene fame po/teſt bifa/riam de/trahi.

homicida eſt.et omnis homicida nõ habet partẽ in regno
chriſti ꝛ dei. De detractoribus dicit Hiero. Lingua detra/
ctorum beſtias ferocitate/volucres velocitate/ſerpẽtes viru
lẽtia precellit.et Augu.cõtra detractores. Ante te eſt equi
tas:ante te eſt iniquitas.vnam linguã habes:quo vis ver
tis eã.cur vertis eã ad iniquitatẽ/et nõ ad equitatẽ? Ven/
tri tuo non das cibos amaritudinis: tue lingue cibos ini/
quitatis. Sicut eligis quo veſcaris: ſic elige quid loqua/
ris. Iſidorus. Detractio graue pctm̃ eſt: grauis dãnatio.
Et nota ꝙ detractores nõ admittũtur ad accuſationẽ epi
ſcoporum.iij.q.iiij.detractores.xlvj.diſt.accuſatores.gloſ.id
eſt detractores. Nũꝗ reuerearis apud te,primo detrahen
tem.magis vero dices ad eum/Quieſce frater: ego quoti
die in peioribus offendo: ꝛ quomodo illũ valeo iudicare?
et in hoc teipſum et proximũ ſanas. Via remiſſionũ offen
ſionum breuis eſt nõ iudicare.quia ait dñs/Nolite iudica
re:et non iudicabimini. Luc.vj.et Mat.vij. Climacus de
iſtis.ad Rom.j. Detractores deo odibiles.ꝛ in pš.x. Quã
que perfeciſti deſtruxerunt.i. bona opera que deus pficit:
deſtruũt in alijs quantum in eis eſt.de hoc.v,q.v.qui am/
bulat. Qui ambulat fraudulenter:reuelat arcana.qui au/
tem fidelis eſt:celat amici cõmiſſum. Prouer.xj. Tali de/
latori lingua eſt capulãda.v.q.vj. Delatori autem lingua
capuletur ꝛc. ¶ Item nota ꝙ detrahere conſiſtit in adni
hilando vel diminuẽdo bonũ alterius. Vnde Haymo di/
cit. Detrahere eſt aliorum bona iuertere vel negare. Eccli.xj.
Bona in mala conuertẽs inſidiatur: ꝛ in electis imponet
maculã. Vel ſic. Detractio eſt reuelatio defectus abſentis
proximi:facta alicui vt ipſum in bono minorem exiſtimet.
Et ſm iſtas duas notificationes diſtinguũtur ſex ſpecies
detractionis: tres ſm primã:et tres ſm ſecundam. Prime
ſumuntur reſpectu boni. Scde tres reſpectu mali. Reſpe
ctu boni quũ quis negat bonũ alterius: aut tacet vbi non
debet: aut inuertit. Reſpectu mali: quum reuelat vbi non
debet alterius peccatũ: aut aggrauat: aut fingit quod nõ
eſt. Contigit fratri culpa in cenobio: ꝛ dum a ceteris increpa
paretur: profectus eſt ad Antonium.et adſecuti ſunt eum
fratres: volenteſq eũ reducere/ceperunt exprobrare ei: il
le vero ſe feciſſe culpam denegabat. inuẽtus eſt ibi abbas
Paphuntius cui nomẽ erat Cephtias qui talẽ retulit au
dita fratrum queſtione parabolam. Vidi (inquit) in ripa
fluminis hominem vſq ad genua in limo demerſum. Ve
niẽtes autẽ quidam vt eũ porrecta manu extraherẽt: vſq
ad collũ demerſerunt. Tunc Antonius de Paphuntio di
xit. Ecce homo ꝗ põt animas ex veritate ſaluare. Quo ſer/
mone illi fratres cõpũcti agẽtes penitentiã eũ qui diſceſſe
rat/ad cenobiũ reuocarunt. ¶ B Sed hic quero quali
ter reſtituet quis famã ei qui ex verbis ſuis in ea leſus eſt?
Dic ꝙ aliquis poteſt alicui tripliciter famaz auferre. Vno
modo verũ dicendo et iuſte: puta quum aliquis crimẽ ali/
cuius prodit ordine ſeruato: et tunc nõ tenetur ad reſtitu
tionem fame.ij.q.j.in primis.a ſenſu cõtrario. vſq ad.§.ſe
quen. Alio modo falſum dicendo et iniuſte.et tũc tenetur
famam reſtituere cõfitẽdo ſe falſum dixiſſe. Tertio modo
verum dicendo ſed iniuſte. puta quũ aliquis prodit crimẽ
alterius contra ordinem debitum: et tenetur tunc ad reſti
tutionẽ quantũ poteſt: ſine mendacio tamẽ: vtpote q: di/
cit ſe male dixiſſe: vel ꝙ eum iniuſte diffamauit: vel ſi non
poſſit famam reſtituere: debet ei aliter recompẽſare ſicut
in alijs iniurijs. ſm Tho. Hic adde quod ſcripſi. š. in hac
ſcda parte in.§.ſed vt de hoc pleniſſime.ver. obligãtur.in
ar.xlvij. Item pš.c. Detrahentẽ ſecreto proximo ſuo hunc
perſequebar.xxiij.q.iiij.nimium. Item Leuit.xix. Nõ ma/
ledices ſurdo. gloſ. Surdo maledicit ꝗ abſenti detrahit.
In eodẽ.c.etiam dicitur. Non eris criminator.i.detractor.
Deut.xij. Caue ne ſanguinẽ comedas. Eccli.v. Ne appelle
ris ſuſurro. Jac.iiij. Nolite detrahere alterutrum fratres
mei: qui detrahit fratri: aut qui iudicat fratrem ſuũ: detra/
hit legi et iudicat legem. Jo.v. Pater non iudicat queꝗ:
ſed ſententiam proferendo; ſed omne iudicium dedit filio.

Sex de/tractiõis/ſpecies.

Ablate/fame diſ/pẽdium/quõ reſti/tuẽdum.

vt omnes honoꝛificent filium: ſicut honoꝛificãt patrem.i. pꝛofiteantur in eo maieſtatẽ patri equalẽ: vt qui viſus eſt infirmus et iudicatus in carne: cõferatur ei poteſtas iudi-cãdi: que ſit declaratiua maieſtatis. Act.x. Ipſe eſt qui cõ-ſtitutus eſt iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. ex̃ de ſum.tri.c.j.§.hec ſancta. et in ſymbolis/ Credo. et Quicũꝗ vult.j. Coꝛ.iiij. Nolite ante tempus iudicare. cũ iis que ibi ſunt. Bernar. Nõ vſurpo mihi vel ſuper me ſeruus filij poteſtatem. Nec me adnumero illis de quibus cõqueri ita ſolet/ Tulerunt homines a me iudiciũ. Pater nõ iudicat quẽꝗ: ſed omne iudiciũ dedit filio: et ego mihi pꝛeſumã quod nec ipſe pa-ter aſſumit? Velim nolim ipſe/ me adſtare opoꝛtet ipſi: et hoꝝ que geſſi in coꝛpoꝛe reddere rationẽ. ex̃ de pe. ⁊ remiſ. cũ ex eo. cui nec verbũ pꝛeteruolat: nec ſubterfugit cogita-tus. de hoc.ij.q.j.multi.vj.q.j.ſi oia. xxx.q.vlti.incerta. cũ.c. ſeq. Roma.xiiij.et.ij. Coꝛ.v. Unde et detractoꝛes pꝛopꝛie dicuntur deo odibiles. Roma.j.q: quod eſt dei pꝛopꝛium ſcꝫ iudicare ⁊ condẽnare. Luc.vj. vſurpãt ſibi. Unde Job. xix. Quare me perſequimini ſicut deus. iudicãdo ſcꝫ de oc-cultis. xxxij.diſt. erubeſcãt. xxxij.q.v. chꝛiſtiana. ⁊ carnibus meis ſaturamini? Seneca. De te apud te mala exiſtima: et tecũ maxime tracta qđ in te infirmiſſimũ ſenſeris. Quum quidã laudaret quemdã fratrẽ ꝙ malũ hoꝛreret: dixit ab-bas Pemeñ. Ille hoꝛret mala: qui ſua peccata hoꝛret: et oẽm fratrẽ ſuũ beatificat. Interrogatus abbas Pemeñ. quõ poteſt homo cauere a detrahendo: reſpondit. Ego et pꝛoximus meus due ſumus imagines. quũ ergo imaginẽ meã reſpexero: ⁊ repꝛehẽdo me: inueniť imago fratris mei apud me venerabilis. qñ aũt meã laudauero: tũc imaginẽ fratris mei pꝛauã reſpicio. Tũc ergo de alio nõ detrahã: ſi ſemper repꝛehẽdero meipſuꝫ. Hec in vitis patrũ. Ber. No-li eſſe aliene vite aut temerarius iudex: aut curioſus explo-ratoꝛ. Acuti ⁊ celeres ⁊ diſtricti rationis poſitoꝛes ⁊ deli-ctoꝛuꝫ pꝛoximi exactoꝛes exiſtẽtes hoc vitiũ patiunť. et co ꝙ de ſuis offenſionibus perfectã memoꝛiã nondũ aſſum-pſerunt. Quia em̃ nõ de pꝛopꝛiis curã gerũt: ſub peccatis alioꝝ obligati ſuccumbũt. Si em̃ aliquis ſua mala nõ diſ-ſimularet: nullius alterius decetero curam gereret: exiſti-mans neꝗ ſibi tẽpus ſufficere ad pꝛopꝛiũ luctũ: etiã ſi cẽ-tum vixerit annis: atꝗ Joꝛdanẽ totũ fluuiũ lachꝛymans ex ſuis oculis viderit pꝛocedentẽ. Murmurantiũ et faſci-nantiũ mala argumentuꝫ hoc eſſe cognoſce: q: doctrinas et res et negocia libenter ⁊ facile vituperant: et a ſpiritu odij trahunt miſerãde ſummerſi. Bonus racemoꝛũ colle-ctoꝛ maturos edens/ nihil vuarũ acerbarũ colligit. et ha-bens pꝛudentẽ mentẽ/ quaſcũꝗ virtutes in aliis inſpexe-rit: feſtinus notabit ſolicite. Inſipiẽs vero querelas ⁊ de-fectus ſcrutabiť. de quo et diciť in pſ̃. lxiij. Scrutati ſunt iniquitates defecerũt ſcrutãtes ſcrutinio. Neꝗ tuis oculis videns dijudica. Plerũꝗ etem̃ ipſi ſeducunť ⁊ errãt. xxvij. q.j. nec aliqua. et ex̃ de pꝛoba. cauſam. Climacus in.x.gra-du de detractione. Comparať detractoꝛ cani. Matth.vij. Nolite ſanctum dare canibus. xj.q.iij. nolite. ex̃ de ſimo. ca. et diligẽti.§.ſi.ibi. Cõtra latrantiũ moꝛſus. Sapientie.j. A detractione parcite lingue. Maxime detractio cauẽda in cõuiuiis. Pꝛouer.xxiij. Noli eſſe in conuiuiis potatoꝝ: nec in comeſſationibus eoꝝ qui carnes cõferunt ad veſcendũ. gloſ. Carnes ad veſcendũ cõferre/ ẽ in collocutiõe deroga-tionis viciſſim pꝛoximoꝝ vitia dicere. de hoc. xliiij. diſt. con-uiuia. vbi in gloſ.j. ponunť verſus Aug.

Quiſquis amat dictis abſentis rodere vitam:
Hanc menſaꝫ indignã nouerit eſſe ſibi.

Cõparať etiã detractoꝛ ſerpenti. Eccſ.x. Quõ ſi moꝛdeat ſerpẽs in ſilẽtio ⁊c. Jaco.iij. Lingua ẽ inquietũ malũ: ple-na veneno moꝛtifero. Pꝛoditoꝛ autẽ quos retro moꝛdet abſentes: pñtes amare ſimulat. nec detrahit niſi vbi de ſi-lẽtio cõfidit. Pꝛouerb.xxx. Eſt generatio que pꝛo dẽtibus gladios habet. pſ̃.lvj. Filij eoꝛum arma ⁊ ſagitta ⁊ lingua eoꝛũ gladius acutus. de peni. diſt.j. periculoſe. et pſ̃. lviij. Et gladius in labiis eoꝛũ. Cõparantur tales ſepulcro pa-tenti et fetenti cõtinue. pſ̃.v. Sepulcrũ patens eſt guttur eoꝝ: linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos deus. q: ipſi alios iudicant. Luc.vj. Nõ ſentiť iſte fetoꝛ: inter religioſos: q: omnes ſunt cõmuniter detractoꝛes maxime alterutrũ. Ber. Ubi om̃es feridi ſunt: vnius fetoꝛ minime ſentitur. Sũt etiã ſimiles Ciconie que venenatis animalibus pa-ſcitur. pſ̃.ix. Cuiꝰ os maledictione plenũ eſt. Peioꝛes ſunt furibꝰ. vj.q.j. deterioꝛes. Ambꝛo. Tolerabilioꝛes ſunt qui veſtes ⁊ alia noſtra bona diripiunt: ꝙ qui famã noſtrã la-cerãt. q: Pꝛouer.xxij. Melius nomen bonũ ꝙ multe diui-tie. Hiere. xix. Unuſquiſꝗ carnes ſui amici comedit. Un-de dixit hyperitius ſenex. Melius eſt comedere carnes ⁊ bibere vinum: ꝙ comedere vituperando carnes fratrum. Grego. Quid aliud detrahentes faciũt: niſi in puluerem ſufflant: ⁊ in oculos ſuos terrã excitant: vt vnde plus de-tractionis perflant/ inde magis nihil veritatis videãt. xj. q.iij. inter verba. verſicu. archidiaconus. Mirũ eſt hoc vi-tium detractionis quum charitatẽ que deus eſt.j. Jo. iiij. et quidẽ ceteris acrius impugnare ⁊ perſequi cognoſcať. Quẽadmoduꝫ poteris admittere. Omnis qui detrahit: pꝛimum quidẽ ſeipſum pꝛodit vacuũ charitate. inde quid aliud detrahendo intendit: niſi vt is cui detrahiť/ veniat in odium vel cõtemptũ ipſis apud quos detrahitur. Coꝛ ſiquidẽ felle liuoꝛis amarũ per lingue inſtrumentuꝫ ſpar-gere niſi amaroꝛẽ nõ poteſt. dicente dño Mat.xij. Ex abũ-dantia coꝛdis os loquiť. Pbs. Pꝛopꝛium eſt aliena vitia cernere: ⁊ ſua obliuiſci. Moyſes tollens ſecũ ſpoꝛtã vete-rem plenam arena retro/ ⁊ ante parũ/ intrauit in medium fratrũ qui quẽdam fratrẽ culpabilẽ dijudicabãt. ⁊ mirãti-bus illis dixit. Arena multa que retro ẽ: peccata mea ſunt multa ⁊ grauia: que nõ video. modica arena ante/ ſunt pec-cata pꝛoximi modica: que cõtinue iudico. In vitis patruꝫ. Solebat dicere abbas Joan. Paruã ſarcinã dimiſimus.i. noſmetipſos repꝛehẽdere: et grauẽ poꝛtare elegimus.i. vt nos iuſtificemus ⁊ alios cõdemnemus. Dixerunt patres. Hec eſt via ſalutis: ſe repꝛehẽdere ⁊ alios excuſare. Unus patrũ videns aliũ peccantẽ dixit cũ fletu. Ue mihi: q: ſicut iſte hodie peccat: ſic ⁊ ego die craſtino. Et monebat diſci-pulum ſuũ dicẽs. Quãuis aliquis te pꝛeſente peccauerit: ne cõdemnes eũ. ſed ſic apud te ſit/ tãꝙ tu plus pecces eo: ꝗuis ille ſit ſecularis: niſi foꝛte ꝯtra deũ blaſphemauerit: quod eſt hereſis. Dixit abbas Theodoꝛus cuidã. Si mo-nachus reuertatur ad ſeculũ: nõ mireris: ſed magis ſtupe ſiquis potuit inſidias diaboli euadere. Abbas Iſaac iuſ-ſit expelli de cenobio fratrẽ negligentẽ. dũ ergo reuertere-tur in deſertũ in cellaꝫ ſuã: angelus dñi ſtetit ante oſtium celle: dicẽs ei. Non te permitto ingredi. Et ille rogabat vt ei culpa manifeſtareť. Et reſpõdit angelus. Deus me trã-miſit dicens. Uade dic Iſaac. Ubi iubes vt mittamus illũ fratrẽ qui peccauit? At ille mox dixit/ Peccaui dñe: indul-ge mihi. Et dixit angelus. Exurge: indulget tibi deus. ſed nec hoc iterũ facias vt quemcũꝗ cõdemnes anteꝙ deus illũ iudicet. Tulerũt em̃ homines iudiciũ meũ: et nõ mihi illud permittunt. dicit deus. Hoc aũt dictũ eſt: q: ſi cõtige-rit de illis perfectis aliquẽ vel in paruo peccare: mox pꝛo-ditur. Hec in vitis patrũ. ¶ Sic detractoꝛ peccata quibꝰ plenus eſt non videt: ſed aliena. Pꝛouer. xxiiij. Cũ detra-ctoꝛibus ne cõmiſcearis: qm̃ repente conſurget perditio eoꝛum. gloſ. ibi. Hoc ſpecialiter vitio periclitatur totũ pe-ne genus humanũ. quum omnis detractio ſit periculoſa: maxime illa que fit contra patrẽ carnalẽ vel ſpiritualẽ. vn-de maledicitur Cham in ſemine: q: deriſit patreꝫ. Geñ.ix. j.q.iiij.§. itẽ peccato Achoꝛ. verſicu. Itẽ Cham. xcvj. diſt. in ſcripturis. Exo.xxij. Diis. gloſ. i. ſacerdotibꝰ. nõ detrahes. et iterũ gloſ. Quuꝫ omnis detractio pernicioſa ſit in aliis ſacerdotibus pernicioſioꝛ. ij. Reg. vj. legitur de Oza per-cuſſo a domino: quia manũ ad arcam extendit. Manũ ad arcam ponere/ eſt pꝛelatum arguere: et de eo murmurare vel detrahere. ij.q.vij.§. de his. verſicu. itẽ legitur. Grego. Multi dũ vitã ſacerdotũ plus ꝙ ſuã diſcutiunt: in erroꝛis

Detra-
tionis
plex ſ-
dcs.

fouea[m] dilabunt. Magna em̄ trabe vulneratos oculos habentes/eamq; negligentes/feſtucā tenuē in alioꝝ oculis conſpiciunt ⁊c. j.q.j.multi. ¶ Contra audientes detractores Prouerbio.iiij. Detrahētia labia ſint procul a te. et.xxiiij. Noli eſſe in cōuiuijs ⁊c.⁊.xxiiij. Cū detractoribus ⁊c.⁊ Eccli.xxviij. Sepi aures tuas ſpinis. Bern. Detrahere vel detrahentē audire/qd horum damnabilius ſit nō facile dixerim. Hiero. Nemo inuito auditore libēter refert. vi. q.j.ex merito. Si deeſſet auditor: deeſſet detractor. Cōtra detractores etiam Job.xix. Quare perſequimini me ſicut de⁹: ⁊ carnib⁹ meis ſaturamini? ſ.i detrahēdo. ¶ Triplex etiam eſt ſpecies peſtis huius: ſcilꝫ aperta/diſſimulatoria/⁊ replicatoria.

Detractionis triplex ſpecies.

Aperta eſt illoꝝ qui auide ⁊ inuerecunde ſicut in buccā venerit fetorē detractionis emittunt. de quibus pſ.v. Sepulcrū patens eſt ⁊c. Seneca. Non refert an ſuperius an inferius intonet. magis em̄ ſuperius fetet. vnde tales abominabiles ſunt. Prouer.xxiiij. Abomiatio hominum detractor. Diſſimulatoria illoꝝ qui verecundia quadā obumbrant: et primo premittūt ſuſpiria: vt magis compatiendo ꝙ detrahendo credantur dicere verba. Dicunt etiā ſe diligere illos quibus detrahunt. dicunt etiam maligni ꝙ ille cui volunt detrahere bonus eſt. ⁊ incipiunt eum laudare. ſed cauda ſcorpionis percutiūt: dicētes habet tamen talē defectum vel tale peccatū. Contra iſtos dictum eſt.ſ̄.verſicu.cōparatur. Si mordeat ſerpens in ſilētio ⁊c. Replicatoria eſt illoꝝ qui verecūdant primo aperire os: ſed mox vt alij incipiunt: ipſi ponūt boliū: ⁊ ſymbolizant. Ꝯtra quos.ſ̄.verſicu.cōparat̄.dixi. Noli eſſe ⁊c. Sicut ſuſurrans ſerpens Euā de paradiſo excuſſit: Ita qui fratri ſuo detrahit: nō ſolū ſuā/ſed audientis animā perdit. Dixit hyperitius. Cuidā patri preſbyter ꝯſueuerat hoſtiā conſecrare. quidā preſbyterū accuſauit. pater ſcandalizatus noluit ab eo cōmunionē recipere. diſcedente preſbytero facta eſt vox ad ſolitarium dicens. Et ſubito factus in extaſi vidit lacū aureum: ⁊ funē aureū: ⁊ aquā optimā: ⁊ quēdam leproſum haurientē de lacu aquam ⁊ transfundētem. quum autem vellet ſenex qui hoc videbat bibere: non bibebat ex eo ꝙ leproſus eſſet qui hauriebat. Et ecce iterū ad ſenē vox dicens/Cur non bibis ex aqua hac? Qualem cauſam habet qui haurit? ille tantūmodo haurit: ⁊ transfundit. Quum ergo inde reuerſus fuiſſet ſenex: ⁊ habuiſſet diſtrictionē viſionis: vocauit preſbyterū: et cōmunicauit ab eo ſicut prius. ad hec.j.q.j.§.ſed obijcitur.c.ſi fuerit. cū.c.ſeq. vſq; ad.§.ſed notandū.⁊.xv.q.ſi.c.ſi. ¶ Ubi detractores ſignantur per beſtiā de qua danielis.vij. Beſtia ſimilis vrſo in parte ſtetit: et tres ordines dentium in ore ei⁹: ⁊ ſic dicebant ei. Surge: comede carnes plurimas. Detractor eſt vrſus vorat viuarū carniū. Et inquietus: quia aſſuetus detractionibus nunꝗ quieſcit: modo cū vno modo cum alio. Et in abditis morat̄: q: detractor prout communiter/in occulto detrahit. Caput habet debile: p̄cipue nares: q: ſi ꝯtradicatur detractori: frangit̄ a detractione. Tres ordines dētiū habet: q: manifeſta mala exaggerat: et occulta publicat: qd eſt diffamare. Dubia in deteriorem partē interpretatur: qd eſt proprie derogare. Aperta bona que negare nō pōt/diminuit ⁊ obſcurat: qd eſt detrahere. contra tales aures ſunt ſepiende ſpinis.i. peccatis proprijs vt non audias aliena. Eccli..xxiiij. Sepi aures tuas ſpinis. Hiero. Sicut ſagitta ſi mittat̄ contra durā materiā nonnūꝗ in mittentē reuertitur: ⁊ vulnerat dirigentē: Ita detractor quum triſtē faciem viderit audientis: immo nec audientis quidē: ſed obturantis aures ſuas ne audiat iudiciū ſanguinis: ilico conticeſcit: pallet vultus. heret labijs. ſaliua ſiccatur. Prouerbio.xxv. Uentus aquilo diſſipat pluuias. facies triſtis linguā detrahentē. Cōtra tales Bern. aſpere intonat dicēs/Lingua maledica illius cui detrahit percutiens cōſcientiam/et eius qui audit vulnerans charitatem/ſecum pariter vtrūq; perimit. Numquid non vipera eſt: que tam letaliter inficit vno flatu? Nūquid non lancea eſt; que tres penetrat vno ictu? Lingua (pſ. inquit) eoꝝ gladius acutus. de peni. diſt.j. periculoſe. pſ. cxxxix. Acuerūt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenū aſpidum ſub labijs eoꝝ. pſ. ix. Cuius os maledictione plenū eſt ⁊ amaritudine ⁊ dolo: ſub lingua eius labor et dolor. Gladius quidē eſt anceps immo triceps lingua detractoris. crudelior eſt ipſo mucrone quo latus dominicū eſt cōfoſſum. Fodit hic quoq; corpus chriſti: fideles chriſti qui ſunt eccleſia que eſt corpus chriſti myſticum.xxiij.q.iii. pro membris. et.q.v. de liguribus. de peni. diſt.j. eccleſia. Mēbrum de membro nec iam exanime.i. ſine anima. ex̄ in clemen. fidei. de ſum. tri. fodit: ſed facit exanime fodiēdo. Ipſis quoq; nocentior eſt ſpinis. Jo.xix. quas illi tā ſublimi capiti furor militaris impoſuit. ſeu etiā clauis ferreis. pſ. xxi. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. quos ſanctiſſimis manibus ⁊ pedibus cōſummatio iudaice iniquitatis infixit. Quare aūt deus permittat detractiones fieri: aſſignatur cauſa a Grego. dicente. Sunt plurimi qui vitā bonorum fortaſſe amplius ꝙ debent laudāt. et ne qua elatio de laude ſubrepat: permittit oīpotens deus malos in obtrectationē ⁊ obiurgationē prorūpere. vt ſi qua culpa ab ore laudantiū i corde naſcit̄: ab ore vituperantiū ſuffocet̄. vi. q.j. ſunt plurimi. Quare etiā diabolus detractiōes ⁊ diffamationes ſuſcitet ponit̄ cā.ij.q.v. hꝫ hoc. Hꝫ h̄ propriū antiqui hoſtis inuidia: vt quos improboꝝ actuū perpetratione deo ſibi reſiſtente deijcere nō valet: opiniones eoꝝ falſa ad preſens ſimulādo dilaceret. Scd̄m Climacū detractio eſt ſoboles odij: ſanguiſuga charitatis: ſordes cordis et oneris conſiliatrix. Judas erat in medio diſcipuloꝝ: latro vero in choro homicidarū: ⁊ mirū quō in vno momento eſt facta trāſmutatio ſcꝫ latronis ſaluati. Luc.xxiij.xxvi. q.vi. ſi preſbyter. et Jude ſuſpēſi. Mat. penulti. c. de peni. diſt.iij. ſceleratior. Demones vel exhortant̄ ⁊ nobis ſuggerunt ꝙ peccemus: aut peccantes dijudicare: vt preſertim moliantur primū: ⁊ nos ſic maculent. de peni. diſt.ij. §. romanos. ver. princeps. alꝰ. eſt. c. homicide. Uidi quoſdā latēter ⁊ nō publice omnino dira et periculoſa crimina perpetrantes: ⁊ autumatione ſue munditie ficte vt nimis iuſti. ij.q.ij.§. his ita. ibi. Noli eſſe nimis iuſtus. aduerſus eos inſtantes qui in minimis quibuſdā ⁊ publicis offendebant. Detrahere eſt proprie anime interitus. Judicare eſt irreuerens rapina dei dignitatis. ſm Climacū. Quēadmodū proprie reputationis elatio ⁊ ſine alia paſſione hominem habentem perdere poteſt: Ita ⁊ per ſeipſum ſolū iudicare ⁊ detrahere exiſtens in nobis perfecte nos perdere valet. Et ex hoc ille phariſeus cōdemnat̄. Luc.xviij. Et quia de vitio detractionis religioſorū maxime tractaui: cauendum eſt religioſis predicatoribus ne in ſuis ſermonibus et predicationibus prelatis eccleſiarum detrahant. ex̄ de priuile. et excel. religioſi. in clemē. Ūn̄ dicit Hiero. ad Ruſticum monachum. Non eſt humilitatis mee atq; menſure de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrū quippiam dicere. Habent illi ordinem ſuum ⁊ gradū. xvi.q.j. ſi clericatus. Tullius. Sepius vidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena vitia aperte. quaſi dicat in ſpecie non in genere. ex̄ de offi. iudi. ordina. ſi ſacerdos. dixerunt: ꝙ eos qui commiſerunt. Et hoc intelligendum eſt quum nominatim detrahunt: vel per circumlocutionem: que vicē habeat proprij nominis. arg. bo. ff. ſi certum petatur. l. lecta. ex̄ de teſti. licet. iij. ex̄ de conſangui. et affini. tua nos. alias in genere bene licet predicatori tangere vitia prelatoꝝ. quia contra vitia quorumcumq; precipue eſt predicandū generaliter. Eſaie.lviij. Annuntia populo meo ſcelera eorum: ⁊ domui Jacob peccata eorum. Iſti ſunt prelati. Jacob interpretatur ſupplantator. et prelati precipue habent vitia ſupplantare: ſcilicet exemplo et doctrina ea eneruare. xliij. diſtinctio. ſit rector diſcretus. j. rñ. faciunt bene ad hec que leguntur ⁊ notātur. viij.q.j.c. penul. ⁊ vlti. xi.q.iij. precipue. ex̄ de vo. ⁊ vo. redēp. c. magne. §. preterea. Unde dominus Mat. xxiij. Supra cathedrā Moyſi ⁊c. j.q.j. omnia. c. non tales. xix. diſtinc. ſecundum. Licet ergo

in genere qđ non licet in ſpecie.ex͂ de offi.ordi.ſi ſacerdos. Caueant tamẽ vt in locutione generali linguã refrenent: q: qui minus cõſiderate loquitur:ſentiet mala. v.q.v.§.ſ; illud.xliij.diſt.ſit rector.ſm Jo.an.i.Cauẽãt etiam fratres ſeminare diſcordiã inter fratres: quod deus ſingulariter odit. Prouer.vj.Qui cõgregare venit nõ diſpergere. Jo. x.xxiij.q.j.qm̃ vetus.ex͂ de baptiſ.c.ſi. Caueant etiã ne ſint bilingues.vide.s.in prin.iſtius.§.in additiõe que incipit/ Item murmur.ver.bilinguis.ſicut eoꝝ quidã ſunt. Bilingues aũt ſunt qui mala loquuntur in abſentia: et bona in preſentia.vel qui pretẽdunt ꝙ bona intẽtione vel cauſa ioci dicunt:quũ tñ intentionem malã habeãt. Prouer.xviij. Verba bilinguis quaſi ſimplicia: ⁊ ipſa ꝑueniunt vſq; ad interiora vẽtris.pſ.liiij. Molliti ſunt ſermones ſuos ſup oleũ:et ipſi ſunt iacula.Tales maledicti ſunt.Eccli.xxviij. Suſurro ⁊ bilinguis maledictus:multos eñ turbãt pacẽ habẽtes.Lingua tertia multos cõmouit ⁊c.j.ad Timo.iij. Diacones ſimiliter pudicos:non bilingues.

Articulus.lxxxj. A

Otioſa verba q̄ ſint.

**ALia vitia quorũ**dam religioſoꝝ preſentis temporis ſunt verba otioſa/multiloquiũ/et fractio ſilẽtij. Et primo q̇dẽ verbũ otioſum ſm Hiero. eſt qđ ſine vtilitate loquẽtis dicit̃ aut audientis.vel ſm Grego. qđ caret ratione iuſte neceſſitatis:aut intẽtione pie vtilitatis. Item Hiero. Quoties vero loquimur aut nõ in opportuno tẽpore aut loco:aut nõ cõuenit audiẽtibus; toties ſermo malus ꝓcedit de ore noſtro ad deſtructionẽ eoꝝ qui audiũt. Conſideremus ergo quid loquamur: q: ꝑ omni verbo otioſo reddituri ſumus rationẽ in die iudicij. Mat.xij.xxij.q.vlti.c.penul.xxv.diſt. §.criminis. ad ſi. Per quod.c.dico ꝙ etiã de deo nõ debẽt loqui religioſi tẽpore ſilẽtij: q: nõ eſt tẽpus opportunum. pſ.xxxviij. Obmutui ⁊ ſilui a bonis: ⁊ q: melior eſt obediẽtia ſilentij q̄ ſacrificiũ tali tẽpore verbi dei. viij.q.j.ſciẽdũ. facit etiã ad hoc.xxv. diſt.§.criminis.ver. quoties plus loquitur.xliij.diſt.ſit rector.in ſi.ibi.opportune. et ibi.opportunitatẽ.et.§.pariter.Et huius nõ frenantis linguã ſuam vana eſt religio. Jaco.j.v.q.v.in loco.⁊ ibi erit cultus iuſtitie ſilẽtiũ.Et q: incõſiderate loquit̃.v.q.vj.§.ſed aliud.Et oĩa tẽpus habent.Eccl's.iij. Verba aũt ſcurrilia et turpia nõ ſunt computãda inter otioſa.Hiero.Qui ob ſcurrilitatem replicat ⁊ cachinnis ora diſſoluit.xlvj.diſ.clericũ ſcurrilem.et aliquid profert turpitudinis:nõ otioſi ſermonis/ ſ; criminoſi reus tenetur. Itẽ Bernar. Nuge in ore ſacerdotis/ blaſphemie ſunt. ſfede ad cachinnos mouetur: fedius mouet. Porro detrahere aut detrahentẽ audire/q̇d horũ dãnabilius ſit nõ facile dixerim. Cachinnor. aris.i.rideo rides.inde dicit̃ hic cachinnus riſus vanus inutilis ⁊ diſſolutus ⁊ deriſorius.Vel cachinnus componit̃ a con ⁊ cygnus qui eſt albus vt nix. ꝓpter dẽtes qui albere videntur in riſu diſſoluto.et inde dicit̃ hic cachinno.onis,qui ridet diſſolute ⁊ irridet.ſm Hugui.in deriuationibꝰ.Chryſ. Oĩs ſermo vanus dictãte ſpũ immũdo ꝓfert̃. Lingue noſtre organa ſunt ſpũſſancti.ſm Amb. Qui loquitur bona verba: eſt quaſi os dei.⁊ q̇ loquit̃ mala verba: eſt quaſi os diaboli.Quãto quis eſt magis vitioſus:tãto magis dʒ loqui ⁊ audire de virtutibꝰ. De frequẽti locutione vitiorum quis incidit in vitia: ⁊ de frequẽti locutione virtutũ in virtutes. De malo nõ poſſumꝰ dicere quãtũ eſt: nec de bono quãtũ eſt:q: vtrũq; a nobis incõprehẽſibile eſt. Maioris virtutis eſt bñfacere q̄ bñ loqui.Deberet habere hõ collũ inſtar gruis:vt quaſi ꝑ multos nodos trãſiret verbũ ante q̄ egrederet̃ de ore.pſ.xliiij. Lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribẽtis.ſ. ſpũſſancti qui neſcit tarda molimina ſm Ambro.⁊ legit̃ ⁊ no.de peni.di.j.his aũt. al's eſt ſub.c. multiplex.in gloſ.ſcriptũ. Mat.xij. Om̃e verbũ otioſum qđ locuti fuerint hoĩes:reddẽt de eo rationẽ in die iudicij. vbi Chryſ.Otioſum aũt verbũ eſt:qđ mẽdax eſt;qđ calumniam habet.quidã aũt dicũt qm̃ ⁊ vanũ:quale eſt quod riſum mouet inordinatũ:vel turpe inuerecundũ. Item ſm Grego. Verbũ otioſum eſt ſi omiſſis ſerijs de rebus friuolis loquamur:et fabulas narremus antiquas.arg.ad hoc xxxvij.di.legãt.Et ſup illud Eccl's vlti.in ſi.dicit gloſ.ꝙ de verbo ignorãter ꝓlato iudiciũ erit.Cuncta que ſiũt adducet in iudiciũ ꝑ omni errato ſiue bonũ ſiue malũ ſit: ⁊ maxime hec ſunt cauẽda in ſacerdotibus.Bern. Inter ſeculares nuge in ore ſacerdotis/blaſphemie. Nũquid o ſacerdos os tuũ euangelio cõſecraſti: vnde iã talibus os aperire nõ licet: q: eſt aſſuefacere ſacrilegiũ. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã. Malach.ij.nõ ſpurcitiã.xliij.diſt.ſit rector.Hiero.Beata lingua que nõ nouit niſi de diuinis ſermonẽ texere.

Venialia non ſunt paruipẽdenda.

B Sunt aũt quidã religioſi qui nõ curãt de venialibus:nec ea timẽt:ſed timẽda ſunt. Aug. Iſta leuia noli cõtẽnere.ſi cõtẽnis qñ appẽdis: expaueſce quãdo numeras.Et ſup illud Job.xxxj. Nõne ipſe conſiderat vias meas: dicit gloſ. Sic deus vniuſcuiuſq; vias cõſiderat:ſic greſſus dinumerat: vt nec minime cogitationes ac tenuiſſima verba que apud nos vſu viluerũt: eius iudicio indiſcuſſa remaneant.Sed que ratio põt reddi de verbis otioſis;quũ ipſa ſine ratiõe dicãtur? Bernar. Si ꝓpterea verbũ otioſum eſt ꝙ nullã cauſam rationabilem habeat: quã rationẽ reddere poterimus de eo quod eſt preter rationem? Licet cõfabulari (aiunt) donec pertrãſeat hora: quã tibi ad agendã penitẽtiam/ad obtinẽdã veniã/ad acquirendã gratiã/ad promerendã gloriã/miſeratio cõditoris indulſit. Item timenda ſunt iſta venialia: ne inter multa venialia ĩcidat aliquod mortale.Eccli.xix. Qui ſpernit modica:paulatim decidet. Greg. Vitaſti grãdia:vide ne obruaris arena. Idẽ. Si iſta minima negligimus: inſenſibiliter ſeducti audacter maiora ꝑpetramꝰ. legit̃.ij. Regũ xviij.ꝙ Abſalon ꝓpter crines inheſit quercui.et Samſon abſciſſis crinibus debilis factꝰ eſt. Judicũ.xvj. Itẽ venialia obnubilãt charitatem: licet nõ extinguãt: ſicut puluis oculũ. Itẽ q: Aug.dicit ꝙ nullũ peccatũ eſt adeo veniale: qđ nõ ſiat criminale dũ placet.ver. hinc Augu. et vide ibi in gloſ.i.cuius.xxv.di.§.criminis.ſub.c.vnũ orariũ. Adde hic qđ legit̃ ⁊ no.de peni.diſt.iij.de quotidianis.glo.j. Itẽ Augu. Nec ea dimitti nobis volumus que in baptiſmo dimiſſa nõ dubitamus: ſ; illa que humane fragilitati q̄uis parua tñ crebra ſubrepũt:que ſi collecta ↄtra nos fuerint: ita nos grauabũt et opprimẽt:ſicut aliquod vnum grãde peccatũ. Quid etenim ad naufragiũ intereſt vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur et obruatur: an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam per negligẽtium culpam derelicta atq; contempta impleat nauem: atq; ſubmergat? de peni.diſt.j.tres autem actiones. C

Loquacitas nimia.

**D**E multiloquio etiã cauendũ eſt religioſis.q: hoiem reddit otioſum multiloquiũ:et breuiloquiũ amabilẽ.Unde quidã phs interrogatus quõ quis hoĩbus placere poſſet:inq̇t.Si geſſeris optima:et locutꝰ fueris pauca.Eccli xix.Qui odit loquacitatẽ:extinguit malitiã.Eccli.xx.Qui multis vtit̃ verbis:odit aĩam ſuã.Prouerb.x. In multiloquio pctm̃ nõ deerit. qui aũt moderat̃ labia ſua:prudẽtiſſimus eſt.Eccl's.v. Pauci ſint ſermones tui.Eccl's.vj.Omnis labor hominis in ore eius.Etiam multiloquiũ bonoꝝ cauendum eſt.xliij.diſtinc.ſit rector.ad ſinem.v.q.vj.§.ſed aliud.ibi.Qui cuſtodit os ſuum: cuſtodit animam ſuam. qui autem inconſiderate loquitur: ſentit mala. Turpiloquium etiam eis eſt maxime cauendum. ad Epheſ.v.ibi. Aut turpiloquium.j.ad Cor.xv.Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ideo Cato. Virtutẽ primã eſſe puta cõpeſcere linguã. Bern. Mors et vita in manibus lingue.ideo ori ponenda eſt cuſtodia: vt nec vitalem edificationem clauſura damnet:nec letalis pernicies liberũ ſortiatur egreſſum.Hiero. Prius ſermo veniat ad limã q̄ ad linguam.Eccli.iiij. Noli citatus eſſe in lingua tua.Secundum Climacum/multiloquium eſt vane glorie cathedra:

per quā ſeipſam manifeſtare ac pompatice propalare naturā habet. Multiloquiū eſt inſipiētie argumentū: detractionis porta: manuductor ſcurrilitatis: mēdacij miniſter: cōpūctiōis reſolutio: et cōditor vanitatis: intellect⁹ diſperſio: acidie vocator: pcurſor ſomni: diſſipatio oris cuſtodie: exterminatio caloris: ⁊ feruoris frigefactio: orationis obſcuratio. Silentiū in ſciētia eſt mater orationis: a captiuitate reuocatio: ignis cuſtodia: actus cogitationū: intērior pugnator. vbi gloſ. ſup Clima. q: nō ſolū ab impugnationibus cuſtodit ſilētiū: ſed nec eis appropinquare ſinit. luctus colligatio: amicitia lachrymar: memorie mortis operator: pene eterne pictor: iudicij eterni diligēs inquiſitor: meſtitie miniſter: confidētie proprie inimicitia: tranquillitatis cōiugalis cōuictus: amoris docēdi repugnator: ſciētie additamētū: dei verbor cōditor: nō apparēs pfectus: latēs aſcenſus. Cognoſcēs delicta/tenuit linguā. qui vero multiloquus eſt: nō cognoſcit ſe. Silentij amicus appropinquat deo: ⁊ latēter colloquēs a deo illuminaꝛ. Jeſu ſilētiū. Jo. xviij. Mar. xiiij. inflexit Pilatū. q: dicitur in pſ. xxxj. Dixi cuſtodiā vias meas: vt nō delinquam in lingua mea. Ex vno hor eſt non valere cōtinere: aut ex vana gloria/aut ex gula: vt in diuite epulone q̄ in lingua cruciabatur. Luc. xvj. Hoc ſilentiū apud religioſos male ſeruaꝛ: q: oratione carent: et in cella nō ſunt: ⁊ pceſſiones querūt: et ſteriles ⁊ frigidas habēt animas: et guſtu diuino carēt: q: mundū nedū guſtant: ſed bibūt. de peni. diſt. ij. §. qd vero. Reprobi et xenodoxi. i. vanigloriosi ſunt: et quietē cordis non habent. Abbas Agathon per tres annos miſit lapidem in ore ſilentium affectans. Reſpondit ſenex. Silentium eſt ſeruādum vſq; quo quis interrogetur. Si taciturnus fueris: requiem poſſidebis. Dixit Euagius. Non anticipes loqui: niſi fueris requiſit⁹. Arſenius dixit. Sepe me locutum fuiſſe penituit: at vero tacuiſſe nunq̄. Dixit Antonius diſcipulo. Si affectaueris ſilentium: ne arbitreris te exercere virtutem: ſed indignum te loqui profitere. Dixit Syſoy. Quomodo poſſum⁹ ſaluare animas noſtras: quum lingua noſtra aperto oſtio ſepe proſiliat? Dixit ſenex de quibuſdam fratribus multum loquentibus etiam de deo/q boni erant: ſed atrium illor non habebat oſtiū: ſed qui volebant intrabant ſtabulum: et ſoluebant aſinū. hoc autem dicebat quia quicquid illis eueniſſet: loquebātur. Abbas Pemen̄. Qui in corde loquitur: non ſeruat ſilentium: etiā ore clauſo. Qui cum iuuamine de mane vſq; ad veſperam loquitur: ſeruat ſilentium. Augu. Ve tacentibus de te domine: quoniam ſunt loquentes muti. Dictū fuit Arſenio a chriſto. Fuge: tace: quieſce. He ſunt radices non peccandi. Eſa. xxx. In ſilentio et ſpe erit fortitudo noſtra. Abbas paſtor. Omnis labor quicumq; euenit tibi: ex taciturnitate ſuperabitur. Sapiens. Nemo ſtultus tacere poteſt. Thren̄. iij. Sedebit ſolitarius: et tacebit. Seneca. Primum argumentum compoſite mentis exiſtimo: poſſe ſecum conſiſtere: et ſecum morari. Dicit Grego. q beatus Benedictus recedens ab illis. vij. q. j. §. hoc autem. malis monachis habitauit ſecum. ij. libro dialogorum. Bernar. Cum quo eſt deus: nūq̄ eſt minus ſolus/q̄ quum ipſe eſt ſolus. Quod ideo dicit: quia tunc habet ſuam conſolationem: et liberius habet ſuum verum cōſolatorem. ſ. deum. Grego. Non ſufficit homo proficere ad vtraq; diuiſus: q: ſi exterius auditū aperit: interius ſordeſcit. Jaco. iij. Linguam autē nullus domare poteſt. ibi vide de lingua. Eccli. xiiij. Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Vbi non eſt clauſura oris: non eſt clauſtrum; ſed vrbs patens abſq; murorum ambitu. Prouer. xxv. in fi. Sicut vrbs patens et abſq; muror ambitu: ita vir qui nō poteſt cohibere in loquēdo ſpiritū ſuum. Religio vbi nō ſeruatur ſilentium. dicit illud Job. xxx. Quaſi rupto muro et aperta ianua irruerūt ſuper me. De indicto ſilētio regulari. xvj. q. j. ſi cupis. ⁊. c. placuit. ij. ex̄ de ſta. mo. cū ad monaſteriū. §. in oratorio. ex̄ de cele. miſ. dolentes.

¶ Articulus. lxxxij.

# D Ertractato dei

gratia ſtatu apl̄ico martyrū et confeſſor anachoritarū ⁊ omniū alior religioſorū copioſe: et quomodo ſtatus iſti lugubriter ſunt plangendi: q: in ſancta dei eccleſia quodammodo ceciderūt a perfectione ⁊ puritate ſua. Nūc in fine operis ⁊ pro cōplemēto eius de ſtatu virginū qui eſt perfectus in dei eccleſia ſtatus/ breuius eſt tractandū. et ſicut in ſuperioribus hoc ſeruaui: alloquor ſanctam matrē noſtrā eccleſiā dicēs. Dic mihi virgo caſta mater eccleſia/ vni viro chriſto legitime copulata. ij. ad Corinth. xj. xxvij. q. j. nuptiarū. An ſtatus virginalis adhuc in te veraciter pſeueret? et vere dices/ Virgines bone (noſtra trāſlatio habet pulchre) Amos. viij. deficient. dicit pphetā. ſubaudi nūc. xxxij. q. v. ſi paulus. ¶ A Sed primo ſciēdum eſt q virginitas quadrupliciter ſumiꝛ. Primo p fidei integritate. vn̄ ſup predic. locū Apl̄i. ij. ad Cor. xj. Deſpondi vos ⁊c. gloſ. Aug. Virginitas fides eſt incorrupta. ⁊ ſic accipitur prealꝛ. c. nuptiarū. Scd̄o p integritate carnis. vnde gloſ. ſup pre. locū. Virginitas carnis corp⁹ eſt intactū. vn̄ Augu. cōtra Julianū. Pudicitia eſt res mētis: virginitas corpis. Ad hoc. xxxij. q. v. de pudicitia. Tertio p pudicitia mētis cū itegritate carnis quātū ad ppoſitū ſeruādi eā: ſic virginitas māſiſſet in Lucia etiā ſi inuita fuiſſet oppreſſa. xxxij. q. v. §. j. ⁊. c. reuera. et. c. ita ne. ibi. Apprehenſa carne ſua exerceaꝛ libido nō ſua. ⁊. c. ppoſito. ⁊. c. ſicut nemo. Quarto p pudicitia mētis cū integritate carnis: nō ſolū in propoſito ſeruādi/ ſed etiam in actu. et de tali dicit Apl̄s. j. ad Cor. vij. Mulier innupta et virgo cogitat que dn̄i ſunt vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpū. Virginitas ſic ſumpta excellēter accipiꝛ. Et habētibus virginitatē talē conuenit annulus aureus in eccleſia militāti: in ſignū q ſunt ſpōſe chriſti ſingulares: ⁊ in eccleſia triūphāti merito eis reddetur aureola. de his habeꝛ. xxxij. q. v. ille. Et eſt ſciēdū q hec virt⁹ pudicitia q̄ eſt virt⁹ animi. vt pal. c. pudicitia. ⁊. c. ita. quū virtus ſit animi: nūq̄ pōt amitti aīo incorrupto: quia animo nō inferꝛ vis. vt preal. c. ita ne. ⁊. xv. q. j. merito. Hec aūt virt⁹ pudicitia que eſt in aīo/ eadē eſt in virginibus et in cōiugatis ⁊ in viduis. Sed in virginib⁹ appellaꝛ virginitas. In cōiugatis pudicitia. xxvij. q. j. nuptiarū. xxxviij. q. j. ſic em̄. vltra prin. ibi. Nec vera eius pudicitia cum cōiuge ⁊c. et. §. ex his. ver. Itē quū dicꝛ. In cōtinētib⁹ caſtitas. de hoc no. xxxij. q. v. in ſumma. Eſt autē ſm Augu. in lib. de nuptijs et concupiſcētijs/ virginitas in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio. i. propoſitū ſeruandi perpetuā integritatē. vt fuit excellētiſſime in matre dei dicente Luce. j. Quoniā virū nō cognoſco. i. nō cognituram me propoſui. xxvij. q. ij. §. j. ibi. Quō fiet iſtud ⁊c. Carnē vero corruptibilē intellige carnē poſſibilē corrūpi ⁊ nō corrūpi. vt fuit caro Adam in ſtatu innocentie. de conſe. diſt. iiij. placuit. Itē Ambro. in lib. v. de virginitate. Quid eſt caſtitas virginalis: niſi expers contagionis integritas? ¶ Et notandū q carnis corruptio per oppreſſionem nō priuat ab aureola ſm Altiſſiodorēſem ⁊ Cācellariū Pariſiēſem et Richardū. et cōiter hoc tenent theologi per verbū Lucie/ Si inuitā me feceris violari: caſtitas mihi duplicabiꝛ ad coronā. xxxij. q. vj. Sed talis nō habebit inſignia q̄ dantur ſpecialib⁹ virginib⁹ in eccleſia militāti: vt annulus aureus ⁊ ſimilia. Sed Ray. ⁊ cōiter oēs canoniſte ⁊ Hug. cū quibus ſentio: tenent q ſiue ante baptiſmum ſiue poſt baptiſmum aliqua fuerit oppreſſa: nec inter virgines poterit conſecrari: nec habebit aureolā: nec inſignia in eccleſia militanti. habebit tn̄ maiorē gloriā ſi mente corrupta nō fuerit: ſed non talem. vt. xxvj. diſtinc. acutius. no. xxxij. q. v. §. j. in gloſ. ar. violenter corruptam. et. c. reuera. et. c. ille. et per Hug. eadē. q. c. propoſito. c. ſinge. et. c. ille. et opti. facit. xv. q. j. ſi quis non iratus. Nec refert ſm Hugonem/ vtrum in huiuſmodi corruptione ſit facta ſeminum commiſſio necne: quia ſiue fuerit adulta/ ſiue impubes adeo q non

Virginitas q̄drifariā pōt intelligi.

Inuiolēta virginis oppſſio corruptā ꝑuet aureola.

poſſit ſentire pruritū nec ſemen emittere:nec eſt virgo nec inter virgines cōputabitur taliter corrupta. ¶ Quid de illa que vādit ad corruptorē vt corrūpatur: nec tñ ſequitur corruptio? Quid etiam de cōiugata que cōſenſit in carnalem copulā que ſecuta non eſt? nūquid fraudabitur aureola? Reſpōdeo in primo caſu ſm Hug. ꝙ ſi peniteat de corruptione mentis: nō priuabitur aureola. quia ſm Cancel. Pariſieñ. virginitas per penitētiā reparatur in illa que ſola mente corrupta eſt. In ſcdo caſu dic ꝙ ſi hmōi coniugata ante mortē peniteat de illo cōſenſu: nō fraudabitur aureola. alſ illā nō habebit: ſi deceſſerit cū propoſito vtendi carnali copula ſi cōualeſcat. Sz huic dicto repugnat factū virginis glorioſe: que conſenſit in carnalē copulā quū deſpōſaretur Joſeph. ſm Aug. xxvij. q. ij. §. j. vbi btā Maria ſm qd ibi dicitur ꝙ conſenſit in carnalem copulā nō illam appetendo/ſed diuine inſpirationi in vtroqꝫ obediēdo ſoluit dubiū. Tenet etiā Hug. in palle. c. ille. ꝙ illa que ex furore libidinis ꝓuocat in ſe feminis effuſionē: vel digito/vel alio modo cōtra naturā rumpens ſigillū virginitatis ſue: vel etiā ſupponēdo ſe pecori/vel ferro/vel palo ſe corrūpit: poteſt inter virgines cōſecrari: et habebit aureolam ſi peniteat. Et ꝙ non amittitur virginitas niſi per mēbrū naturale. Que opinio nullo modo placet. et penitus eſt obſcura: q2 talis corrupta eſt qualitercūqꝫ ſit mēte et corpore. et pro hoc facit. xxxij. q. iiij. meretrices. ⁊ c. ſequē. ⁊ xxxij. q. vij. nō ſolum. xxviij. q. j. idololatria. quia pari ratione maſculi et femine ſodomite poſſent virgines iudicari. quod nō eſt verum. Et ideo teneo ꝙ huiuſmodi mulieres ſic corrupte nō ſunt inter virgines cōſecrāde: nec habebūt aureolam: quātūcūqꝫ peniteāt. quia vt dictū eſt. ſ. eo. ver. eſt autem. ſm Aug. virginitas eſt in carne corruptibili ⁊c. Si quis vero vel aliqua in ſomnis patiṫ pollutionē. vj. di. teſtamentū. aut dū ludit cū viro: aut turpitudinē aliquam cogitat: aut dū a viro oſculatur: aut tāgiṫ a viro: vel cū vehemēti carnis tentatione ſeſe cōprimit vel cōſtringit: ⁊ ſic polluitur: nō inde data ad hoc opera: nec ex ꝓpoſito hoc fiat: per penitentiā poterit reparari: et ad virginitatem et ad aureolā: ⁊ inter virgines cōſecrari: ꝗuis poſt hmōi nō volūtariam pollutionē placuerit ei feciſſe pollute de quo peniteat. Integritas vero carnis in ea que carnis opꝰ appetit: nō eſt digna aureola ſi nō peniteat: alſ ſecꝰ. vt. ſ. ver. in. ij. caſu. Hiero. Nihil prodeſt habere carnē virginem: ſi mēte quis nupſerit. Virginitas theſaurus abſcōditus eſt in agro. Mat. xiij. Huiꝰ theſauri precioſitas eſt/vt non ſolū preciū glorie eterne que eſt cōmunis oībus ſanctis habeat: ſed etiā glorie ſpecialis. et nō ſolū aurea/ſed corona aureola debeaṫ. Exo. xxv. preceptū fuit vt fieret mēſa et ſuper mēſam corona aurea: ⁊ ſuper aureā aureola. Hūc theſaurū incorruptionis debemus emere vēdita cōcupiſcentia carnali: et abſcōdere: ne ſimꝰ virgines fatue abſqꝫ oleo letitie interioris. Mat. xxv. q2 ſm Grego. depredari deſiderat qui theſaurū publice in via portat. Hūc theſaurum habemus in vaſis fictilibus. ij. ad Cor. iiij. Inpreciabilis eſt iſte theſaurus. Eccli. xxvij. Nō eſt digna aīe cōtinentis pōderatio: nō dicit corporis/ſed aīe: q2 ibi eſt virtus. vt. ſ. in. c. de pudicitia. ⁊. c. ita ne. Lilio etiā virgines propter puritatē cōparātur. Cañ. ij. Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Folia iſtius lilij ſunt illa que iſtā virginitatē cōſeruāt. Sobrietas cibi ⁊ potus. Loth inebriatꝰ ꝑpetrauit iceſtū. Geñ. xix. xv. q. j. inebriauerūt. Luxurioſa res vinū. Prouer. xx. xxxv. diſ. luxurioſa. et. c. ſecto. Hiero. Virgo vinū fugiat ꝓ veneno. Itē labor et occupatio maxime circa ſcripturā diuinam. de cōſe. di. v. nūꝗ. Ezechieſ. xvj. ex de renū. niſi. §. verū. Habitus aſper nō ornatꝰ. Nume. xxv. Filij iſrael fornicati ſunt cū mulieribus Moab que ſe ornauerunt. j. ad Timo. ij. Nō in tortis crinibus ornantes ſe aut auro. Cuſtodia ſenſuū ⁊ cohibitio ad vagandū. Geñ. xxxiiij. de Dina vagāte corrupta. de peni. diſt. v. c. j. ad finē. Mat. xxv. Quinqꝫ aūt ex eis erāt fatue. gloſ. Aug. Vel ꝑ quinqꝫ virgines ſignificaṫ quinqꝫpartita cōtinētia a carnis illecebris.

Virginitatē ꝯſeruantia.

Cōtinēdus eſt eñ animi appetitus a voluptate oculoꝝ/auriū/olfaciēdi/guſtādi/et tāgēdi. Caſta locutio. Seneca. A verbis turpibus abſtineto: q2 licētia eoꝝ impudicitiā nutrit. j. ad Coꝝ. xv. Corrūpunt bonos mores colloquia praua. Hiero. Sit ſermo virginis prudens: modeſtus: rarus: nec tam eloquētia precioſus ꝗ pudore. Solitudo. Solent eñ animalia ſylueſtria pulchriorē habere pellem ꝗ domeſtica. Quia Thamar ſola fuit ingreſſa ad germanū: corrupta fuit ab eo. ij. Regū. xiij. facit ex de preſump. literis. Hiero. Solēt virgines q̄ vere ſunt virgines ſemper pauide ⁊ nūꝗ ſecure eſſe: ⁊ vt caueāt timēda/etiā ſecura pertimeſcere. de occaſionibus immundicie vide. ſ. §. de immūditia. in ar. lxxiij. et ſequen. Virgo felix ſterilis eſt incoinquinata que neſcit torum. Sap. iij. Candida eſt virginitas chriſto cādido cōiūcta. Cañ. v. Dilectus meus candidus ⁊c. Berñ. Candor lucis eterne eſt chriſtus. ⁊ candidā oportet aīam eſſe vbi ipſe ſedere elegit. Iſidorus. Candor quippe mundicia eſt vite. xxx. q. v. femine. de conſe. diſ. iiij. poſt baptiſmum. et. c. accepiſti. Grego. Candida vita eſt carnis de incorruptione virginitas. Et quid cādidius caſtitate? Threñ. iiij. Candidiores nazarei eius niue. ꝑ cōtinentiam mentis. Nitidiores lacte. expoſita ſunt latius hec verba. ſ. in Threnoꝝ. j. c. bis expoſito. et in. j. arti. iſtius ij. per continentiam corporis. Propter hunc duplum libani candorem bene dicitur Cañ. iiij. Veni de libano ſponſa mea: veni de libano. Libanus candidatio interpretatur. Cādor iſte eſt angelicus. Vnde et angeli ſepe in albis apparuerunt. Matthei. xxviij. Marc. xvj. Veſtimenta eius ſicut nix. Non dicit ſicut lac ſed ſicut nix: quia non carnis/ſed tantum ſpiritus candorem habent angeli. Vnde quātum ad hoc glorioſior eſt candor virginalis in homine ꝗ in angelo. In homine enim duplex: in angelo ſimplex. in homine per pugnam: in angelo per naturam. Hiero. In carne angelicam gloriam acquirere maioris eſt meriti ꝗ habere. quum homo viribus obtinere nititur quod habet angelus ex natura. Eſſe angelū felicitas eſt. eſſe vero virginem virtutis. De hoc etiam ſcripſi in hac. ij. parte iſtius operis ſuper Threno. ſuper predictis verbis. Candidiores nazarei ⁊c. Virginitas gratioſum facit hominibus et deo. Eccli. xxvj. Gratia ſuper gratiam: mulier ſancta et pudorata. Que virginitas in iuuenibus magnis eſt preconijs extollenda: quia magis tentātur. vnde dicit Bernar. ꝙ eſt martyriū caſtitas in iuuentute. vt in ſancto Joſeph. Geneſ. xxxix. Iſidorus. Quidam in iuuentute luxurioſe viuentes: in ſenectute continentes fieri delectantur: ⁊ tūc eligunt caſtitati ſeruire: quando eos libido ſeruos habere contempſit. Sed et vtinam hodie ſenes maxime preſbyteri continerent: et qui in iuuentute continuerunt in ſenecta feroribus luxurie non ſe macularent. ex de preſumptio. cum in iuuētute. Nec eſſent ſicut illi preſbyteri impudici de quibus Danieſ. xiij. quia difficile continentiam ſeruat: qui ſe illicito concubitu maculare non metuit. xxxiiij. diſtin. §. quod ergo. Sap. vj. Incorruptio facit proximum deo. ſicut Joannem apoſtolum. Beda ſuper Lucā. Sicut chriſtus in ſumma pace eſt natus: vt ſe pacē diligere oſtenderet: ita de virgine natus eſt: vt ſe virgineum decus mōſtraret diligere. Fructus cēteſimus eis debetur. Matth. xiij. Agnum ſequuntur quocūqꝫ ierit. Apocalip. xiiij. Et cantant canticum nouum: quod eſt cantus ſpecialis amoris. ad literā dulcius ſolent cantare virgines. Gregorius. In patria ſingulariter agno canticum decantare/eſt cum eo in perpetuum pre ceteris fidelibus de carnis incorruptione gaudere.

¶ B

SEx aūt ſunt virginibꝰ ꝑcipue metuenda. Primū eſt ſupbia. Aug. in lib. de virgini. Nō ſolū ꝑdicāda eſt virginitas vt ameṫ: verū etiā monēda eſt ne infleṫ. Idē. Memo tibi vehemēter ne quū te agnū ꝗcūqꝫ ierit ſecuturam glorieris: eū ꝑſumēdo ſupbe ꝑ grām ſeq nō poſſis. Idē. Bonū ꝟginitatꝫ ꝗ magnū video; tñ ei ne pareat furē ſupbie

Que ſint virginibꝰ potiſſimū cauēda.

tīneſco. Idē. Facilius ſequūtur agnū:et ſi nō quocūqꝫ ie=
rit: certe quocūqꝫ poterūt cōiugati humiles: ꝙ̄ ſupbiētes
virgines. Bern̄. Sine humilitate audeo dicere nec Ma=
rie virginitas deo placuiſſet. Augu. Nō dubito ꝑ̄ferre mu=
lierē ſupbe virgini. ¶ Scōm eſt fatuitas.i. charitatis de=
fectus. Mat.xxv. Fatue virgines nō ſumpſerūt oleū ſecū.
Bern̄.in epiſtolis. Caſtitas ſine charitate lampas eſt ſine
oleo. Subtrahe oleū: lāpas nō lucet. tolle charitatē: caſti=
tas nō palcet. Itē ſup illud Mat.xxv. Nō ſumpſerūt oleū
ſecū. Chꝛyſ.in homil. Oleū hic vocat charitatē ⁊ elecmo=
ſynam: et quodcūqꝫ circa indigentes auxiliū. lāpades au=
tem virginitatis chariſma. ꝓpter qꝺ et ſtultas eas vocat:
qm̄ maioꝛē ſuſtinētes laboꝛē propter minoꝛē oīa perdide=
runt. maioꝛi em̄ laboꝛe vincitur carnis cupido: ꝙ̄ pecunia
rum. Augu.in verbis dn̄i. Si quis igit̄ habet animā virgi=
nalē: ⁊ amatoꝛ eſt pudicitie: nō debet mediocriter eſſe cō=
tētus iis que cito exareſcūt: ſed perfectas virtutes ſequa=
tur: vt lumen habeat ſempiternū. Chꝛyſ.in homil. Uides
igitur quanta nobis ſit a pauperibus negotiatio. Paupe
res autē nō ſunt ibi: ideoqꝫ hic oleū cōgregare opoꝛtet: vt
illic vtile ſit quū chꝛiſtus nos vocet. Hiero. Uendit̄ in hoc
mūdo oleum: ⁊ multo emitur pꝛecio: ac difficili laboꝛe cō=
quirit̄. qꝺ nō ſolū in eleemoſynis: ſed in cūctis virtutibus
et cōſiliis intelligimus magiſtroꝝ. Uanitas etiā vel fatui
tas in virginibus/eſt vana gloꝛia ⁊ laudes quas petūt q:
virgines ſunt. Un̄ ⁊ tales virgines oleū ſpūale intra con
ſciētias ſuas coꝛā deo nō habent: q: ab hoībus ſicut fatue
laudes querūt. ꝓpter qꝺ apud deū meritū virginitatis ꝑ=
dūt. Aug.de verbis dn̄i ſup pꝛe.loco. Mat.xxv. Non ſum
pſerunt oleū. Oleū adulatio eſt. de quo pſ̄.cxl. Oleū aūt
peccatoꝛis nō impinguet caput meū. Uēdūt em̄ oleū oēs
adulatoꝛes: qui ſiue falſa ſiue ignoꝛata laudando aīas in
erroꝛē nutriūt. l.di. ſi quis diaconus. ibi. in ſi. Periculoſas
adulationes. Qui beatificāt: ipſi ſeducunt. Eſa.ix. Et eis
vana gaudia tāqꝫ fatuis cōciliādo aliquā de his mercedē
tēpoꝛalē accipiūt. Dicitur ergo/ Ite ad vendētes: ⁊ emite
vobis. i. videamus nūc quid vos adiuuent: qui vobis lau
des vēdere cōſueuerunt. ¶ Tepiditas: q̄ ſolet accidere in
virginibus: q: cōſiderāt ſe parū peccaſſe. cōtra quod dicit
Aug.in lib.de virginibus. Multo ardētius debes dilige=
re illū qui flagitioſis a ſe cōmiſſis quecūqꝫ dimiſit. de pe.
diſ.i. multiplex. in ſe cadere nō ꝑmiſit. ¶ Macula peccati
cuiuſcūqꝫ alterius ꝙ̄ carnalis. Macula turpioꝛ eſt in ve=
ſte alba. Uirginitas eſt veſtis alba. vn̄ byſſo cōparat̄ Pꝛo
uerb. vlti. Byſſus ⁊ purpura indumētū ciꝰ. Uirgines que
habēt integritatē carnis cū coꝛruptiōe mētis: ſimiles ſunt
ſepulcris dealbatis. Mat.xxiii. Hiero. Nihil ꝓdeſt virgi=
nitas coꝛpoꝛis: vbi operat̄ coꝛruptio mentis. ad hoc.xxxii.
q.v. ſi paulus. c. tolerabiliꝰ. c. magis timeamꝰ. ¶ Neglige=
tia cōfeſſiōis. vn̄ ⁊ etiā virginitas decoꝛe induit̄. in pſ̄.ciii.
Cōfeſſionē ⁊ decoꝛem induiſti ⁊c. Et iterū. Cōfeſſio ⁊ pul=
chꝛitudo in cōſpectu eius. Can̄.ii. Oſtēde mihi faciē tuā.i.
cōſcientiā. ¶ Diuiſio coꝛdis. Augu. loquēs virginibꝰ. To
to vobis figatur in coꝛde q̄ ꝓ vobis fixus eſt in cruce. Du=
plici coꝛde cui ve. Eccl̄.ii. eſt que deo et hoībus vult place
re. Bern̄.in epiſtolis. Uolens placere hoībꝰ deo diſplicet.
Si hoībus placerē: chꝛiſti ſeruꝰ nō eſſem. Gala.i. Non pla
ces ſi nō placas: nō placas ſi places. Gꝛego. Nemo pōt in
vna eadēqꝫ re oīpotēti deo atqꝫ eius hoſtibꝰ gratus eē. nā
dei amicū ſe denegat: q̄ eius placet inimicis. Signū ꝙ vir
go vult placere hoībus/eſt oꝛnatus et appoſitus. de cōſe.
diſ.v. fucare. fucus exterioꝛ. pſ̄.xliiii. Oīs gloꝛia filie regis
abintus. Hiero. Decoꝛ q̄ in veſte requirit̄/induit̄: et cū ve=
ſte deponit̄. veſtis ꝓculdubio eſt non veſtiri. ad hoc.xxi.q.
iii. c.i. de cōſe. diſ.v. fucare. ¶ Imperſeuerātia. ne deficiat.
Bern̄. Stude perſeuerātie: que ſola coꝛonat̄. Idē. Scias
diabolū ſoli ſemꝑ perſeuerantie inſidiari: quā ſolā virtutē
nouit coꝛonari. de pe. di.ii. §. ex pꝛemiſſis. ver. itē illud euā
gelii. Aug. Qui facere poteritis ne virginitatis bonū a vo
bis pereat: facere nō poteritis vt redeat. ad hoc.xxxii.q.v.
ſi paulus. de peni. diſ.iii. in caſſum. vii.q.i. ſucceſſū. In.c. ſi
paulus/ dicit̄ ꝙ virginē poſt ruinā deus ſuſcitare nō pōt.
ſed quō hoc intelligat̄ vide ibi in gloſ. ¶ C Honoꝛatur
aūt virginitas a deo/ ab angelis/ ab hominibꝰ/ a diabolo.
A deo. Hiere.iii. Dux virginitatis mee tu es. Eſt ergo chꝛi
ſtus dux virginitatis. eſt ⁊ ſpōſus. Ipſe eſt em̄ ſummꝰ pō=
tifex de quo Leuit̄.xxi. Uirginē ducet vxoꝛē. virginē vtiqꝫ
eccleſiā. ii. Coꝛ.xi. xxvii.q.i. nuptiarū. Deſpōdi vos ⁊c. ⁊ vir
ginē aīam. pal. c. ſi paulus. Itē chꝛiſtus nō ſolū eſt virgini
tatis ſpōſus: ſed filius. Eſa.vii. Ecce virgo cōcipiet. Luc.i.
Augu. Unius ſancte virginis partus oīm ſanctarū virgi=
nū eſt decus: ⁊ ipſe cū Maria matres chꝛiſti ſunt: ſi patris
eiꝰ faciūt volūtatē. Mat.vii. Honoꝛat̄ ab angelis. Luc.i.
Miſſus eſt angelus gabꝛiel ⁊c. Iſte angelus honoꝛauit
virginē in excellētiſſima legatione et in reuerētiſſima ſalu
tatione. Itē angelus nō ꝑmiſit ſe a Ioāne virgine adoꝛa=
ri. Apoc.xix. ⁊ vlti. Uide ne feceris. Honoꝛāt angeli virgi=
nes: q: et ipſe terreſtres angeli ſunt ⁊ hoīes celeſtes. Ber
nar. Quid caſtitate decoꝛius: que mūdū de immūdo oce=
ptū ſemine/ de hoſte domeſticū/ de hoīe angelū facit? Ho=
noꝛauerunt angeli Hagnen in veſte. Ceciliam in coꝛona.
Agathā in tabula marmoꝛea. Catharinā in ſepulcro. Sꝫ
inimici ſunt impudicoꝝ. Dan̄.xiii. Ecce em̄ angelus dn̄i ac
cepta ſententia ab eo ſcindet te mediū. De ſodomitis ſub=
uerſis ab angelis ⁊ occecatis. Gen̄.xix. ii.q.i. deus. xiiii. diſ.
qꝺ ait. Honoꝛat̄ ab hoībꝰ. Iudicū.xxi. Uirgines reſerua=
te. Nume.xxxi. Puellas ⁊ oēs feminas virgines reſeruate.
Alii oēs iubētur interfici. Merito ſalus dat̄ virginibꝰ: q:
ꝑ virginē ſalus. Anſel. Nō eſt ſalus: niſi quā tu virgo pepe
riſti. Uirgines em̄ ſaluant̄ nō carne tātū: ſed mēte ſimul.
Iſidoꝛus. Uirgo carne nō mēte nullū pꝛemiū hꝫ in gene=
ratiōe. in pal. c. ſi paulus. De quarto ꝙ honoꝛat̄ a demoni
bus virginitas. Tob.vi. ⁊ vii. demō noīe Aſmodeus virgi
nitatē Sare a. vii. coꝛruptoꝛibꝰ liberauit. Narrat̄ in vitis
patrū ꝙ cuidā vidue caſtitatis amatrici demō fuit ſpecia=
liter aſſignatꝰ vt eā deiiceret a ꝓpoſito caſtitatis. Quūqꝫ
per multa tēpoꝛa eā moleſtaſſet valide: nūqꝫ tn̄ eiꝰ animū
potuit flectere ad cōſenſum. Tādē demonū cōcilio conuo
cato pꝛinceps eoꝝ interrogabat a quolibet q̄d egiſſet: ⁊ il
le apud eū beatioꝛ: qui et nequioꝛ. at vbi ad iſtū ventū eſt:
cōfuſione dignus habet̄ q̄ a femina ſuperatꝰ eſt. vn̄ et ſibi
iniūctū eſt vt imperio dn̄e obediret ꝙ̄diu in carne viueret.
Dū autē dn̄a/ vt moꝛis habebat/ excluſis puellis ſe in oꝛa=
tione ꝓſtraſſet: et vellet ſibi calciamēta detrahere: adfuit
in ſpecie decoꝛi iuuenis ille demō. quo viſo domina excla=
mauit. accurrēs familia nihil inuenit. Tertio ſimiliter ve=
niens allocutus eſt dominam ne timeret: ſibiqꝫ ſeriem rei
explicans obedientiā repꝛomiſit. Addens ꝙ de illo pecca
to eam nō amplius moleſtaret. Quūqꝫ domina familiam
induiſſet: demon cōqueſtus eſt ꝙ ſibi non fuiſſent veſtimē
ta collata: allegans ſe plus aliis ſeruiuiſſe: domina indu=
menta conceſſit. ille ſuſcipiens ſe in conclaui clauſit. domi
celle reſpicientes per rimas poꝛtarum viderūt demonem
pannos ſuentem. et ille indignatus miſit veſtimenta in
ignem: ſed ad mādatum domine extraxit. cui ob meritum
caſtitatis ſemper ſeruiuit diabolus. Ergo velit nolit/ ho=
noꝛat virgines: ſicut victus victrices: ⁊ tamqꝫ angeloꝛum
ſoꝛoꝛes quos ipſi timent. Bernar. Fulgida virginitas eſt
gemma virtutum: germana angeloꝛum: lampas eccleſia=
rum: lux animarū. ipſa calcat libidinem. vincit diabolum.
contēnit ſeculū. depꝛimit omne periculū. Sicut diabolus
honoꝛat caſtos et virgines: ſic poteſtatē hꝫ ſingularē ſup
immūdos: qui ſunt de ſua familia: q: ipſe ſpūs immūdus
eſt. Luce.xi. Tob.vi. Qui coniugia ita ſuſcipiunt vt deum
a ſe et a ſua mente excludant: et ſue libidini vacent: ſicut
equus et mulus quibus non eſt intellectus: habet ſuper
eos demon poteſtatem. ¶ D Quatuoꝛ etiā ſunt in qui
bus virginitas honoꝛatur in celo. In intrandi ſecuritate.
Mat.xxv. Que parate erāt intrauerūt ⁊c. Angelica ſocie
tate. Iudicū.xxi. Inuēte ſunt de Iabis galaad. cccc. virgi=

Honoꝛ virgini= bus exhi bitus.

nes que neſcierūt viri toꝛū et adduxerunt eas ad caſtra in ſylo. Caſtra ſunt angeli. Geneſ. xxxij. Caſtra dei ſunt hec. Sylo īterpꝛetatur auulſio/ reſtitutio. ⁊ certe amiſſio facta per angelos cadentes/ ſpecialē habebit reſtitutionē ꝑ virgines ſtantes. de conſe. diſt. j. hi duo. Chꝛiſti cōfoꝛmitate. Apoc. xiiij. Hi ſequuntur agnum quocūqꝫ ierit. Virgines ſequūtur agnū: q: ei per incoꝛruptionē ſpecialiſſime cōfoꝛmātur. p̄reall. c. Sap. vj. Incoꝛruptio facit eſſe pꝛoximum deo. Gaudij ſingularitate. Apoc. xiiij. Nemo poterit dicere cāticum niſi illa. cxliiij. milia. Hoc eſt ſingulare pꝛoꝛſus gaudiū canticis exultationis ⁊ laudis de incoꝛruptione ⁊ virginitate pꝛocedēs. Caſtitas et virginitas tranquillam facit vitam. j. Timo. ij. ibi. Tranquillam vitam agamus in omni pietate et caſtitate. q. d. Nō ſufficit virginitas abſqꝫ alijs bonis operibus. Grego. in homil. Nec caſtitas ergo magna eſt ſine bono opere: nec bonū eſt aliquod opus ſine caſtitate. vnde Luc. xij. Sint lumbi veſtri pꝛecincti: ⁊ lucerne ardētes in manibus veſtris. Grego. Nulla ſunt bona cetera: ſi occulti iudicis oculis caſtitatis teſtimonio nō appꝛobātur. Magna pulchꝛitudo et vera glia caſtitas ⁊ virginitas. Judith. xvj. Erat enim virtuti caſtitas adiuncta ⁊c. vſqꝫ/ Erat aūt feſtis diebus ꝓcedēs cū magna gloria. Iſido. Caſtitas eſt pulchꝛitudo inuiolata ſanctarum. Res eſt angelica. Chꝛyſo. Caſtitas res eſt angelica ꝑ quā ſolū ſingulariter hoīes angelis aſſimilātur. Bern. Differūt inter ſe homo pudicus ⁊ angelus. ſed felicitate: nō merito. ſed etſi caſtitas illius felicioꝛ: huius inde cognoſcitur eſſe foꝛtioꝛ. Bern. Sola caſtitas moꝛes iſtius beate vendicat regionis in qua neqꝫ nubēt neqꝫ nubentur. Mat. xxij. pꝛebēs quodāmodo terris experientiā cōuerſationis celeſtis. Miniſtrū dei facit. pſ. c. Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabit. ij. ad Coꝛ. vj. In oībus exhibeamꝰ nos ſicut dei miniſtros ⁊c. Et infra. In caſtitate. Coꝛ confoꝛtat. Judith. xv. Confoꝛtatū eſt coꝛ tuū eo ꝙ caſtitatem amaueris. xxxiij. q. v. tūc ſaluabitur. vbi ponitur triplex caſtigatio. Iſti ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerūt ſancti ꝓpter regnū celoꝝ. Mat. xix. Chꝛyſo. Illa eſt gloꝛioſa cōtinētia: nō quam trāſgredi nō pōt neceſſitas debilitatis coꝛpoꝛis vel nature: ſꝫ quā cōplectit voluntas ſancti pꝛopoſiti.

¶ Articulus. lxxxiij.

**Queritur aūt ſecū**dum ſanctū Tho. in. ij. ij. q. cl. circa virginitatē quinqꝫ. Pꝛimo in quo conſiſtit virginitas. Secundo vtrum ſit licita. Tertio vtrū ſit virtus. Quarto de excellētia eius reſpectu matrimonij. Quinto de excellentia eius reſpectu aliarum virtutum.

¶ A

In q̄ virginitatē cōſiſtere ſit dicendum.

Ad pꝛimū videt ꝙ nō cōſiſtit in carnis integritate ꝓpter definitionē Augu. ſ. poſitā in. §. pri. ver. Eſt aūt ꝙ virginitas eſt in carne coꝛruptibili ⁊c. Item q: ſm eū eſt pudicitia que eſt in animo, vt. ſ. dixi. §. pri. ver. et eſt ſciēdū. Preterea carnis integritas videt conſiſtere in ſignaculo virginalis pudoꝛis. Sed q̄nqꝫ abſqꝫ virginitatis pꝛeiudicio frāgit illud ſignaculū. dicit em̄ Augu. Eſt aūt vberioꝛ felicioꝛqꝫ fecūditas nō ventre graueſcere: ſed mēte grādeſcere. Illa filios doloꝛis: iſta filios parturit gaudij ⁊ exultationis. Itē Augu. Ipa cōtinētia nequaqꝫ ſterilis eſt: ſed fecunda mater filioꝝ gaudioꝝ. Illa filijs replet terrā: iſta celū. ad hec. xxxij. q. j. nuptie. xxxiij. q. v. tūc ſaluabitur. Illa eſt multe ſolicitudinis: iſta quietis. Gilibertꝰ. Virginitas eſt curarū ſilētiū: pax carnis: redēptio vitioꝝ: pꝛincipatus virtutū. Illa eſt bonū: iſta melius. Hiero. ad Pāmachiū. et. ſ. dixi. §. pri. ver. ſed cōtra eſt. Tātū eſt inter nuptias et virginitatē: quātū inter nō peccare ⁊ bñfacere. Immo (vt leuius dicā) quātū inter bonū ⁊ melius. illa comparat ſpinis: iſta roſis. Hiero. ad Euſtochiū. Laudo nuptias: ſꝫ q: mihi virgines generāt: lego de ſpinis roſam: de terra aurū: de conchis margaritā. Itē q: chꝛiſtꝰ nō de coꝛrupta naſcit/ ſꝫ de virgine: eſt ratio ſm Aug. de ſancta virginitate/ ſup illud Luc. j. Ad virginē. Illū em̄ decēter ſolū virginitas parere potuit: q̄ in ſua natiuitate parē habere non potuit. Opoꝛtebat em̄ caput noſtrū ꝓpter inſigne miraculū ſm coꝛpus naſci de virgine: qđ figuraret mēbꝛa ſua de virgine. xxvij. q. j. nuptiarū. eccleſia ſm ſpiritū naſcitura. Itez Chꝛyſ. ſup eodē. c. ibi. Qm̄ virū nō cognoſco. Quinimmo eoipſo cōtinget ꝙ es cōiugis inexperta. nā ſi virū experta fuiſſes: nō digna cēſereris hoc miniſterio: nō q: ꝓfanū ſit cōiugiū: ſꝫ q: virginitas potioꝛ. Decebat em̄ cōem oīm dominū ⁊ in natiuitate nobiſcū participare: ⁊ ab ea diſcrepare. Nā em̄ ex vtero naſceretur/ habuit cōe nobiſcū: ꝙ autē abſqꝫ ꝯcubitu naſceret/ plus a nobis obtinuit. Penetrās magnus Climacus ꝓfunditatē vere virginitatis ⁊ caſtitatis ait. Caſtitas vel virginitas eſt nature ī coꝛpoꝛe appꝛopꝛiatio ieſu chꝛiſti: dn̄s amabilis: ſcutū coꝛdis ſuperterreſtre: ſupnaturalis ⁊ ſupgloꝛioſa abnegatio nature: ⁊ vere coꝛpoꝛalis ⁊ moꝛtalis ⁊ coꝛruptibilis ſupmirabilis ad incoꝛpoꝛeos coaptatio. Caſtus eſt q̄ amoꝛe ⁊ cōcupiſcentia ſancta amoꝛē ⁊ cōcupiſcētiā ⁊ ignē igne immateriali repercutiēs extinguit. Iſte eſt canon. i. regula. diſt. iij. canon. caſtiſſime caſtitatis: eque ſimiliter ſup aīatis et inanimatis rationabilibus atqꝫ irrationalibus coꝛpoꝛibꝰ affici. Pꝛincipiū quidē caſtitatis/ nō cōſentiēs cogitatio ⁊ pꝛeter idolū. i. imaginationē turpē ex turpibus reſperſio. Medium caſtitatis/ naturales motus ſup multitudinē alimētoꝝ/ et ſolū ſine idolis exiſtētes: ⁊ a colluuionis reſperſione liberi. Finis vero/ moꝛtificatio coꝛpoꝛis pꝛemoꝛtuis cogitationibus. Si iſtud eſt vere caſtitatis ⁊ virginitatis argumentū/ immobilē eſſe in phantaſmatibus ſomnioꝝ: iſta penitꝰ terminatio luxurie fluxū ſuſtinere in cogitationibꝰ vigilātem. In introducēdis. i. nouitijs coꝛpoꝛis lapſus vt plurimū ex delicijs habēt fieri. In medijs ꝟo ex alta ſapiēdi elatione. In ijs vero q̄ ꝑfectioni appꝛopinquāt ex eo tātūmodo qđ ꝓximū iudicēt. Caſtitas eſt dei ꝓpꝛietas ⁊ ſimilitudo ſm ꝙ homini poſſibile eſt. Mater vero caſtitatis q̄es ſolitaria cū obediētia. Eſt in ſomnis fluxus ex multitudine eſcarū ⁊ quietis. Alter eſt ex ſupbia: qñ in diuturna nr̄a influxibilitate inflamur: et rurſum ex eo qđ ꝓximū iudicemus. Alter ex demonum inuidia: vt ex hoc ꝙ altiſſimam poſſideat humilitatem.

¶ B

Caſtimonie gradus.

**S**ecundū Cheromonē in collatione de caſtitate in lib. coll. Jo. caſſi. Sex ſunt caſtimonie et vere virginitatis ⁊ ꝑfecte gradus: quibus ad inuiolabilē cōſcēditur puritatē. Pꝛimus eſt ne vigilās impugnatione carnis monachus elidat. Scđs ne mēs illiꝰ voluptarijs cogitatiōibꝰ immoret. Tertiꝰ ne femineo vel tenuiter ad ꝯcupiſcētiā moueatur aſpectu. Quartꝰ ne vigilās vel ſimplicē carnis ꝑferat motū. Quintꝰ ne animi quū memoꝛia ḡnatiōis humane vel tractatꝰ rō/ vel neceſſitas lectiōis īgeſſerit: ſubtiliſſimꝰ mētē voluntarie actiōis ꝑſtringat aſſenſus. Sextꝰ ne ille illecebꝛoſis phātaſmatibus feminarū vel cuiuſcūqꝫ vel doꝛmiēs illudat. Idē. Hec eſt vere ꝯſummatio caſtitatis: que nō īpugnās carnalis ꝯcupiſcētie motꝰ/ ſꝫ toto hoꝛroꝛe deteſtās/ iugē atqꝫ īmobilē ſui retinet puritatē: nec pōt quid aliud eē q̄ ſcitas. Hoc aūt fiet qñ iā definēs. Gal. v. caro aduerſus ſpm̄ cōcupiſcere: deſiderijs eiꝰ virtutiqꝫ cōſenſerit: ceperintqꝫ ſibi pace firmiſſima federari: et iocūdiſſime habitauerint fratres. ſ. coꝛpꝰ ⁊ aīa ī vnū. Idē ibidē. Hec eſt ꝯſummatio caſtitatꝭ: vt vigilātē monachū oblectatio libidinis nulla ꝑſtringat: vt q̄eſcētē nō fallat illuſio: ſꝫ quū doꝛmiētē tm̄ ſopite mētꝭ incuria cōmotio carnis oppſſerit: quēadmodū ſine vlla titillatiōe voluptatꝭ excitata eſt: ita etiā ſine vllo pꝛuritu coꝛpis cōquieſcat. ¶ C Singulare eſt ꝑuilegiū ꝟginitatis. Pꝛimo q: replet paradiſum. vt. xxxij. q. j. nuptie. Scđo q: ſola eſt q̄ cū fiducia pōt deo aīas pn̄tare. in autent. de lenoni. §. ſcimus. colla. iij. Tertio quia eſt pꝛincipium aliarum virtutum. in autent. quomodo opoꝛ. epiſco. et reli. cleri. ad oꝛdina. dedu. §. neqꝫ autem ſacras.

Virginitatis pꝛiuilegia.

Quarto ſola virgo conſecratur.xxvi.diſ.acutius. Quinto aureolā habēt virgines ſicut martyꝛes ⁊ pꝛedicatoꝛes.vt ſ̄.dixi.xxxii.q.v.ſi paulus.de hoc legit̃ ⁊ no.ex̃ de ꝓba.cauſa matrimonij. Pauci hoc pꝛiuilegiū habent.l.diſt.qꝛ tua.

*An coꝛrupta poſſit cõſecrari.*

¶ D Hic quero nūquid cū coꝛrupta pōt diſpēſari vt cōſecretur? ſed nō determinat per quē. Et credūt quidā ꝙ in hoc caſu per ep̄m poſſit diſpenſari.quū nō ſit ei pꝛohibitū ſm id qđ no.l.diſt.in ſumma.et facit ꝓ hoc.xxvij.q.j.virginem que. Poteſt inquā ſi occultū eſt aliquā eſſe coꝛruptā: et ſubeſt cauſa rationabilis diſpēſandi:vtputa vitatio ſcādali:vel alia cauſa:maxime vbi ſine viri admiſtione ꝑ abuſionē aliquā facta eſt coꝛruptio: qꝛ dubiū poteſt eſſe de iure vtrū iſta coꝛruptio abuſiua faciat irregularitatē in muliere. per ea que.ſ̄.de hac materia notaui in.§.ꝯtractato.ver.et notandū.cū ver.ſeq.in ar.lxxxij. Cum notoꝛie coꝛruptis nō credūt iſti ſimplicē ep̄m poſſe diſpēſare.et hoc pꝛopter ſcandalū.⁊ qꝛ non legitur in hoc caſu fuiſſe aliquādo diſpēſatū.ſm Archidia. dn̄m meū qui ita no.xxvj.diſt.acutius.in gloſ.numquid. In quo.c.gloſ.oꝛdi.no.ꝙ ideo ep̄s nō virgo cōſecratur: qꝛ ſignificat eccleſiā militantē in qua ſunt boni ⁊ mali.de cōſe.diſ.iiij.eſt vnitas. Sacra virgo ſignat eccleſiam triūphantem: vbi nō eſt macula nec ruga. Epheſ.v.xix.di.q̄uis. ¶ E Si vir votū virginitatis habens adiūgatur vxoꝛi:nō dimittat vxoꝛē:ſed tribus annis peniteat.xxvij.diſt.ſi vir. Dicūt quidā ꝓ hoc.c.ꝙ poſtq̄ cōtrahit:abſolutus eſt a voto; ſed faciet penitentiā de voto violato:⁊ pōt nedū reddere debitū:ſed exigere. Sed hoc non credo ꝙ abſoluat̃ a voto:nec ꝙ poſſit petere debitū: qꝛ quantū ad ſe adhuc votū tenet:vt nō exigat.op.arg.ex̃ de iureiurā.quāto.vbi dicit̃ ꝙ iuramentū obſeruari debet quatenus pōt: ſed ius matrimonij nō cōpellit debitū exigere:qꝛ hoc libertatis eſt:ſed compellit eum reddere. Unde dicēdū eſt ꝙ pōt ſine peccato ſoluere:qꝛ ad hoc eſt obligatus:ſed nō pōt ſine pctō petere:qꝛ faceret contra ꝓmiſſum:et ſic cōtra cōſcientiā:et edificaret ad gehennā. ex̃ de ſen.excō.inquiſitioni.cū ſimi. Et iſtius ſentētie fuerūt Innoc.et Bern.⁊ Jo.ex̃ de cōuer.cōiu.quidā.⁊.c.accedēs.in gloſ.ij.que fuit gloſ. Jo. de hoc etiā no.xxvij.q.ij.agathoſa. Itē vouentibus virginitatē nō ſolū nubere/ſed velle nubere eſt damnabile.xxvij.diſ.vouētibus. Uirgines poſt conſecrationē nubētes adultere ſunt ⁊ inceſte ⁊ ſacrilege. xxvij.diſt.c.vlti.xxvij.q.j.virginibus. Profeſ a virginitatē iudicans nuptias anathema ſit.xxx.diſt.ſi quis ꝓpter.⁊.c.

*An pmo⸗ ... eri poſ⸗ ... qui cū ... nica⸗ ... ſp̄it.*

ſi quis vel.et.xxxj.diſt.quicūq;. ¶ F Quid ſi aliquis foꝛnicariā defloꝛauit:cū qua poſtmodū contraxit:nūquid poterit poſtmodū pꝛomoueri? Tenet Jo.t.⁊ Ber.Bar.bu.r. in ſua queſtione dn̄icali que incipit/aliquis cognouit virginē. Et Ray.⁊ Jo.an.in.c.clerici qui.de vi.⁊ hone.cle.lib.vj.ꝙ talis poterit ꝓmoueri poſt moꝛtē iſtius. vt no.xxx.q.v.qualis.de cleri.cōiu.ſane.de biga.debitum. in vlti.gloſ. Ego aūt poſt Hugo.et Oſtiē.⁊ Jo.de ſinito et Archidia. teneo cōtra.ꝙ talis tāq̄ bigamus nō valeat pꝛomoueri.⁊ hoc per illa.c.expꝛeſſa.xxviij.di.qꝛ ſunt.ibi. Nec eā virginē perueniſſe ad eū.xxxij.diſt.nemo.ibi. Unicā ⁊ virginē vxorē habuerit.vbi de hoc.⁊.xxxiij.diſt.maritū.ibi. Nec cū quidē qui vnā cōcubinā ⁊c.vbi de hoc.⁊.xxxiiij.di. curādū.ibi. Qui vxoꝛē virginem non duxerit.⁊.c.ſeq. pꝛecipimus.ibi. Qui virginē nō eſt ſoꝛtitus vxoꝛem.⁊.lxxvij.diſt.quicūq;. ibi. Una tantū et ea quā virginē cōmuni per ſacerdotē benedictione percepit vxoꝛe contētus.⁊.xxx.q.v.qualis.ibi. Uirgo caſta ⁊ deſpōſata in virginitate.⁊ pall.c.clerici.ibi. qui cū vnicis ⁊ virginibus cōtraxerūt.vbi tacite iure nouo videt̃ hec opinio appꝛobari. Ratio eſt ꝓpter pꝛerogatiuā matrimonij:qꝛ maritus eſt talis coꝛrupte:⁊ nō agit̃ hic de peccato:ſed de ſacramēti ſanctitate.xxvj.diſ.acutius. Alia ratio valida ſm Archidia.eſt qꝛ carnis cōmiſtio ſignificat confoꝛmitatē diuine ⁊ humane nature:que contracta fuit in vtero virginali: factā per myſteriū incarnationis. ex̃ de biga.debitū. Quū ergo hoc factū fuerit in vtero virginali:vt actus conſummatus id ſignificet: opoꝛtet ꝙ conſummatio ſit facta in vtero virginali:qđ eſſe nō poteſt ſi antea eam coꝛrupiſſet.et ad hoc etiā facit.xxxij.diſt. ſeriatim.ibi. Uxoꝛem ducere virginē ⁊c. In hac ſentētia etiam reſidet Hoſ.in pꝛeall.c.ſane. Et ratio eſt ſm eū qꝛ incipit eſſe maritus coꝛrupte.vt in iuribus pꝛedictis.de hoc no. Archidi. in pall.c.nemo.⁊.c.qualis.⁊.c.clerici qui.li.vj.

*An abbatiſſam opoꝛteat eſſe virginē.*

¶ G Itē hic quero an abbatiſſa debeat eſſe virgo? Et caſus expꝛeſſus eſt ꝙ ſic.xx.q.j.iuuēculas.⁊ no.xxxj.q.j.quō.in gloſ.non ideo.et ꝓ hoc facit.j.q.vij.ſi quis oēm.ibi. Nouimus peccatricem pꝛius Mariā. poſt conuerſionē q̄uis ſancta et caſta:tn̄ inter diaconiſſas cōputata non eſt.facit.xxvij.diſt.c.vlti. Sed cōtra videtur qꝛ coꝛrupta poteſt eſſe diaconiſſa. xxviij.q.j.ſi quis rapuerit.in ſi.facit.lxxviij.diſt.nemo pꝛeſbyter. Dico ꝙ de bono et equo eſt et honeſto/ꝙ abbatiſſa ſit virgo:qꝛ virginibus habet pꝛeeſſe:⁊ ad virginitatē hoꝛtari:qđ coꝛrupte ſic nō cōpetit.arg.op.xxv.di.c.vlti.⁊.xxvj.diſt.c.vlti.lxj.diſt.c.ij.in ſi. Uidua tn̄ hodie de facto abbatiſſa ſit ⁊ fieri pōt.arg.ex̃ de eta.et quali.tuam. Et tunc ſm Hugo.cōſecranda non eſt.xxvj.diſt.acutius. Et in hac ſententia videtur eſſe Archidia.in pꝛeall.c. iuuēculas. Dicunt̃ aūt virgines a viroꝛe. vel dicta eſt virgo a viridioꝛi etate. vel ab incoꝛruptione quaſi virago.ꝙ adhuc ignoꝛat feminеā paſſionē.ſm Papi. Et dicitur virago a viro/quaſi vir ſit ⁊ virū agit. ſm Hugui.in deriuationibus.argu.ad hoc xxxij.q.vij.§.ſed illud.ver. hic ſi quis. Cū virgine cōmittit̃ ſtupꝛū pꝛopꝛie etiam volūtate vtriuſq;.xxxvij.q.j.§.cū ergo.ver.ſtupꝛum. ex̃ de adulte.c.ij.et ibi no.in.j. de ciuitate dei/ ꝙ mēbꝛa illa poſſunt diuerſis caſibus vulnerata vim perpeti:et medici aliquando ſaluti opitulantes hec ibi faciunt que hoꝛret aſpectus. Obſtetrix virginis cuiuſdā integritatem manu velut exploꝛās dum inſpicit:perdit. Nō opinoꝛ quēq̄ tam ſtulte ſapere:vt huic periſſe aliquid exiſtimet: etiam de ipſius coꝛpoꝛis ſanctitate: q̄uis membꝛi illius integritatem iam perdidit. Ita ergo virginitas nō conſiſtit in carnis incoꝛruptione. Pꝛeterea coꝛruptio carnis maxime in ſeminis reſolutione conſiſtit:que poteſt fieri ſine concubitu:ſiue in doꝛmiendo.vj.diſt.teſtamentum. ſiue in vigilando.ſed ſine concubitu nō videtur perdi virginitas. Dicit enim Augu.in lib. de virginitate/ꝙ virginalis integritas et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica poꝛtio eſt. Sed contra eſt qđ Augu.in eodem lib.dicit/ꝙ virginitas eſt continentia in qua integritas carnis ipſi creatoꝛi anime ⁊ carnis vouetur/cōſecratur/ſeruatur. Dicendum ꝙ pudicitia virginalis ſicut et quelibet virtus eſt quidem eſſentialiter in anima naturaliter:et ſubſequenter in carne.vnde Augu.dicit in libꝛo de virginitate/ꝙ virginitas in carne ſeruetur: ac per hoc coꝛpoꝛalis:ſed tamen ſpiritualis eſt quam vouet ⁊ ſeruat continentia pietatis. Ad hanc ſolutionem faciunt. xxxij. q.v. ita ne.c. de pudicitia. et.c. ille. Delectatio autem que eſt ex ſeminis reſolutiōe dupliciter poteſt cōtingere. Uno modo vt pꝛocedat ex mentis pꝛopoſito: ſiue fiat per concubitum/ſiue ſine cōcubitu. Matthei.v.ad hoc facit.xxxij. q.v. ſicut peccatum. et.c.qui viderit. xxvij. q.j. nec aliqua. Alio modo poteſt pꝛouenire pꝛeter pꝛopoſitum mentis: vel in doꝛmiendo/vel per violentiam illatam cui mens non conſentit: q̄uis caro delectationem experiatur: vel etiam ex infirmitate. vt patet in ijs qui fluxum ſanguinis vel ſeminis patiuntur. Et ſic nō perditur virginitas:quia talis pollutio non accidit ex pꝛopoſito quod virginitas excludit. Ad hoc faciunt omnia capitula.xxxij.q.v.a pꝛincipio vſq; ad.§. ſequen. q̄uis. ¶ Ad ſecundum videtur ꝙ virginitas ſit illicita. quia contra pꝛeceptum dei Geneſ.j. Creſcite et multiplicamini ⁊c. Item ſm maximum Ualerium ſm leges antiquoꝛum puniebantur qui celibem vitam ducebant. Et Auguſtinus ait de Platone ꝙ in vera religione ſacrificabat vt perpetua eius continentia tanq̄ peccatum abhoꝛreretur. Sed dicendum ꝙ virginitas eſt licita et perfecta: quia nullum peccatum cadit ſub conſilio. dicitur enim.j. ad Coꝛinthios.vij.cap. De virginibus

autem preceptum domini non habeo: conſilium autē do. xxviij.q.j.ſic enim. Hoc autem conſilium eſt vt liberius diuine cōtemplationi vacetur.j.ad Corinth.vij. Mulier innupta ⁊ virgo cogitat que domini ſunt: vt ſit ſancta in corpore et ſpiritu. Preceptum aūt illud Geñ. Creſcite ⁊ multiplicamini. reſpicit totam multitudinem hominū. Cui neceſſarium eſt non ſolum ꝙ multiplicetur corporaliter: ſed ſpiritualiter. quia ſm Ambro. Nuptie replent terram. Virginitas paradiſum. xxxij.q.j.nuptie. facit.xxxiij.q.v.tūc ſaluabitur.

An virginitas dicēda ſit virtus.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ non videtur ꝙ virginitas ſit virtus: quia omnis virtus per penitentiam reparatur. arg.l.diſt.ferrum. ſed virginitas non reparatur per penitentiā.xxxij.q.v.ſi paulus. Preterea nulla virtus perditur ſine peccato: ſed virginitas perditur ſine peccato: q: per matrimonium. ergo ⁊c. Sed cōtra eſt quod dicit Ambro. in lib. de virginitate. Inuitat virginitatis amor vt aliquid de virginitate dicamus: ne veluti tranſitu quodam perſtricta videatur: que principalis eſt virtus. Dicendum ſm Tho. ꝙ virginitas eſt quedā ſpecialis virtus: habens ſe ad caſtitatem ſicut magnificētia ad liberalitatē. Et hoc facit propoſitum ſanctum ab omni actu venereo abſtinendi. Augu. in lib. de virginitate. Nec nos in virginibus predicamus ꝙ virgines ſunt: ſed ꝙ deo dicata pia continentia virgines ſunt. Qr virtus ſit virginitas clarū eſt in preallē. c. de pudicitia. et. c. ita ne. xxxij.q.v. Ad illud quod dicitur ꝙ non reparatur per penitentiam: dicendum eſt. Per penitentiam reparatur quātum ad illud quod eſt formale in virtute: non autem quantum ad id quod eſt materiale in ipſa. Circa materiam autē virginitatis eſt aliquid qđ miraculoſe poterit diuinitus reparari: ſcꝫ integritas membri. quam dicimus accidētaliter ſe habere ad virginitatē. Aliud autem eſt quod nec miraculo reparari poteſt: vt. ſ. qui expertus eſt voluptatem veneream fiat nō expertus. Non enim deus poteſt facere vt ea que ſunt facta non ſint facta. ſm Tho. vide quod legitur ⁊ no. xxxij.q.v.ſi paulus. ibi. Quum omnia poſſit deus: ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam. et in gloſ. ideo dicit. ¶ Ad illud quod dicitur ꝙ perditur ſine peccato. Ad hoc dicendum ꝙ quum ſit virtus: nūꝙ perditur ſine peccato: quia caſtitas eſt ſuo modo cū propria vxore. xxxi. diſt. in cena. facit. xxxij.q.ij.§.j. ver. beata.

An virginitas matrimonio ſit preferenda.

¶ Ad quartū videtur ꝙ virginitas non ſit excellentior matrimonio. dicit enim Augu. in lib. de bono cōiugali. Non impar meritum continentie eſt in Ioāne qui nullas expertus eſt nuptias: ⁊ in Abraam qui filios generauit. facit. xxxij.q.iiij. quis ignoret. de peni. diſt.ij. ſi enim. ver. memento. Item coniugium ordinatur ad bonū commune: ſed virginitas ad bonum priuatum: ſed commune preferendum eſt. vij.q.j. ſcias. cum concor. Augu. in lib. de bono cōiugali. Quod eſt cibus ad ſalutē hominis. hoc eſt concubitus ad ſalutem humani generis. virginitas ordinatur ad bonum ſpeciale: vt vitent tribulationē quam ſuſtinent coniugati. j. ad Corinth. vij. Sed cōtra eſt quod dicit Augu. in lib. de virginitate. Certa ratione ⁊ ſanctarum ſcripturarū authoritate nec peccatū eſſe nuptias inuenimus: nec eas bono vel virginalis continētie / vel etiam vidualis equamus. Hiero. ad Pammachium. Tantum intereſt inter nuptias et virginitatem: quantū inter nō peccare et benefacere: immo (vt leuius dicamus) quantū inter bonū ⁊ melius. illa cōparatur ſpinis: iſta roſis. ¶ Reſpondendū eſt ꝙ ſicut patet in lib. Hiero. contra Iouinianum: hic error fuit Iouiniani: qui poſuit virginitatem nō eſſe matrimonio preferendā. qui error ponitur. xxiiij.q.iij. quidam. ver. Iouinianiſte. Qui quidem precipue deſtruitur exemplo chriſti: qui matrem virginē elegit: et ipſa virginitatem ſeruauit. Et ex doctrina apoſtoli qui. j. ad Cor. vij. virginitatē cōſuluit tāꝙ melius bonum. Et ratione / q: bonū diuinū eſt potius bono humano. Tum q: bonū anime prefertur bono corporis. xij.q.j. ſcimus. xxxviij. di. ſedulo. Tum q: bonū contēplatiue vite profertur bono actiue. ex̄ de regu. licet. Virginitas aūt ordinatur ad bonum anime ſm vitam contemplatiuā: que eſt cogitare ea que ſunt dei. coniugium autē ordinatur ad bonum corporis: qđ eſt multiplicatio generis humani: et pertinet ad vitā actiuā: quia mulier et vir in matrimonio viuētes / neceſſe habent cogitare que ſunt mūdi. vt patet per Apoſtolū. j. ad Cor. vij. vnde indubitanter virginitas preferenda eſt continētie coniugali. Ad illud de coniugio Abraam dicendum ꝙ meritum non ſolū penſatur ex genere actus: ſed magis ex animo operanti. Habuit autē Abraam animum ſic diſpoſitum vt paratus eſſet virginitatē ſeruare: ſi tēpori fuiſſet congruum. quia ſm Augu. in lib. de bono cōiugali. Abraā in habitu habuit cōtinentiā quā in opere Ioānes habuit. Ad aliud dicendum ꝙ bonum commune potius ſit bono priuato: ſi ſit eiuſdem generis: ſed poteſt eſſe ꝙ bonū priuatum ſit melius ſm genus ſuū. Et hoc modo virginitas deo dicata prefertur fecūditati carnali. vnde Augu. in lib. de virginitate dicit / ꝙ fecunditas carnis etiam illarū que in hoc tēpore nihil aliud in cōiugio ꝙ prolē requirūt quā mancipēt chriſto: ꝓ amiſſa virginitate cōpēſari non poſſe credenda eſt.

Utrū virginitas ſit virtutū excellētiſſima.

¶ Ad quintū videtur ꝙ virginitas ſit maxima virtutū. vnde Cyprianus dicit ꝙ eſt illuſtrior portio gregis chriſti. Itē maxima eſt virtus cui maximū debetur premiū: ſed fructus cēteſimus debetur virginitati. Mat. xiij. in gloſ. Preterea tāto virtus maior eſt: quanto per eā aliquis amplius chriſto cōformaꝝ: ſed maxime aliqs chriſto per virginitatē conformaꝝ. Apoč. xiiij. d: de virginibus ꝙ ſequūtur agnū: et cantāt canticū nouū ⁊c. Sed Aug. cōtra in lib. de virginitate videꝝ dicere. Nemo quantū puto auſus fuit virginitatē preferre monaſterio. Et in eodē lib. dicit. Preclariſſimū teſtimoniū ꝓhibet eccleſiaſtica authoritas in qua fidelibus nomē ſit quo loco martyres et quo defuncte ſanctimoniales ad altaris ſacramenta recitenꝝ. Per qđ daꝝ intelligi ꝙ martyriū virginitati preferꝝ: ⁊ ſimiliter monaſterij ſtatus. ¶ Rñdeo ꝙ aliqđ pōt dici excellētiſſimū dupliciter. Uno modo in aliquo gñe. et ſic virginitas eſt excellētiſſima. ſ. in genere caſtitatis. trāſcēdit enī caſtitatē vidualē ⁊ coniugalē. Et q: caſtitati attribuiꝝ decor: ideo virginitati ꝑ cōſequens attribuiꝝ maxima pulchritudo ⁊ excellētiſſima. Unde Amb. dicit in lib. de virginitate. Pulchritudinē qs pōt maiorē exiſtimare decore virginis que amaꝝ a rege: ꝓbaꝝ a iudice: cōſecraꝝ deo: ſemꝑ ſpōſa: ſemꝑ innupta: ⁊ ſic loquūtur prima ar. Alio modo pōt dici aliqđ excellētiſſimū ſimpliciter. ⁊ ſic virginitas nō eſt excellētiſſima virtutū. Semꝑ enī finis excellit id qđ eſt ad finē: ⁊ quāto aliqđ efficacius ordinaꝝ ad finē: tāto meliꝰ eſt. Finis aūt ex quo virginitas laudabilis reddiꝝ: eſt vacare rebus diuinis. vt dicit Apłs. ⁊ dictū eſt. ſ. Vñ ipe virtutes theologice ⁊ etiam virtus religionis / quarū actus eſt ipſa occupatio circa res diuinas: preferunꝝ virginitati. Similiter ⁊ vehemētius operanꝝ ad hoc ꝙ inhereāt deo martyres: qui ad hoc poſtponūt propriā vitā: et viuentes in monaſterijs: qui ad hoc poſtponunt propriā voluntatē ⁊ oīa que pñt habere: ꝙ virgines: que ad hoc poſtponunt venereas voluptates: ⁊ ideo ſimpliciter virginitas nō eſt maxima virtutū. Illud de Cypriano verū eſt ꝑ cōparationē ad viduas ⁊ cōiugatas. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cēteſimus fructus attribuiꝝ virginitati. ſm Hiero. ꝓpter excellētiā quā hꝫ ad viduitatē cui debetur. lx. ⁊ ad matrimoniū cui debetur. xxx. Sed ſicut Augu. dicit in lib. de queſtionibus euangelij. Cēteſimus fructus eſt martyrum. ſexageſimus virginū. trigeſimus cōiugatoꝝ. ¶ Ad aliud dicēdū eſt ꝙ virgines ſequūtur agnū quocūꝗ ierit: q: imitātur chriſtū nō ſolū in integritate mētis: ſꝫ etiā in integritate carnis. vt dicit Aug. in li. de virgini. ⁊ ideo in pluribus ſequunꝝ agnū. nō tñ oportet ꝙ magis de propinquo: q: alie virtutes faciūt ꝓpinquius inherere deo ꝑ imitationē mētis. Canticū aūt nouū qđ ſole virgines cātāt: eſt gaudiū qđ habēt de integritate carnis ſeruata. ſm Grego. et. ſ. dixi. Et ſuper illud Apoč. xiiij. Cātabūt cāticū nouū. dicit gloſ. interlinearis. i. de integritate aīe ⁊ corporis exultant.

¶ H

Excellentia

Uirginalis excellentie teſtimonia.

Excellentia autem virginum et dignitas ſic ſumpta ſicut dictū eſt/quadruplicirer manifeſtaṫ. Pꝛimo qꝛ ipſe ſunt ſingulares ſponſe eterni regis ſicut dicebat beata Magne virgo. vnde Ambꝛo. ſ. §. pꝛimo ꝟ. Reſpondeo. Pulchꝛitudinē quis pōt ⁊c. Secūdo quia cōparatur angelis. vt dictū eſt. ſ. ſepe. Ambꝛo. Uirginitas cōditionem humane nature ſupergrediṫ. per quā hoīes angelis aſſociantṫ. maioꝛ eſt tamen victoꝛia virginū ꝙ̄ angelorum. angeli em̄ ſine carne viuunt: virgines vero in carne triumphant. Tertio qꝛ illuſtrioꝛes ſunt fidelibꝰ vniuerſis. Cypꝛianꝰ. Uirginitas eſt flos eccleſiaſtici germinis: decꝰ atqꝫ oꝛnamentū gratie ſpūalis: lete indoles laudis/ ⁊ honoꝛis: opus integrum atqꝫ incoꝛruptum dei: imago rurſus dei: ſanctimonia dei: illuſtrioꝛ poꝛtio gregis chꝛiſti. Quarto qꝛ pꝛeferūtur cōiugatis vt dictū eſt. Hec autem excellentia quam habet virginitas reſpectu copule coniugalis: pꝫ ex multiplici cōparatione ad ipſam. Illa em̄ impinguat ventrem: iſta mentē. Augu. Generoſiꝰ elegit in carne vitā iam imitari angeloꝝ: ꝙ̄ ex carne numerū augere moꝛtalium. ¶ I Siquis ſeduxerit virginē: cōcubueritqꝫ cuꝫ ea: dotabit eā habebitqꝫ vxoꝛem. Si vero pater dare noluerit: reddet pecuniam iuxta modū dotis quā virgines accipere conſueuerūt. Exo. xxij. et de adul. c. j. ⁊. ij. xxxvj. q. ij. tria. Qui per vim defloꝛat ꝟginē: capite punitur. inſti. de publi. iudi. §. ſi autē. Si autē attentat ſacratam virgineꝫ etiā ad matrimoniū: ſimiliter capite punitur. de peni. diſt. j. in. l. canonizata. ſiqs non dicā. ⁊. xxxvj. q. ij. ſiquis. ij. Canones execrantur. xxxvj. q. ij. raptoꝛes. c. ſiquis virginē. De triplici genere eunuchoꝝ. Mat. xix. et

Uirginalis puritas plurimū labefacta eſt.

xxxiij. q. v. tunc ſaluabiṫ. alꝰs eſt ſub. c. q̄ ſitit. ¶ K Quomodo autem ſtatus virginalis puriſſimus in ecclia ſancta quodāmodo cecidit a ſua puritate clarum eſt: quia ſacrate virgines in monaſterijs aut coꝛpoꝛaliter per peſſimas familiaritates ⁊ carnales ſeculariū clericoꝝ et maxime religioſoꝛum quoꝛūdam deuotiones/aut per coꝛruptos ſenſus ⁊ menteꝫ libidinoſam ſpūaliter coꝛruerunt. Alique etiam earū pꝛimā fidem irritam facientes. xxvij. q. j. c. j. ⁊. ij. ſe inceſtis ⁊ adulterinis et ſacrilegis nuptijs tradiderūt: aliqꝫ etiā in ſemetipſis indicēdā turpitudineꝫ ſceleſtiſſimis ⁊ execrabilibꝰ modis et actibus operantes Alie etiā virgines in ſeculo ſe voto chꝛiſto in virginitate ſeruire vouētes/et alie virgines maritande male a parētibus cuſtodite modis ſimilibus coꝛruerunt: ⁊ in virginitate deſponſate non fuerunt. ſed floꝛem virginitatis impudici alij rapuerunt. vt pꝛophetie antique de ruina virginum iſto tempoꝛe ſint complete. Thꝛen. j. Uirgines eiꝰ ſqualide. ibi expoſui. in iſta. ij. parte in arti. iiij. in litera deleth. Et ibi. Uirgines abierunt in captiuitatem. ibi expoſui in litera Sade. in. iiij. ar. Et Thꝛeno. ij. Deſtruxit in furoꝛe ſuo munitiones virginis iuda. ibi expoſui in litera beth. in. v. ar. Et ibi. Abiecerunt in terra capita ſua virgines hieruſalem. ibi expoſui in litera Ioth. in ar. ⁊ ibi. Cui exequabo te: ⁊ conſolaboꝛ te virgo filia ſion? et. j. Quis meditabitur tui? ibi expoſui. ⁊ ibi. Uirgines mee ceciderunt in gladio. ibi expoſui. Humiliate ſunt virgines per coꝛruptionē. Thꝛen. v. ibi. Mulieres in ſion humiliauerunt: ⁊ virgines in ciuitatibus Iuda. ibi expoſui in oꝛatione Hiere. Recoꝛdare. i. viij. ar. ¶ L Uere hodie virgines ad incremētū nō ſunt perducte. Eſa. xxiij. circa pꝛi. ⁊ ibi. Non adijcies vltra vt gloꝛieris calumniā ſuſtinens virgo filia ſidonis. Oblita eſt hodie virgo oꝛnamenti ſui ſcilicet pudicitie. Hiere. ij. Hodie multe ꝟgines filie Babylonis. i. ꝯfuſiōis/qbꝰ diciṫ Eſa. xlvij. Deſcende: ſede in puluere virgo filia Babylonis. non eſt ſoliū ⁊c. que verba ponuntur ⁊ exponūtur. xxxij. q. v. ſi paulus. Hiero. Perijt ergo ⁊ mente virginitas. Iſte virgines ſunt male virgines carne ⁊ non ſpiritu. virgines ſtulte q̄ oleū nō habētes excluduntur a ſpōſo. Si autē ⁊ ille q̄ virgines ſunt ob alias tamen culpas virginitate coꝛpoꝝ nō ſaluantur: qd fiet illis que pꝛoſtituerūt membꝛa chꝛiſti: et mutauerunt templū ſanctiſpiritus in lupanar? xxxij. q. v. ſi paulus. Itē de iſtis malis virginibus Cypꝛianus. Si incoꝛrupta inuēta fuerit virgo ea parte qua mulier poteſt eſſe: poterit tamen ex alia parte coꝛpoꝛis peccaſſe que coꝛrumpi poteſt: ⁊ tamen inſpici non poteſt. certe ipſe concubitus. ipſe cōplexus. ipſa cōfabulatio ⁊ oſculatio ⁊ coniacentium duorum turpis et feda doꝛmitio quantum dedecoꝛis ⁊ criminis confitetur? Si ſuperueniens maritus ſponſam ſuā iacentem cum altero videat: nōne indignatur ⁊ fremit: ⁊ per zeli doloꝛem poꝛtat gladium in manu ſua? ⁊ chꝛiſtus dominus ⁊ iudex noſter quum virginem ſuam dicatā ſibi ⁊ ſanctitati ſue deſtinatam iacere cum altero cernit: quātum indignatur ei et iraſcitur. xxvij. q. j. nec aliqua. Qui autem cum muliere ſanctificata mechatus fuerit: deponēdus eſt ſi eſt clericus. ſi laicus: excōmunicandus. xxvij. q. j. ſiquis epiſcopus. Innocen. Si apoſtolus. j. ad Timo. v. illas que a pꝛopoſito viduitatis diſcederent/dixit eas habere damnationem: quia pꝛimam fidem irritam fecerunt quanto magis virgines que pactionis ſue fidem minime ſeruarunt. xxvij. q. j. he vero. De his etiam malis virginibus deo ſanctificatis ⁊ de pena earū quū coꝛruūt ⁊ earū coꝛruptoꝛibꝰ. xxvij. q. j. ipudicas. cū. ij. c. ſeq. c. ſiquis ſacro c. ſiqua virgo. c. diaconiſſam. c. quotquot. c. virgines. c. ſiquis rapuerit. De ꝓhibita familiaritate ⁊ periculoſa monacharum. xiij. q. ij. diffinimus. c. in decima actiōe. Et clericoꝝ. lxxxj. diſt. ad reatū epiſcopi.

¶ Articulus. lxxxiiij.

# Expedito longe late:

ꝙ tractatu fundamēti omniū ſtatuum in eccleſia ſancta dei ⁊ eoꝝ quantum ad vitam ⁊ puritatem in hac lachꝛymabili tempoꝛe infelici vniuerſali ruina: qꝛ ſcribitur. ij. Paralipo. vij. ꝙ quum templum cōpleſſet Salomon fundens pꝛeces: deſcendit ignis de celo: ⁊ deuoꝛauit holocauſta ⁊ victimas. Ideo in fine iſtius operis qꝺ chꝛiſtus Salomon pacificus rex. ex in pꝛohem̄. decre. rex pacificus. gratia ſua incepit: ⁊ perfecte cōpleuit: matrē meam vniuerſalem eccleſiam gemitibus ⁊ ſuſpirijs genuflexus humiliter interpello: ꝙ pꝛeces magis mentales ꝙ̄ vocales. de con. di. v. mediocriter. fundat ad ſponſum ſuum. Eph. v. xxvij. q. j. nuptiarum. chꝛiſtum. ꝙ ſicut in eccleſia pꝛimitiua miſit ignem. i. ſpiritumſanctum ſuper eam cū ſeptem ſuis donis. Act. ij. de conſe. di. iiij. pꝛopꝛie. xxiij. q. iiij. ea vindicta. vt eam ſibi ſacroſanctum tabernaculū conſecraret: eam mundans illuminās foꝛtificans ⁊ in ſua gratia igniens et confirmans: ſic miſertus eius quaſi vidue bonis filijs. Luc. vij. de peni. diſt. j. impoꝛtuna. in tanta eius vite ruina mittat iterum ſpiritusſancti gratiam cum ſuis donis ſuper eam ad eam mūdandam ⁊ ſibi ſponſam legitimā conſecrandam non habentem maculam neqꝫ rugam. ad Ephe. v. xxxij. q. iiij. recurrat. ¶ A Et ideo in calce iſtius operis de. vij. donis ſpiritusſancti de quibus Eſa. xj. in pꝛin. de quibꝰ multi alij tractauerūt: ſed de allegationibus iuris ſe non intromiſerunt: cum iuriū fundamento bꝛeuiter adnotabo. vt per eius gratiam in ſancto ſuo ſtatu antiquo et debito refoꝛmetur: ⁊ placeat ſponſo ſacrificium ſponſe: ſicut a diebus antiquis. Malach. iij. l. di. purgabit. qꝺ tempus ante aduentum beſtie. Apoca. xj. ⁊. xiij. antichꝛiſti pꝛoculdubio eſt venturum. Et ſicut ſponſus eius chꝛiſtus de ſpiritusſancto conceptus. Luc. j. ad menſuram ſpm̄ſanctum non recepit. Ioan. iij. ſed ſuper eum plenitudo deſcendit ⁊ manſit Ioan. j. et requieuit cum donis ſuis. vt pꝛe. c. Eſa. xj. ſic et ipſa ſancta eccleſia ſponſa ſua ſm̄ ſuam menſuram recipiat dona eius: ⁊ renouetur per eum. vt dicatur pſ. xlv. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. ¶ Effectus autem ſpiritusſancti rectiſſime dona vocātur ⁊ ſeptifoꝛmis gratia ſpiritusſancti. Quum enim ſpiritusſanctus bonitas. Sapiē. x. ſit/ſe ⁊ ſua liberaliſſime cōmunicans: ideo

Spiritusſancti dona.

ſanctum donum ab eo eſt. Jaco.j.i.q.ij.ꝙ pia. Aug. Magna eſt dei miſericoꝛdia. donum dat equale ſibi. nam ſpiritusſanctus donum eſt in quo dantur liberaliſſime cetera dona. ideo ſpiritusſancti rectiſſime dona vocantur. Noīe enim doni gratitudo vel liberalitas inſinuatur. Donū enī iuxta verbum ſapiētis eſt datio irreddibilis: que fit ſine ſpe retributionis. Seneca in li. de beneficijs. Nō eſt beneficium quod in queſtum mittitur. Idem. Si deum imitaris: da beneficia gratis. ad hec ex̄ de dona. c.j. Et differentia eſt inter donū: quod eſt genus: ⁊ munus: quod eſt ſpecies. ff. de verbo. ſig. inter donū. nota. de ſimo. ⁊ ſi queſtiones. in gloſ. Aliud vocat̄ etiam ſeptifoꝛmis gratia: Gratia autem dicitur ꝙ gratis. ad Tit. j. Ro. xi. datur. j.q.j. gratia. Hec ſeptem dona. dicuntur ſeptem ſtelle: in dextera chꝛiſti. Apoca. j. ⁊ dicuntur ſtelle: quia noctem pꝛeſentis ignoꝛantie illuminant. ⁊ in dextera chꝛiſti: quia per eum omnia dona collata ſunt. Jo. xvj. Quum venerit paracletus ⁊c. Ephe. iiij. Dedit dona hominibus. Septē lucerne. Exo. xxvj. Facies ſeptem lucernas: ⁊ pones eas ſuper candelabꝛū. gloſ. ſeptē lucerne ſunt ſeptē dona ſpiritusſancti: q̄ in chꝛiſto ſemper manſerunt: ⁊ fidelib⁹ ſm voluntatem eius diſtributa ſunt. Septem lampades. Apoca. iiij. Zacharie. iij. Septem crines Samſonis. Judi. xvj. Hec ſeptē dona opponuntur ſeptē malis huius mundi: q̄ ſunt ſtultitia / hebetudo / pꝛecipitatio / inanis timoꝛ / ignoꝛātia / duritia / ſuperbia. Contra malum ſuperbie timoꝛ: qui humiliat. Contra duritiam pietas. Contra timoꝛem inanē foꝛtitudo. Contra ſtultitiam ſcientia. Contra hebetudinem intellectus. Contra pꝛecipitationem conſilium. Contra ignoꝛantiam ſapientia. Iſte ſunt ſeptem columne q̄ ſuſtētant domū ſanctam eccleſie. Pꝛouer. ix. Sapiētia ſcilicet chꝛiſtus edificauit ſibi domū. ſcilicet eccleſiam. quum dixit. Et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meā. Mat. xvj. xix. di. ita. Excidit in ea columnas ſeptē dona ſpiritusſancti / expellentes ſeptē ſpiritus imūdos. Luc. xi. ⁊ Mat. xij. Superbiam expellit timoꝛ: q2 coꝛ humiliat. Pietas inuidiā: q2 bona cōmunicat. Scientia iram: quia animā illuminat. Foꝛtitudo acidiam: q2 toꝛpoꝛem expellit. Conſiliū auaritiam: q2 dat pauperibus ſuperflua. Intellectus gulam: quia eam temperat. Sapiētia luxuriam: quia guſtato ſpiritu caro deſipit. Et nota ꝙ a dono timoꝛis ſapientia inchoatur. Eccleſiaſtici. j. ⁊ dono ſapientie perficitur. donis vero medijs pꝛoficiendo ad conſummationem ſapientie appꝛopinquatur. Et nota ꝙ donū ſapientie ⁊ donum intellectus pertinent ad contemplatiuā. Dono enī intellectus cōtemplamur deum in creaturis. dono ſapiētie in ſe. Alia. v. dona pertinent ad actiuā.

**Timoꝛ diuinus.**

¶ B Pꝛimo igitur a timoꝛe domini incipiendum eſt. q2 initium ſapiētie timoꝛ domini. Eccl'i. j. Et pſ. cx. Initiū ſapientie timoꝛ domini. Scdm Aug. ſuper Joā. x. de mercenario. Timoꝛ eſt fuga mali ne ꝑdat que diligit. Fuga timoꝛis fuga eſt caute declinationis. Timoꝛ enī dum timet timetur. Philoſophus. Qui timet deum: omnia timent eum. qui vero deum non timet: omnia timet. Item Aug. in li. de ciui. dei. Timoꝛ eſt amoꝛ fugiens quod ei aduerſatur. Timoꝛ eſt expectatio futuri mali. Et notandum ꝙ ſpiritusſanctus per dona ſua. i. per ſuos effectus edificat iuſtitiam: q̄ conſtat ex ſeptē beatitudinibus de quibus Mat. v. ⁊ ex ſeptē virtutibus. tribus theologis: ſcilicet fide / ſpe / ⁊ charitate ⁊ quatuoꝛ cardinalibus / pꝛudētia / temperantia / foꝛtitudine / ⁊ iuſtitia. ⁊ hoc per ſimilitudinem quam habet cum igne in. vij.

**Donoꝛū ſpiritusſancti cū igne ꝯparatio.**

¶ Pꝛimo ꝙ ignis quod altum eſt / incinerat: ⁊ humiliat. ſic ſpiritus timoꝛis per humilitatem virtutē quam inducit coꝛ elatum: humiliat ⁊ depꝛimit: ⁊ in fide ſolidat. ⁊ ſic ſe omnib⁹ ſubijcit recolens illud Eccleſiaſtici. j. Qui ſine timoꝛe eſt non poterit iuſtificari. Scdo ignis conſolidat. ſic ſpiritus pietatis per virtutem manſuetudinis quam inducit ad omnem iniuriam ſuſtinendā patientem efficit. vnde dicit gloſ. ꝙ ſpiritusſanctus pietatis ſpecie patiendo coꝛroboꝛat. Eccleaſtici. ij. Depꝛime coꝛ tuum ſubaudi per timoꝛē. Et ſuſtine ſubaudi. per manſuetudinem. Tertio illuminat. ſic ſpiritus ſcientie per beatitudinem ⁊ virtutem que eſt luctus. nam quum quis videt ⁊ pꝛoximoꝛum miſeriam ⁊ celeſtis regni luget abſentiā. ⁊ ſic attenditur charitas ⁊ dilatatur. pſ. xli. Fuerunt mihi lachꝛyme mee panes die ac nocte ⁊c. Quarto ſemper ignis eſurit: ſic ſpūs foꝛtitudinis ſitim habet iuſtitie: et eſurit altioꝛem perfectiōis gradum. Quinto ignis omnibus ſe cōmunicat. ſic donum conſilij omnibus ſe exponit per virtutem miſericoꝛdie quaꝫ introducit: que ſe nulli in neceſſitate ſubtrahit. q2 miſericoꝛdia deus eſt victus. lxxxvj. di. non ſatis. Sexto purgat ⁊ mūdat ignis. ſic donum intellectus q2 intus legit īs interioꝛa mundat ⁊ parat virtutem munditie. Septimo ignis naturaliter ſurſum tendit. ſic donum ſapiētie per virtutem pacis quam introducit ſurſum ad meditandum celeſtia rapit. Sapiētia enim conſiſtit in cōtemplatione diuinoꝛum ⁊ ſupernorum. ideo roboꝛatur per hoc donum iuſtitia: que pacem pectoꝛis ſeruat ⁊ mētis quietem. Et nota ꝙ omnia dona ⁊ virtutes ad hoc tendunt: vt tranquillam reddant cōſcientiam. ſolus timoꝛ nititur vt eam ſemper ſolicitam faciat ⁊ ſuſpectā. Bern. Timoꝛe anima concutitur. conſcientia diſcutitur. letalis ſopoꝛ extinguitur. ſolicitudo incitat̄ amoꝛ domini cuſtoditur. Qui habet hanc gratiā: omnem odit iniquitatem. Sine hac gratia pꝛeuia gratiarum nullum bonum pullulare vel manere poteſt. Omne virtutū edificium ilico vertit̄ in pꝛecipitium: ſi huius gratie amiſerit pꝛeſidium.

**Diuini timoꝛis cōmēdatio**

¶ Ad commendationem diuini timoꝛis multa faciūt. Pꝛimo ſcriptura ſacra. Deutero. vj. Deum time. Joſue. x. Timete dominū. pſ. xxxiij. Timete dominū omnes ſancti eius. Luc. xij. idem Mat. x. Timete eum qui poſtꝙ occiderit habet poteſtatem mittere in gehennam vbi Ambꝛoſius. Moꝛs enim nature finis non pene eſt. ⁊ ideo moꝛtem ſupplicij coꝛpoꝛalis eſſe defectum: penam vero anime eſſe perpetuam. deumqꝫ ſolum metuendum cuius poteſtati non natura pꝛeſcribat: ſed eadem natura ſubiaceat. concludit dicens: Ita dico vobis hunc timete ⁊c. Secundo pꝛomiſſiones. Tobie. iiij. Habebis multa bona ſi timueris deum. Eccleſiaſtici. j. Timenti deum bene erit in extremis. ⁊ in die defunctionis ſue benedicetur. Tertio beatificatio. Pꝛouer. xxviij. Beat⁹ homo qui ſemper eſt pauidus. Eccleſiaſtici. xxv. Beatus homo cui datū eſt habere timoꝛem domini. Quarto excellentia quam tribuit ei ſcriptura inter oēs gratias. Eccl'i. xxv. Timoꝛ domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. Bern. ſuper Can. In veritate didici nil eque efficax eſſe ad gratiam pꝛomerēdam / retinendam / recuperandam: ꝙ ſi omni tempoꝛe coram deo inueniaris non altum ſapere: ſed timere. Time ergo quum arriſerit gratia. Time quum abierit. Time quum denuo reuertetur. et hoc eſt ſemper pauidum eſſe. Quum adeſt time: ne non digne opereris ex ea. Si receſſerit: multo magis timendum, quia reliquit tecuſtodia tua. vbi enim deficit tibi gratia: deficis tu. dicente datoꝛe gratie Joan. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Iā ſi gratia repꝛopitiata redierit: multo amplius tunc timendum ne foꝛte contingat recidiuum pati qđ vtriqꝫ deterius eſt. Luc. vj. de peni. diſt. iiij. refugientes. Quinto quia timoꝛ valde placet deo. pſ. xxxij. Ecce oculi domini ſuper metuētes eum. Eccl'i. xxxiiij. Oculi dn̄i ad timētes eum. Sexto q2 expellit peccatum: ⁊ multa bona alia operatur. Eccl'i. j. Timoꝛ domini expellit peccatum. Gregoꝛius. Pꝛaua mens ſi non pꝛius per timoꝛem auertitur ab aſſuetis vitijs: non emendatur. Hiero. Timoꝛ virtutum cuſtos eſt. quia ianitoꝛ coꝛdis. Securitas ad lapſum facilis. q2 q̇ timet deum: nihil negligit. Eccl's. vij. Bern. Timoꝛ domini omnium virtutum plenitudinem operatur: dum per iuſtitiam defert maioꝛi. per pꝛudentiā non credit ſe ſibi. per tēperantiam refugit aliena diſcutere. per foꝛtitudinem ſe totum obedientie ſubdit non diſcernende ſed adimplende. Hunc timoꝛem ſequitur ſpiritus. Itē mittit initium ſapi

entie. Prouer. j. Bern. Timor domini eſt initium ſapientie: quia tunc primo deus anime ſapit: quū eam ad timēdum afficit: non ad ſciendū inſtruit. Nihil melius ꝙ timor dei Eccli. xxiij. in fi. Qui timet deū: conuertitur ad cor ſuum. Eccli. xxj. Greg. Anchora mentis eſt pondus timoris. hominem fortē ad obediendum ⁊ promptū reddit. Idē. Timere deum/eſt nulla que facienda ſunt preterire. Eccli. ij. Qui timent deū cuſtodiunt mandata eius. Septimo vanam mundi delectationē cohibet: et friuolā atq; inſipidā reddit. dicens illud Apo. xiiij. Timete dñm: ⁊ date illi honorem. Octauo; ſentit deū. pſ. xxx. Quā magna multitudo dulcedinis tue domine: quā abſcondiſti timentibus te

¶ Sunt tres cauſe timoris. In conſpectu multorum peccata latentia. pſ. xviij. Delicta quis intelligit: Diuini iudicij incertitudo. quia quedam iudicantur ab hominibus bona: ⁊ a deo mala. Gregorius. Plerunq; ſordet in conſpectu interni iudicis: quod in intentione fulget operantis. Finalis vite incertitudo. q: qui modo eſt iuſtus: neſcit an perſeuerabit. Eccl's. ix. Sunt iuſti atq; ſapientes: ⁊ opera eorū in manu dei: ⁊ tamen neſcit homo vtrū amore an odio dignus ſit. ſed oīa ſeruantur in futurū incerta. ex de pur. ca. accepimꝰ. ibi. ⁊ ſi ſimplex. Et Job. ix. ⁊c. Ideo ſemper ⁊ vbiq; timendum eſt. q: de quolibet ſtatu damnātur aliqui. Mat. xxiiij. ⁊ Luce. xvij. Duo erunt in agro ⁊c. ⁊. j. Unus aſſumetur: alter relinqueť. Remigius. Tres ordines eccleſie demonſtrantur. Per duos in agro/ordo predicatorum: quibus cōmiſſus eſt ager eccleſie. Per duos in mola/ordo cōiugatorum: qui dum per diuerſas curas nunc ad hec nunc ad illa flectūtur: quaſi molā in circūitu trahunt. Per duos in lecto/ordo continentiū: quorū requies nomine lecti deſignatur. In ijs aūt ordinibus ſunt boni ⁊ mali. iuſti ⁊ iniuſti. ⁊ ideo ex eis quidā relinquuntur: ⁊ quidā aſſumunť. Ideo ſancti viri ſemper ⁊ vbiq; timēt ⁊ timore repletis nō eſt quo ſe ingerat ſuperbia. nec ſolū timent in malis: ſed etiam in bonis. Job. ix. Uerebar oīa opera mea. gloſ. etiam bona. Greg. Piarū mētium eſt ibi culpam timere: vbi culpa nō eſt. v. di. ad eius. ex de obſer. ie. c. ij. Greg. Si placere veraciter cupimus poſtq̄ peruerſa ſubegimus: ipſa etiam in nobis bene geſta timeamus. Idem. Juſti qđ agunt metuunt: dum caute conſiderant ante quantum iudicē ſtabunt. De timore plene habetur Eccli. j. et. ij. ibi vide. ¶ C. Species timoris ſunt ſeptem

Timor ſeptuplex.

¶ Primus naturalis. quo q̄s timet naturaliter nociuum nature. Hic timor nec eſt meritorius nec demeritoriꝰ: ſed indifferens. q: non ſubeſt libero arbitrio. Hoc timore timuit chriſtꝰ mortē naturaliter. Mar. xiiij. Mat. xxvj. Cepit ieſus pauere ⁊c. vbi Theophilus. Qui enī totū aſſumpſerat hominē: aſſumpſit ⁊ naturales hominis proprietates. pauere ⁊ tedere ⁊ contriſtari naturale eſt. nam homines naturaliter inuiti tēdūt ad mortē. vide qđ no. xj. q. iij. non ſolū. in gloſ. non remouet. quā aliqui libri non habēt. Item ibi. Triſtis eſt aīa mea vſq; ad mortē. Beda. Quaſi deus in corpore cōſtitutus fragilitatem carnis exponit vt eorū qui ſacramentū incarnationis obiurgant/excluderetur impietas. Nā qui corpus ſuſcepit: oīa debuit ſuſcipere q̄ corporis ſunt: vt eſuriret. Mat. iiij. Luc. iiij. ſitiret. Jo. iiij. ⁊. xviij. angeretur. contriſtaretur. Diuinitas enim per hos neſcit cōmutari affectus. ¶ Secūdus humanus quū ſcz aliquis plus debito timet corpori ſuo. hoc prohibetur Mat. x. Nolite timere eos ⁊c. xi. q. iij. nolite. Hoc ꝓuenit ex nimio amore preſentis vite. ¶ Tertius mundanus. quū quis timet de rebus mūdanis perdendis nimis ⁊ iſte multū cruciatur. Aug. Diuitie plus cruciant adepte timore amiſſionis: ꝙ cōcupite ardore adeptionis. Iſto timore iudei chriſtū occiderūt. Jo. xj. ¶ Quartus ſeruilis iſte non eſt in charitate. j. Jo. iiij. xxiij. q. vj. §. ex ijs. q: vt dicit Aug. hoc timore cōtinet hō a peccato ſolū ꝓpter gehēnam. vnde Augu. Inaniter putat victorē ſe eſſe peccati: q̄ timore nō peccat. q: ſi nō impletur foris negotiū male cupiditatis: ipſa tñ mala cupiditas intus eſt hoſtis: et ideo non facit qđ non licet fieri: q: non pōt impune fieri. ⁊ vellet nō eſſe iuſtitiam puniētē: ⁊ eā ſi poſſet auferret. Inimicus igitur iuſtitie eſt q̄ timore pene nō peccat. Amicus autem erit: ſi eiꝰ amore non peccet. In tali viuit peccādi voluntas: ⁊ ſequeretur opus: ſi ſequereť impunitas. Peccare non vult charitas: etiā ſi ſequať impunitas. Iſte timor non tantū pene eterne: ſed pene tēporalis metu retrahit a peccatis. vt patet in multis ſecularibꝰ ⁊ religioſis. ad hec di. iiij. facte ſunt. xxiij. q. v. non fruſtra. in ꝓhem. decre. rex pacificus. Iſte tamen timor ſeruilis charitatē introducit vt ſeta introducit filū ſm Aug. Nam creſcit charitas ſm eum: ⁊ minuiť timor: ⁊ ecōuerſo. De hoc legiť ⁊ no. de peni. di. ij. ſicut ſeta. ſub. §. j. hinc Augu. ait. ¶ Quintꝰ initialis. qui eſt quū in perfecta charitate q̄ hūc habet/partim timet puniri: partim a deo ſeparari. Hūc ꝑfecta charitas foras mittit. j. Jo. iiij. ¶ Sextꝰ timor filialis. q̄ eſt cum ꝑfecta charitate in ſeculū ſeculi. ſm pſ. xviij. Timor dñi ſanctus permanet in ſeculū ſeculi. Hic cauet offendere celeſtem patrē: non tñ timore mali/ſed reuerentiali amore: ſicut bonus filiꝰ. de hoc no. in pre. c. ſicut ſeta. ⁊ habeť. xxiij. q. vj. §. ex ijs. ¶ Septimus timor reuerentialis. q̄ de legitimo amore ad patrē procedit. Iſto timore filius indulgentiſſimū patrem ſolicito reuereť affectu. dum eius nō verba neq; vitia: ſed vel tenuē amoris formidat offenſam. Cuius timoris magnificentiā propheta elegāter Eſa. xxxiij. expreſſit dicens. Timor ipe eſt theſaurus eius. ⁊ pſ. xxxiij. Timete dñm oēs ſancti eiꝰ. Qui enī hoc timore dñm metuit: perfectioni eiꝰ certū eſt nihil deeſſe. Hoc timore fuit repletus ille hō dñicus. Eſa. xi. ſm Cheremonē in collatione de perfectione in li. colla. Jo caſſi. Et notādū ꝙ quum timor ſit fuga mali: malum vero diuidatur in malū culpe ⁊ pene. ex de iureiu. etſi chriſtus. j. rñ. timor filialis ⁊ reuerentialis fugit malū culpe ſcilicet dei offenſam. alie ſpēs timoris fugiunt malū pene. ¶ Poteſt etiā timor deſcribi ſic. Timor eſt ſpiritualis rei prepotētis vel excellentis. Et notandū ꝙ in omni periculo iminente ille tantū timēdus eſt qui habet oīa in ſua poteſtate. Grego. Quicq̄d eſt qđ exterius ſeuit: per hoc ille timendus eſt qui hoc interius diſponit. pſ. xxxiij. Timete dñm omnes ſancti eiꝰ ⁊c. Aug. Si creature ſeuiunt: deū time nō illas. q: oīa ſub ipo ſunt. gloſ. Cupiditatē nocendi per te habes: poteſtatē niſi ipſe dederit non habes. Scđm Climacū. Timor eſt premeditatum periculū contremiſcens/ſenſus cordis de incertis euentibus frangens/cōſternans ⁊ triſtans. Timor eſt ſecuritatis ⁊ certitudinis priuatio. Qui factus eſt ſeruꝰ domini: ꝓpter dñm ſolū ipm timebit. q̄ vero hunc nondū timet ſuam vmbram multoties pertimeſcit. ¶ D.

Sunt autē multe cauſe timoris. Prima/zelꝰ diuine iuſtitie cōtra peccata propter q̄ chriſtum oportuit crucifigi. Ro. viij. Proprio filio ſuo non pepercit. Secūda/acerbitas paſſionis chriſti. Luc. xxij. Si in viridi ligno ⁊c. Bern. Filius dei iubeť occidi: vt vulneribus noſtris ꝑcioſa ſanguinis illiꝰ balſama medeanť. Agnoſce o hō ꝙ grauia ſunt multa vulnera pro q̄bus neceſſe fuit chriſtū dñm vulnerari. Si nō eſſent hec ad mortē: ⁊ ad mortē vtiq; ſempiternam: nunq̄ ꝓpterea dei filiꝰ moreret. Tertia/pōdus diuini examinis. Job. xxxj. Pōdus eiꝰ ferre nō potui. Idē xxiij. Conſiderās illū timore ſolicitor. Eſa. xv. Scđm magnitudinē operis ⁊ viſitatio eorū. Quarta/cōſideratio pene luciferi ⁊ cōplicum. ij. Pe. ij. Rudētibꝰ inferni detractatos in tartarū tradidit cruciandos in iudiciū reſeruari. Rudentes ſunt funes q̄bus naute vela ſuſpendunt: vt flante aura portꝰ trāquillitatē relinquant: ſeq; ambiguis fluctibꝰ credant. quibꝰ immūdorū ſpirituū conamina cōparanť. q̄ mox vt flante ſupbia ſe cōtra deū erexerūt: ipſis ⁊ elationis ſue conatibꝰ in abyſſi ꝓfundū rapti ſunt. Pene etiā Ade ⁊ aliorū q̄ in diluuio perierūt. Gene. vij. ex de ſacra vnc. c. vnico. §. penul. Quita penetrabilitas diuini iudicij. Hebre. iiij. Omnia nuda ⁊ aperta ſunt oculis eiꝰ.

Multe ſunt timoris cauſe.

Oĩa videt oculus illiꝰ. Eccl'i.xxiij.xviij.q.ij. pernicioſam. Sexta/facilitas cadẽdi.j.ad Cor.x. Qui ſtat videat ne cadat. Septima/hoſtiũ inuiſibiliũ ⁊ innumerabiliũ perſecutio.pſ.xxxix. Multiplicati ſunt ſup capillos capitis ⁊c. Octaua extremi iudicij cõſideratio.ij.ad Cor.v.Roma.xiiij. Omnes nos adſtare oportet ante tribunal chriſti.ex de peni.⁊ re.cum ex eo.vbi Gualfredus. Quid omni ſpiritui rationali tam acerbũ ꝙ terribilis illa expectatio iudicij? Pungit quidẽ mortis memoria: ſed multo magis conpũgor his verbis. Nona/cõſideratio penarũ inferni. Et primo acerbitas. Nam acerbiſſime pene huiꝰ vite minores ſunt pena purgatorij.ſm Aug.de peni.diſ.vij.nullus. Decima/aduerſitas.pſ.x. Ignis/ſulphur ⁊c. Frigus/Stridor dentiũ. Mat.viij.xiij.xxij.⁊.xxv.Luc.xiij. Fames. Deutero.xxxij. Cõſumentur fame.pſ.lviij. Et famẽ patientur vt canes.⁊ Job.xviij. Attenuetur fame robur eiꝰ. Sitis. Job.xviij. Exardeſcet ꝯ eũ ſitis. Fetor. Eſa.xxxiiij. De cadaueribꝰ eorũ aſcendet fetor. Tortiões ⁊ dolores. Apoc.xvij. Mãducabũt liguas ſuas pre dolore. Eſa.xviij. Tortiões ⁊ dolores tenebũt eos. Aug. Necꝙ torqͣt fatigat: nec ꝙ torquet morit. Greg. Ibi mors ſine morte.finis ſine fine.defectꝰ ſine defectu. q: mors ſemp ibi viuit: ⁊ finis ſemp icipit: ⁊ defectꝰ deficere neſcit. Apoc.ix. Querẽt hoies mortẽ: ⁊ nõ inuenient. Aug. Nihil aũt peiꝰ in morte: ꝙ eſſe in morte ſine morte. Horror carceris illiꝰ obſcuriſſimi ⁊ fetidiſſimi ardentiſſimi/et demonũ horribiliter apparentiũ. Bernar. Quis tibi pauor O aia: quũ relictis oibus quorũ hic tã grata fuit preſentia: in regionẽ prorſus ignotã ingredieris: tot ibi terribiliũ demoniorũ agmina occurrẽtia videbis. Ibi erit tũc metꝰ ⁊ pena ſimul ſm Aug. Diuturnitas. Job.xx. Luet ꝙ fecit oĩa nec tñ conſumetur. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Mat.xxv.vñ Gualfredus. Miſera habitatio vbi dolor acerrimus: ignis deuorãs: ⁊ nullus terminus in ardoribꝰ ſempiternis.⁊ gloſ.ſup pre.loco Job. Ut ſine fine crucient: viuere ſine fine cõpellunt.de peni.di.j.voluiſſent. Pene ⁊ doloris vniuerſalitas. Greg. Tãta erit ibi vis doloris: ꝙ mens ad aliud dirigi nõ poterit: niſi ad qð vis doloris impellit. Penitẽtia ſine fructu. Sapiẽ.v. Penitentiã agentes: ⁊ pre anguſtia ſpũs gemẽtes. Plus hic vna lachryma operat: ꝙ ibi totũ mare plenũ lachrymis. Aug.de fide ad petrũ. In inferno etſi erit cumulꝰ penitudinis: nulla erit ibi correctio volũtatis. Amiſſio glorie.ꝙ eſt maior pena ꝙ gehenna ſm Chryſ.⁊ Augu. De hoc timore Bern. Cõtremiſco a dentibꝰ beſtie ſcꝫ diaboli. Apo.xix. Apprehenſa eſt beſtia.pſ.lxxiij. Ne tradas beſtijs ⁊c. infernalis. A ventre inferi inferiori.pſ.lxxxv. Ex inferno inferiori. A rugientibus ſcꝫ demonibꝰ. Eccl'i.lj. preparatis ad eſcã. Horreo vermẽ rodentẽ ſcꝫ conſcientiã. Eſa.vlti. Mar.ix. Ignẽ torrentẽ et deuorantẽ. Eſa.xxxiij. Mat.xxv. Fumũ ⁊ vapores. Joſue.ij. Sulphur ⁊ ſpiritũ pcellarũ.pſ.cxlviij. Horres tenebras exteriores. Mat.xxij. Frater Egidius ſociꝰ btĩ Frãciſci laicus dixit. Timor dñi ſanctus omnẽ timorẽ malũ expellit: ⁊ cuſtodit illa bona que nõ poſſunt lingua exprimi nec cogitari.quẽ habere/quia magnũ eſt donũ/non omnibꝰ datũ eſt. Qui nõ timet oſtẽdit ſe nõ habere qð perdat. Timor dñi regit et gubernat hoiem: ⁊ facit eũ venire in gratiã dei.quam ſi hõ habet: timor dei cõſeruat eã.⁊ ſi non habet: facit ad eam puenire. Oẽs creature ꝙ ceciderunt/nunꝙ cecidiſſent: ſi hoc donũ habuiſſent. Hoc ſanctũ donũ non eſt niſi ſanctorũ et ſanctarum. Et quanto quis magis eſt gratioſus: tanto magis eſt timoratꝰ. Multũ timere debet hõ a ſupbia ſua ne precipitet eũ ſicut luciferũ. A teipſo caueas. Non põt hõ eſſe ſecurus: dum eſt inter inimicos. inimicus noſter caro eſt.⁊ ipſa ſemp cũ demonibꝰ aduerſaria eſt anime noſtre. Maiorẽ ergo timorẽ debet hõ habere ne malitia ſua vincat eũ: ꝙ de aliqua re mũdi. Impoſſibile eſt ꝙaliqs poſſit ad gratiã dei aſcẽdere nec in ea pſeuerare ſine timore.quẽ ꝙ non habet ſignũ eſt pereũdi. Qui plus timet: plus orat dixit abbas Jacob. Sicut lucerna obſcurũ cubiculũ illuminat: ita timor dei ſi venerit in cor hoïs: illuminat eum: ⁊ docet oẽs virtutes ⁊ mãdata dei. Dixit Machariꝰ. Sicut lignũ in manu hoïs quo frutices in igne verſantur ⁊ reuerſantur/ſemper ab igne cõſumitur. ita ſi hõ manducauerit habẽs mentẽ ſuã in timore dei: timor dei oſſa eiꝰ conſumit.iuxta illud.pſ.cxviij. Cõfige timore tuo carnes meas. Dixit paſtor. Sicut fumo expellunt apes vt tollat dulcedo operis earũ: ita corporalis quies timorẽ dñi expellit.

Penarũ inferni cõſideratio.

¶ Articulus.lxxxv. A

## Poſt donũ timoris

dicendũ eſt de dono pietatis. Nã/vt ait Augu.a timore aſcendit ad pietatẽ. ¶ Pietas duobus modis accipit. Primo ſm ꝙ eſt bonum nature: quo ſanguine cõiunctis ⁊ patrie beneuolis cõpaſſionis cultus exhibet. vt ait Tulliꝰ in officijs. hmõi ipſa natura ducit. facit.lxxxvj.di.non ſatis.☧.eſt pbanda. Scðo modo ſm ꝙ eſt donũ gratie ſpũs. et eſt hic idẽ pietas qð cultus diuinus cũ opere mie. Uñ ſuper illud Apoſtoli.j.ad Timo.iiij. Exerce te ad pietatẽ.dic̃ gloſ. Chryſ.i.ad fidẽ puram ⁊ veritatẽ rectã ſcꝫ vite. vel ad pietatem.id eſt ad cultũ dei ⁊ opera mie. Cultus eñ dei eſt in dilectione ⁊ ſacrificij exhibitione atꝙ reuerentia. de hoc no. de con.di.iij.venerabilis.gloſ.ij. Et dicit latine pietas grece theoſebia.i.cultus dei. ſm hoc ſic diffinitur. Pietas eſt qua deꝰ recte colitur: et proximo hilariter ſubuenit. Hec virtus ⁊ donũ perficit ex fide pura et vita recta. Et ſicut adaptat timor humilitati ſiue paupertati ſpũs: pro eo ꝙ diaboli ſuperbi laqueos euadit. ſic pietas manſuetudini: eo ꝙ terrã viuentium certiſſime faciat poſſidere. Mat.v. Ideo dicit apl's.j.ad Timo.iiij. Promiſſionẽ habens vite que nũc eſt ⁊ future.i.vt hic abundet bonis gratie et etiã tẽporalibus.xvj.q.j.reuertimini ⁊ etiam in futuro bonis glorie: habens benedictionẽ ſiniſtre ⁊ dextre. Cañ.viij. Leua eiꝰ ⁊c. Gregorius videt velle ꝙ pietas prout eſt donũ ſumat pro miſericordia. dicit eñ. Pietas opera docet. Sꝫ quibuſdã videtur ꝙ pietas prout eſt donũ/differat a mia. q: pietas reſpicit ſpiritualẽ. verſus. Cõſule.caſtiga.ſolare remitte.fer.ora.neceſſitatẽ.mia corporalẽ. de peni.di.j.miſericordia.⁊.c.medicamentũ.vñ gloſ.in pre.c.j.ad Timo.iiij.ꝙ eſt Ambro.ait/ Oĩs diſciplina chriſtiane religionis conſiſtit in operibꝰ mie. quã ſiquis ſequit: etiã ſi lubricum carnis patiat: vapulabit: ſed nõ peribit. de hoc.xlij.diſ.§.j. Opera eñ miſericordie humiliant hoiem ad ſuſceptiões gratie: per quã liberatur hõ a lubrico mortali. Itẽ ſuſtentant hoiem in lubrico veniali: ſentiẽdo primos motus: ne decidat in mortali. Põt etiã dici ꝙ pietas releuando miſeriam proximi pcedat ex principijs fidei. q: chriſtꝰ reputat ſibi fieri qð ſit pauperi Mat.xxv. mia vero pcedat ex principijs iuris naturalis. q: frater noſter naturalis eiuſdem ſpeciei eſt nobiſcũ. facit ad hoc.j.di.ius naturale.ibi. cõis oĩm poſſeſſio.⁊.xij.q.j.c.ij. Job.v. Uiſitãs ſpẽm tuã nõ peccabis. Eccl'i.xiij. Omne aĩal diligit ſimile ſibi. Hec virtus vel donũ hoiem iugo dei manſuetũ ſubijcit. vt ait Augu. Saluti oĩm ſtudet ⁊ pfectui. Eſt vita oĩm noſtrarũ actionum. nã viſibilis actio quaſi corpus eſt. ſed deuotio pietatis eſt quaſi ſpũs. Deuotio actionem viuificat ſicut aĩa. ex de cele.miſ.in quadã. corpus. Actio ſine deuotione eſt qͣſi corpus ſine aĩa. Pietas actionis inchoat in tẽpore: ſꝫ nõ finit cũ tẽpore. Hec eſt quaſi medulla ſine cortice. Hugo de ſancto victore. Hec virtus/vt ait Greg. ſcientie diſcretione dirigitur. De iſta pietate ad Titum.ij.ibi. Ut abnegantes impietatem ⁊c. et ſequitur. Juſt e ⁊ pie.xlij.diſtin. per totum.lxxxvj.diſtin.non ſatis.

Pietas bifariaꝫ cõſiderari poteſt

Miſericordia.

¶ Articulus.lxxxvj. A

## Poſt donũ pietatis

dicendũ eſt de dono ſciẽtie. ꝙ ſic deſcribitur ſm Aug. Scientia eſt humanarũ rerum cognitio ſaluberrime fidei deſeruiens. Idem

Sciẽtia.

Huic ſcientie tribuo illud tantū quo fides ſaluberrima: q̄ ad verā beatitudinē ducit, gignit̄ nutritur robora̅t. Itē pōt ſic deſcribi. Scientia eſt lumē hoīem ſm deū dirigens in actione ⁊ vſu tēporaliū. Itē Aug. Sapientia eſt in contemplatione eternorū. ſciētia in actione tēporaliū. Idem. Diſtat ab eternorū cōtēplatione actio qua bene vtimur tēporalibus. illa ſapiētie: hec ſciētie deputat̄. Idē. Hec eſt ſapientie ⁊ ſcientie recta diſtinctio, vt ad ſapiētiā pertineat eternarū rerū intellectualis cognitio: ad ſcientiā vero tēporaliū rerū cognitio naturalis: Ad hoc donū ptinet cognoſcere bona ⁊ mala: diſcernere inter vera bona ⁊ vera mala: ⁊ inter minora bona ⁊ maiora: ⁊ inter maiora mala ⁊ minora. Hoc donū facit hoīem interiꝰ lamētantē: nō exterius ſe iactantē. vt ait Augu. de doctrina chriſtiana. Et ſuper illud Mat. v. Beati q̄ lugent. dicit gloſ. Ii ſcientie ſpū illuſtrant̄ vt ſciant q̄bus malis inuoluunt̄. ¶ Et nota ꝙ malorū in q̄bus ſumus in hoc exilio, q̄ ad cognitionem huiꝰ doni pertinent: q̄dam ſunt ex parte aīe: q̄dam ex parte corporis: quedā ex parte proximorū: quedā ex parte demonum: quedā ex parte rerū temporaliū ſubiectarū. Ex parte aīe ſumus in egypto tenebrarū, q̄ interpretat̄ tenebra, quantū ad vim rationalē vbi multis percutimur plagis. ⁊ ideo erramꝰ crebro in iudicijs. quantū ad vim concupiſcibilē ſumus in mari rubro: vbi varij fluctus cōcupiſcentiarū ſibijnuicē ſuccedunt. vbi fetor. ex̄ de preſump. cū in iuuētute. carnalis voluptatis ⁊ ſalſedo ſitim cōcupiſcētie ꝓuocant. Jo. iiij. Qui biberit ex aqua hac ⁊c. Quantū ad vim iraſcibilē ſumus in deſerto mundi: vbi ſunt ſerpētes. Deutero. viij. Ductor tuꝰ fuit in ſolitudine in qua erat ſerpens flatu adurens. q̄ ſignificat ſuperbiā, ⁊ ſcorpio. luxuria. ac dipſas. q̄ mordendo facit hoīes vſq̄ ad mortem ſitire. i. auaritia. igniti ſcꝫ motus ire, inuidie, detractiōis ſuſpitionis, puerſi iudiciū. Ex pte corporis ſumꝰ in multis malis. Corpus eī̄ corruptibile eſt grauis ſarcina aīe Sapiētie. ix. Corpus qd̄ corrumpit̄ ⁊c. Ex parte proximorum ſumꝰ in maximis periculis. Primo q: hoīes ſibi dāt adinuicē occaſionē ⁊ viā perditionis. ij. ad Cor. xi. Periculum in falſis fratribus. Pauciſſimi ſunt q̄ ſe ꝓpter chriſtum diligant: ſemper q̄rentes q̄ ſua carnalia ſunt. Phil. ij. viij. q. j. ſunt in eccleſia. ij. ad Timo. iij. Et erunt hoīes ſe ipſos amantes. Michee. vij. Inimici hoīs domeſtici eius. Mat. x. et ibidē. Tradet aūt frater fratrē in mortē ⁊c. Ad literā hodie cōpletur ⁊ in fratribꝰ generaliter chriſtianis ⁊ in fratribꝰ. i. religioſis. quorū aliq̄ ſe amplius mutuo ꝑſequunt̄ ꝙ ſeculares. vñ quidā philoſophꝰ interrogatus q̄d eſſet inimiciſſimū homini. rn̄dit alter hō. Ex parte demonum ſumus in magno periculo. q: demones ſine cauſa ſola inuidia habent nobiſcū bellū implacabile ⁊ inexorabile. xvj. q. ij. viſis. de pe. diſ. ij. §. romanos. ⁊. c. princeps. Ex parte rerū inferiorū q̄ nobis cōcedunt̄ ad vſum, ſimiliter ſumus male circūdati. q: oīa plena ſunt laqueis. de quibꝰ. pſ̄. cxxiij. laqueꝰ contritus eſt ⁊c. ¶ Ad diſcretionē doni ſcientie pertinet omniū predictorū mala cognoſcere diſcernere, diſcutere, ⁊ eorū pericula operante dei gratia euitare: victorēq̄ exiſtere. Hec eſt ſancta ſciētia. Ad hanc pertinet diſcernere magna bona ⁊ parua, magna mala ⁊ parua, diuidere ⁊ eligere inter verā vitam ⁊ verā mortē, inter falſam ſimiliter. Hiere. ix. In hoc glorient̄ q̄ gloriatur ſcire ⁊ noſſe me. j. ad Cor. ij. Non eī̄ iudicaui me ſcire aliq̄d inter vos: niſi ieſum chriſtū ⁊ hūc crucifixū. Vera vita ſm Aug. eſt cōiunctio aīe deo: hic ꝑ grām: ibi ꝑ gloriā. Vera mors eſt gehēne: quā hoīes nō timent. cuiꝰ cauſa pctm̄ eſt: q: ſtipendiū peccati mors. Ro. vj. Ad hoc donū ptinet cognoſcere oēs ſpūales infirmitates aīe prouenientes ex originali culpa ⁊ ex eiꝰ effectu. ſcꝫ fomite. de con. diſt. iiij. c. ij. c. nō ex quo. xxxij. q. v. ſi paulus. Hec eſt eī̄ fons lepre ꝑſpicue ⁊ inolite cuti totā Ade ſupficiē ⁊ interiora inficiens ꝓpter quā eiectꝰ eſt de caſtris ſanctorū. Ex hoc ſcaturiunt febris luxurie. Jo. iiij. hydropiſis auaritie. Luc. xiiij. Phreneſis ire. Mat. v. Curuitas triſtitie. ij. Corin. vij. Stupor acidie. i. tepiditas. Apoc. iij. de otioſis Mat. xx. Emboliſmus gule. Luce. xvj. Apoſtema ſupbie. Mat. v. ⁊. xj. Inſania arrogātie ⁊ iactātie ianitas. Puſillanimitas. Luc. xij. vani timoris. Mat. x. Que oīa ⁊ ſimilia p donū ſciētie diſcernunt̄. Huic dono addit̄ dolor. q: q̄ addit ſciētiā: addit ⁊ laborē. Eccl̄s. j. in fi. De duplici ſciētia ſpūali. prima practice. i. actuali q̄ emēdatione morū ⁊ viciorū purgatione ꝑficit̄: altera theorice q̄ in contēplatione diuinarū rerū ⁊ ſacratiſſimorū ſenſuū cognitione cōſiſtit: eſt in li. colla. Joā. Caſſi. collatio vtiliſſima Neſteroth. ibi vide. In iſto etiā ope ī diuerſis locis de ſcīa tractaui. vñ hic cāpliꝰ nō immoror.

Sapientia. — Undiq̄ nos mala circumſtat.

¶ Articulus. lxxxvij. A

# Poſt donum ſciētie

dicendū eſt de dono fortitudinis. Donū ſciētie docet lugere mala ſua et ꝓximi. Donum fortitudinis iuſtitiā facit ſitire et eſurire. et ſic crucifigit iuſtos mundo: ⁊ mundum iuſtis. Gala. vlti. Fortitudo ſic deſcribit̄ ab Auguſtino in li. de moribꝰ eccleſie. Fortitudo eſt amor oīa facile tolerans ꝓpter illud qd̄ amat̄. Tulliꝰ in. j. rhetoricorū. Fortitudo eſt cōſiderata periculorū ſuſceptio. ⁊ laborū ꝑpeſſio. Idē in rheto. ij. Fortitudo eſt magnarū rerū appetitio: ⁊ viliū contēptio: et cū ratione vtilitatis laborū ꝑpeſſio. Itē gloſ. ſup Mat. xiiij. Erāt q̄tuor milia ⁊c. Fortitudo eſt firmitas animi cōtra moleſtias ſeculi. Cōmendatio fortitudinis. Joſue. j. Confortare ⁊ eſto robuſtꝰ. Deutero. xxxj. iij. Regū. ij. Danie. x. To. iiij. Forti animo eſto. Hec virtꝰ plus videt̄ habere virtuoſitatis ceteris virtutibꝰ. Primo q: deū letificat. Neemie. viij. Gaudiū eī̄ dn̄i erit fortitudo veſtra. De hoſtibꝰ triūphat. ij. Reg. xxij. Accinxiſti me fortitudine ad preliū q: homini bona ſua ſeruat. Mat. xij. ⁊. Luc. xj. Quū fortis armatꝰ. Diuitias ſpūales auget. Prouer. x. Manꝰ fortiū diuitias parat. Idē. Robuſti habuerūt diuitias. q: regnū occupat. Mat. xj. Regnū celorū vim patit̄: et violēti rapiunt illud. vñ Hiero. Grādis eſt enim violētia in terra eſſe nos generatos: ⁊ celorū ſedē q̄rere: ⁊ poſſidere per virtutem qd̄ nō tenuimꝰ ꝑ naturā. Fortitudo eī̄ ſm ꝙ donum eſt donū qd̄ gratia cōfortāte cōtra oīa aduerſa cōfidētiā perſiſtentiā ⁊ perfectā adminiſtrat virtutum cōfidentiā. Hoc donū ſicut dicit Greg. cōtra aduerſa cōfidentiā trepidanti dat. Idē. Vile eſt ꝯſiliū ſine fortitudine. q: qd̄ tractando inuenit: ſine viribꝰ ad actū nō ꝑducit. Cui hoc donum adeſt: nec bona mūdi cōcupiſcit: nec mala ꝑtimeſcit: ſed iuſtitiā eſurit. Mat. v. ⁊ pro ea tuēda fortiter cōtēdit. Donū fortitudinis in hoc differt a fortitudine virtute cardinali: ꝙ fortitudo virtꝰ cardinalis eſt circa arduū nature ſimpliciter. fortitudo vero donū circa arduum nature etiā eſt a grā adiuuāte. vt eſt ſubire pro chriſto martyriū: relinq̄re oīa: ſubijcere ſe volūtati aliene: ⁊ ſimilia q̄ ꝓpter ſui difficultatē vel arduitatē nō ſunt in p̄cepto. De fortitudinis virtute in prima parte iſtiꝰ operis dixi. nec hic repeto. ¶ De fortitudine in Cā. iij. c. pſ̄. xvij. Dominꝰ fortitudo mea. Et iterū. Fortitudinē meā ad te cuſtodiā. Prouer. vlti. Mulierē fortē q̄s inueniet. De fortitudine corporali. Job. vj. Nec fortitudo lapidū mea fortitudo. Hiere. ix. Nō gloriet̄ fortis in fortitudine ſua. xlvij. di. oēs. Oēs huiꝰ ſeculi dilectores in terrenis rebꝰ fortes ſunt: in celeſtibꝰ debiles. De fortitudine ſpirituali. ij. Cor. xij. Quū infirmor: tunc potēs ſum. alias fortior ſum. ex̄ de renū. niſi cū pridē §. alia vero. Triplex autem eſt fortitudo ſpiritualis: fidei, ſpei, et charitatis. De prima. j. Pet. v. ibi. Cui reſiſtite fortes in fide. Hebre. xj. Fortes facti ſunt in bello ſcꝫ fide. diabolo draconi quū tentat in occulto, ⁊ leoni quū tentat in aperto, ſm Aug. reſiſtimꝰ: dū peccato nō cōſentimꝰ: ⁊ tūc ipſum cōculcamꝰ. vñ pſ̄. xc. Cōculcabis leonē ⁊ draconē. De ſecūda Hebre. vj. Fortiſſimū ſolatiū habeamꝰ: q̄ cōfugimus ad tenendā ꝓpoſitā ſpem: quā ſicut anchoram animę habemus tutā ac firmā. Greg. Quāuis rerū perturbationibus adhuc animꝰ fluctuet iam tamen ſpei noſtre:

Fortitudinis definitio. — Fortitudo ſpiritualis triplex.

anchorã in eterna patria figite: ⁊ intentionẽ veſtrã vera luce ſolidate. De tertia. Can. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. Gregorius. Virtuti mortis dilectio comparatur: quia nimirum mentem quam ſemel perfecte ceperit ab amore mundi penitus auellit. Hiero. Vere in talibꝰ fortior eſt q̃ mors / dilectio, q: morte vinci non põt. de hoc de peni. di. ij. valida. De triplici fortitudine predicta. ij. Reg. xxiij. Irruperũt tres fortes caſtra Philiſtinorũ: ⁊ hauſerunt aquã de ciſterna Bethleem. Tres fortes ſunt fides / ſpes / ⁊ charitas: per caſtra vitiorum irrumpẽtes: ⁊ aquã lachrymarum de ciſterna cordis contriti haurientes: et ipſam regi Dauid ſcilicet chriſto offerentes.

¶ Articulus. lxxxviij. A

## Nunc dicendũ eſt de

dono cõſilij. qᵈ donũ conſilij donũ fortitudinis modeſte ⁊ caute deducit ne propria fiducia imoderatius innixũ precipitiũ patiatur. Habet enĩ hoc donũ cũ acutiſſimo ⁊ callidiſſimo hoſte cõgredi. ⁊ ideo indiget ſemꝑ ⁊ vbiq꜄ cõſilij dono. qᵈ ratiõe aĩm implet: ⁊ precipitiũ inopinatũ ꝓhibet. Prouer. xxiiij.

Cõſiliũ q̃d ſit. Erit ſalus vbi multa cõſilia. Large accipiẽdo conſilium / Conſiliũ eſt aliq̃d faciendi vel nõ faciendi ratio vere examinata vel excogitata. Rationẽ intellige. i. opus ratiõis: reſpõſionẽ ſc꜔ rationabilẽ / certificantẽ eũ q̃ petit conſiliũ. Stricto modo Cõſiliũ eſt diuina volũtas ꝑfecta: ad quã ꝓpter ſui arduitatẽ nullus ex ꝑcepto obligat᷑. xiiij. q. j. q̃ſq̃s ⁊. c. qᵈ precipit᷑. q̃ cõſilia ſapiẽtia dei patris filiꝰ cõſiliarius de celo attulit. Eſa. ix. que ſunt Abrenunciatio / Caſtitas / Obediẽtia / Patiẽtia / Humilitas. de q̃bus in prima ⁊ ſecunda parte plene ſcripſi. ¶ Circa hoc donũ quinq꜄ ſunt cõmendabilia. Primũ / gr̃a cõſiliũ req̃rendi ⁊ non ꝓprio ſenſui innitendi. To. iiij. Conſiliũ ſemꝑ a ſapiente req̃re. ex̃ de cõſtitu. ne innitaris. De bonis cõſiliarijs. xxiiij. diſ. q̃n. j. q. j. eſtote. De malis. lxxxvj. di. tanta. Secundũ / conſiliariũ eligẽdi. Eccl'i. xxxvij. A malo cõſiliario ſerua animã tuam. Tertiũ / gratia conſiliũ dandi. j. Macha. ij. Ecce Simon frater veſter ſcio q̃ vir eſt cõſilij. Quartũ / conſiliũ examinandi. qᵈ nõ fecit Eua nec Adã q̃ malo cõſilio diaboli crediderũt. Gen. iij. Dicit ſapiẽs eccleſiaſticꝰ. Eccl'i. vj. Cõſiliariꝰ ſit tibi vnꝰ de mille. Quintũ / cõſilio acq̃eſcẽdi. qᵈ ſuperbi nõ faciunt et corrupti: ſibi nõ alijs credentes. ex̃ de cõſtitu ne innitaris. de hoc etiã in pͥma parte tractaui iſtiꝰ operis. De cõſilio ſm̃ iura legit᷑ ⁊ no. ex̃ de re. iur. nullus ex cõſilio. li. vj. de ſen. ex. nuper. gloſ. ij. de homi. ſicut dignũ §. illi etiã. in gloſ. de perſuaſu. ⁊ in gloſ. nota q̃ homicidiũ ⁊. l. diſt. ſiquis viduam. gloſ. et ita. j. q. iiij. preſulatus. ⁊ ex̃ de vo. ⁊ vo. re. ex multa. §. ij. gloſ. idem dicit.

¶ Artitulus. lxxxix. A

## Reſtat dicere de do-

nis intellectꝰ ⁊ ſapiẽtie prinẽtibꝰ ad contemplationẽ. Cõtemplatio aũt ſm̃ Greg. eſt charitatẽ dei ⁊ ꝓximi tota mẽte. de peni. di. ij. charitas. ij. retinere: ab exteriorũ actione q̃eſcere: ſoliꝰ cõditoris deſiderio inherere. de peni. di. ij. charitas. ij. vt nihil iã agere libeat: ſed calcatis curis oĩbus / ad videndũ faciem ſui cõditoris animꝰ iardeſcat: ita vt iã nouerit carnis corruptibilis põdus cũ merore portare: ⁊ totis deſiderijs appetere illis hymnidicis angelorũ choris intereſſe: celeſtibus ciuibꝰ admiſceri: de eterna ĩ cõſpectu dei ĩcorruptione gaudere. ¶ B Donũ intellectꝰ eſt gr̃a intelligẽdi ſalubres ſignificationes ſignorũ naturaliũ ⁊ poſitiuorum.

Intellectꝰ donũ. Signa naturalia ſunt oẽs creature: q̃ oẽs loquunt᷑ nobis ad Ro. j. ibi. Inuiſibilia ⁊c. dei laudẽ ⁊ noſtrã eruditionẽ. Hoc donũ petebat. pſ. cxviij. quũ dicebat / Da mihi intellectũ: ⁊ ſcrutabor legẽ tuã. Et iterũ. Da mihi intellectũ ⁊ viuam. Et iterꝫ pſ. cx. Intellectus bonꝰ oĩbꝰ faciẽtibꝰ eũ ⁊c. Hoc donũ dedit chriſtꝰ diſcipulis. Luc. vlt. ibi. Tũc aperuit illis ſenſum: vt intelligerẽt ſcripturas. Ad hoc donũ ptinet aperire parabolas euangelicas: et reſerare myſtica eloq̃a ſcripturarꝫ. Hoc donũ excludit hebetudinẽ ab itellectu. Animꝰ hebes eſt: ⁊ rebꝰ heret aforis: nõ ingrediẽs ꝑ ſe ad ſignificata earũ. quã hebetudinẽ donũ itellectꝰ expellit. Vñ dicit᷑ intellectꝰ interna lectio. Sapiẽ. j. Spũs diſcipline effugiet fictũ: ⁊ auferet ſe a cogitationibꝰ q̃ ſunt ſine intellectu. i. a cordibꝰ carnalibꝰ viſibilia ⁊ caduca ſolũmodo cogitantibus. Bern. Intelligere eſt intus legere id eſt interiora ⁊ ſpũalia cogitare. j. ad Corin. ij. Animalis hõ non percipit q̃ ſunt ſpũs dei. Hoc dono caruerũt philoſophi. ⁊ iõ viſibilia huiꝰ mundi nõ acceperũt vt ſigna: ſed quaſi naturaliter. cõtra q̃s Paulꝰ ad Rom. j. Inuiſibilia enĩ ipſiꝰ a creatura mũdi per ea q̃ facta ſunt intellecta cõſpiciunt᷑. Similes fuerunt illi philoſophi pueris ⁊ rudibꝰ q̃ morant᷑ in calicibꝰ pulchris vel eccleſijs exaratiões pulchras exteriꝰ aſpiciẽtes: ſed nõ curant inueſtigare interiꝰ latẽtes ſignificationes. vñ arguunt᷑ Sap. xiij. in prin. ibi. Et de hijs q̃ vident᷑ bona / non potuerũt intelligere eũ qui eſt: neq꜄ operibꝰ attẽdẽtes agnouerũt q̃s eẽt artifex. et. j. A magnitudine enĩ ſpeciei ⁊ creature cognoſcibiliter poterit horꝫ creator videri. et. j. Si enĩ tm̃ potuiſſent ſcire vt poſſent eſtimare ſeculũ: quõ huiꝰ dñm nõ faciliꝰ inuenerũt. vñ ⁊ iterũ dicit᷑ eis Ro. j. Dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt. Ariſtoteles interrogatꝰ a q̃ tot ⁊ tanta didiciſſet r̃ndit. A rebꝰ q̃ mẽtiri nõ norũt. Aug. Quocũq꜄ te vertis veritas veſtigijs q̃buſdã q̃ ſuis operibꝰ impꝛ̃ſſit / loquit᷑ tibi: ⁊ te in exteriora relabentẽ ipſis exteriorũ formis intus reuocat. Itẽ idẽ. Ve hijs q̃ ꝓpter nutꝰ tuos diuitũt te ignorantes q̃d innuãt. Ad donũ ergo intellectꝰ ptinet ea q̃ nobis creature naturaliter ſignificãt / aperire. q̃ ſignificatio eſt maxime ſimilitudinis. ⁊ ſm̃ hoc creature ſunt q̃ſi libri naturales. Signa poſitiua ſunt ſacramẽta / forme eccl'iarum / ornatꝰ miniſtrorũ / habitꝰ religioſorꝫ / ordinatio ꝑſonarũ eccl'iaſticarũ q̃ ſunt nob̃ q̃ſi libri ficticij: ĩ q̃bꝰ ꝑ donũ itellectus legimꝰ ⁊ accipimꝰ q̃ ad nr̃am ſalutẽ ptinẽt. Ad hec de con. di. j. c. j. et diſ. ij. ſacrificiũ. ⁊. c. ſignũ. j. q. j. q̃cq̃d. ex̃ de ſacra vnc. c. vnico. Dicit᷑ etiã donũ intellectꝰ lumẽ quo inuiſibilia cognoſcunt᷑. Vnde Aug. Sextꝰ gradus eſt intellectꝰ vbi ab omni falſitate carnalis vanitatis corda mũdãtur: vt pura intẽtione dirigant᷑ in finẽ. Bern. in li. de cõſideratione diſtinguens inter intellectũ fidẽ et opinionẽ / ponit eorꝫ deſcriptiões ſic: Fides eſt volũtaria q̃dã ⁊ certa prelibatio necdum ꝓpalate veritatis. Intellectꝰ eſt rei cuiuſlibet inuiſibilis certa et manifeſta notitia. Opinio eſt q̃ſi ꝓ vero habere aliq̃d qᵈ falſum eẽ neſcias. In eodẽ. Intellectus rationi innitit᷑. fides authoritati. Opinio ſola veri ſimilitudine ſeruat᷑. Cui concordat Augu. in li. de vtilitate credendi dicens. Q꜄ credimꝰ debemus authoritati. q̃ intelligimꝰ rationi. q̃ erramꝰ opinioni. Ad hoc donũ ptinet cordis munditia. iuxta illud Mat. v. Beati mũdo corde.

¶ Articulus. xc. A

## Vltimo ſequit᷑ de do

no ſapientie. Sapiẽtia q̃nq꜄ large ſumit᷑ ꝑ ſapida ſciẽtia. Et ſm̃ hoc ſapiẽtia dicitur quaſi ſapore virtutũ condita ſciẽtia. Sapidã ſcientiam habet cui res quas cognoſcit prout debent ſapiunt. q̃ſi ſc꜔ mala culpe. vide. xxij. q. j. ita ergo. Mat. vj. ibi. Sed libera nos a malo. Sunt ei amara bona tẽporalia ⁊ vilia bona ſpũalia chara. Bern. Inueniſti plane ſapientiam: ſi prioris vite peccata defleas: ſi huiꝰ ſeculi deſiderabilia ꝑuipendas: ſi eternã beatitudinẽ toto deſiderio concupiſcas. Inueniſti plane ſapientiã ſi ſingula horũ tibi ſapiũt ꝓut ſunt. Stricte ſumit᷑ ſapiẽtia pro cognitione eternorꝫ cum guſtu. vñ Aug. in li. de tri. Hec eſt (inq̃t) ſapiẽtie et ſciẽtie recta diſtinctio: vt ad ſapientiã ptineat eternarũ rerũ cognitio intellectualis: ad ſciẽtiã ptineat rerũ inferiorũ cognitio rationalis. Et ſm̃ hoc ſapiẽtia nõ eſt diuerſa a dono itellectꝰ / large loquẽdo. Sumẽdo ſtrictiꝰ accipit᷑ ſapientia ꝓ cognitiõe ſuauitatꝭ diuine habita ꝑ experiẽtiã. ⁊ ſic

Sapientia.

diuerſa eſt a dono itellect⁹. Differt etiã ĩb ſapiẽtia a dono intellectus.ſcꝫ quia ſapiẽtia veritati tm̃ contẽplande intendit. Intellectus vero nõ modo de eternis eſt:ſed etiã de rebus viſibilib⁹ ⁊ ſpũalibus tẽpoꝛaliter exoꝛtis. Intellectu intelligibilia tm̃ capimus. vt angelos/ꝟtutes/animas. Sapientia vero nõ modo ſupioꝛa capim⁹:ſed etiã incognitis delectamur. Cognitio que habetᷣ per donum intellectus eſt q̃ſi per viſum. Cognitio ꝟo que habetᷣ per donũ ſapientie eſt quaſi per guſtũ.pſ̃.xxxiij. Guſtate ⁊ videte q̃m ſuauis eſt dñs. Donũ ſapiẽtie tranquillat mentẽ ⁊ reficit per pacẽ quã efficit.gloſ.ſup Matth.v. In ſeptimo gradu eſt ſapientia.i.cõtemplatio veritatis pacificãs totum hoĩem. Grego. Ab intellectu aſcẽditur ad ſapiẽtiã vt hoc qd̃ acute intellectus inuenit:ſapientia mature diſponat. Auguſt. Cum ad ſapientiã in finem peruentũ fuerit iam requieſcitᷣ:ꝓpter hoc ſeptimo loco ponitur ſicut beati pacifici Matth.v. Greg. Illa ſapiẽtia clara eſt que non verbis volat:ſed que ꝟtutibus cõſtat. Bern. Hec eſt vera ſapientia:ſi obedientia moꝛtificat ꝓpꝛiã voluntatem:ſi cõtinentia amputat voluptatẽ:ſi patientia modeſtiam coꝛpoꝛalẽ:ſi paupertas mundialẽ ſuſtinet egeſtatẽ. Nam ſapiẽtia dei humiliat:nõ extollit. Ille vero ſapit: cuius animus in chꝛiſto eſt:cuius interioꝛ oculus erigitᷣ ad ſuperna. Augu. Nõ inuenit locũ ſapientia vbi non eſt patientia. De iſta ſapiẽtia vera q̃ eſt donum: Jaco.iij.in fine. Que autem deſurſum eſt ſapientia:pꝛimum quidem pudica eſt:deinde pacifica:modeſta:ſuaſibilis:bonis cõſentiẽs:plena mĩa ⁊ fructib⁹ bonis:iudicãs ſine ſimulatione.

¶ Articulus.xcj. A

Hunc dicẽdũ eſt de vita contẽplatiua quam ſapientia expetitur. Et pꝛimo de pꝛeeminentia vite cõtemplatiue ad actiuã. Sunt aũt duodecim in q̃bus pꝛeeminet contemplatiua.

vite actiue pſtat contemplatiua.

Pꝛimũ quia intẽdit melioꝛi ſcꝫ deo:quum actiua intẽdit pꝛimo. Contẽplatiua dicit.pſ̃.lxxij. Mihi aũt adherere deo bonum eſt. Luce.x. Poꝛro vnũ eſt neceſſarium. gloſ. Bede. Deo ſcilꝫ iugiter adherere. Item ibi. Reliquit me ſolam miniſtrare. Augu. Erat eñ intenta Maria dulcedini ꝟbi dñi.intenta erat Martha quõ paſceret dñm. intenta Maria quomodo paſceretᷣ a dño. A Martha conuiuiũ dño parabatur:in cuius cõuiuio iam Maria iocũdabatᷣ. Quũ ergo Maria ſuauiter audiret verbum dulciſſimũ:et coꝛde intentiſſimo paſceretᷣ:interpellato dño a ſoꝛoꝛe ſua/quõ putamus eam timuiſſe ne diceret ei dñs/ Surge:⁊ adiuua ſoꝛoꝛẽ tuã: Mira eñ ſuauitate tenebatur.q: pꝛofecto maioꝛ eſt refectio mentis q̃ȝ ventris. Act.vj. Non eſt equũ nos derelinquere ꝟbum dei: ⁊ miniſtrare mẽſis.ibi gloſ. Quia melioꝛa ſunt fercula mẽtis q̃ȝ coꝛpoꝛis. Item Aug. Pꝛeponitᷣ aũt vnũ multis.nõ eñ a multis vnũ:ſed multa ab vno.xxxiij. q.ſi.c.ſi. Unũ ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpũs. Ad hoc vnũ non nos ꝑducit:niſi multi habeam⁹ coꝛ vnũ.xij.q.j.c.ij.⁊.c.ſcimus. Et ibi Theophilus. Uſq; eñ adeo honoꝛatᷣ.xxxv.diſt.ſero die. ⁊.xlij. diſt. c.ij. hoſpitalitas:donec ad neceſſaria nos attrahit. Quũ ꝟo incipit ab vtilioꝛib⁹ impedire:manifeſtũ eſt ꝙ honoꝛabilioꝛ eſt diuinoꝝ auditus. Itẽ ibi ſuper illud. Maria optimã partẽ elegit q̃ non auferetᷣ ab ea. Augu. Non tu malã: ſed illa melioꝛẽ.vñ melioꝛẽ: q: non auferetᷣ ab ea. a te auferetur aliq̃n on⁹ neceſſitatis. Nõ eñ quũ veneris ad illã patriã:inuenies peregrinũ quẽ ſuſcipias hoſpitio. Mat.xxv.ſed bono tuo auferetᷣ.vt qd̃ meli⁹ eſt detur. Tu nauigas.illa in poꝛtu eſt. Eterna eñ eſt dulcedo veritatis. In hac tm̃ vita augetᷣ.in illa ꝑficietᷣ.nunq̃ȝ auferetᷣ. Itẽ Amb. Agat erga te ſicut Mariã deſideriũ ſapiẽtie.hoc eñ maius hoc ꝑfectius opus. Nec miniſterij cura cognitionem verbi celeſtis auertat.nec arguas eos ⁊ otioſos iudices quos vides ſapiẽtie ſtudere. Itẽ Greg.l.vj.moꝛaliũ. Per Mariã que ꝟba dñi reſidẽs audiebat:contẽplatiua vita deſcribitur.per Marthã exterioꝛibus obſequijs occupatã/actiua vita ſignatᷣ.ſed Marthe cura nõ repꝛehenditur: Marie ꝟo laudatᷣ.q: magna ſunt actiue vite merita: ſed cõtẽplatiue potioꝛa.vñ nec auferri vnq̃ȝ Marie pars dr̃. q: actiue vite opa cũ coꝛpoꝛe trãſeunt.cõtẽplatiue autem gaudia meli⁹ ex fine ꝯualeſcũt. de hac pſ̃.xxvj. Unã petij a dño ⁊c. De vtraq; ex̃ de renũ.niſi.§. ne putes. de regula licet.§.illa.xxxvj.diſ.ſiq̃s.xix.q.ij.due.viij.q.j.qui epiſcopatum. ⁊c. Iſidoꝛus in lib. differẽtiarũ. Inter actiuã et cõtẽplatiuã hec diſtãtia eſt. Actiua vita in opib⁹ iuſtitie ⁊ pꝛimi vtilitate ꝟſatur. Contẽplatiua aũt ab omni negotio vacãs in ſola dei dilectiõe defigitᷣ. Una in ope cõuerſationis: altera in cõtemplatione immutabilis veritatis.viij. q.j.qui ep̃atum. Itẽ in libꝛo de ſummo bono. Actiua vita mũdanis rebus bñ vtitur. Cõtẽplatiua vero mũdo renũtians ſoli deo viuere delectatᷣ. Differentiã lati⁹ deſcriptã per Aug.ſup Joã.xxj.in homi.dixit dñs. Petro.inter actiuã et cõtẽplatiuã vitã require in legẽda beati Jo.euãge. et inter alia ibi dicit. Una flagellatᷣ malis: ne extollatᷣ in bonis. Altera tãta plenitudine gr̃e caret oĩ malo: vt ſine vlla tentatione ſupbie coheреat ſummo bono. Una inter mala;⁊ bona diſcernit. Altera q̃ bona ſunt/cernit. Una ergo bona eſt:ſed adhuc miſera. Altera melioꝛ ⁊ beata. Et illa ſignificata eſt per apſ̃m Petrũ. Iſta per Joannẽ. Et ꝙ vita cõtemplatiua figuretᷣ per Joannẽ euangeliſtã tãgit gloſ.ſup illud Jo.vlti. Conuerſus Petrus vidit diſcipulum quẽ diligebat ieſus.et ſequitᷣ in gloſ. Hanc plene chꝛiſtus diligit ⁊ ſeruat in eternũ.et loquitᷣ de vita contẽplatiua. Utraq; etiã hec vita per duos ꝓphas figuratur ſm̃ Greg.per Eſaiã actiua.ꝑ Hieremiam contẽplatiua. viij.q.j.in ſcripturis. De vtraq; etiã legitᷣ.e.q.c.qui ep̃atũ. Item Greg.ſup Ezech.ait. Uita cõtẽplatiua maioꝛ eſt q̃ȝ actiua.q: actiua in vſu ꝑſentis operis laboꝛat. Contẽplatiua vero ſapoꝛe intimo venturã iam requiẽ deguſtat.ar. ad hoc.j.q.ij.ſiq̃s neq;. ¶ Secundũ/q: clarius videt. vñ dr̃ de Lia.q̃ ſignat actiuã.vt ex̃ de renũ.niſi.§. ne putes. ꝙ erat lippis oculis. Geñ.xxix. Greg. Mens que cõtẽplando otia appetit/plus videt:ſed minus generat. facit pꝛe. c.qui ep̃atũ. ¶ Tertiũ/mũditia ſiue pulchꝛitudo.xxx.q.v. femine. Uñ de Rachele ſignificãte contẽplatiuã. vt pꝛe.§. ne putes.dr̃: Geñ.xxix.ꝙ erat venuſto aſpectu. ¶ Quartũ/ſecuritas. Pꝛouer.ix. Fruſtra iacitᷣ rete añ oculos pennatoꝝ.gloſ. Facile euadit laqueos in terris:q̃ hꝫ oc̃los in celis. Pꝛouer.iij. Oẽs ſemite illi⁹ pacifice.expꝛeſſum pꝛe.§.ne putes.ibi. Magis ſecura. ¶ Quintũ/quies. Luc.x. dicitur Maria ſedere ad pedes dñi. Martha ſatagebat cir.fre.mi.vbi gloſ. Maria ſedet.q: cõtẽplatiua pacatꝭ vicioꝛũ tumultib⁹ optata iam in chꝛiſto mẽtis quiete fruitᷣ. Martha ſtat.quia actiua laboꝛioſo deſudat certamine. Cañ.ij. Sub vmbꝛa illi⁹ quẽ deſiderabã ſedi ⁊c. Sedi inquam per quietem contemplationis. Thꝛeñ.iij. Sedebit ſolitarius:⁊ tacebit:et leuabit ſe ſupꝛa ſe. In vmbꝛa ſignificatur refrigerium diuine ꝓtectionis ꝯ eſtum tentationis ⁊ tribulationis.pſ̃.xvj. Sub vmbꝛa alarũ tuaꝝ. gloſ. Alarum mĩe et charitatis. Nota ꝙ dicit/quẽ deſiderabã. pſ̃.xlj. Quẽadmodũ deſiderat ceru⁹ ad fontes aquaꝝ ⁊c. Ceruus vexatus a venatoꝛib⁹ laſſatur:⁊ eſtuatᷣ:et fontes deſiderat.ſic aĩa fidelis a venatoꝛib⁹ infernalib⁹.i.demonijs ⁊ pꝛauis hoĩb⁹ agitata/fontẽ chꝛiſtũ deſiderat.fontẽ vtiq; de quo pſ̃.xxxv. Apud te eſt fons vite. Nota etiã ꝙ ſequitur ibi in Cãti. Fructus ei⁹ dulcis gutturi meo: vere dulcis ⁊ omni melle dulcioꝛ. Eccl'i.xxiiij. Spũs me⁹ ſuper mel dulcis ⁊c. Augu. Dedit nobis dñs pignus ſpirit⁹ in quo ſentimus eius dulcedinẽ:⁊ deſideram⁹ ipſum vite fontẽ. De hoc guſtat hic cõtẽplatiu⁹:in q̃ ſitis hui⁹ mũdi extincta ẽ. Aug. Qui biberit de fluuio padiſi cui⁹ vna gutta maioꝛ eſt oceano:reſtat vt ĩ eo ſitis hui⁹ mũdi extincta ſit. ¶ Sextũ/iocunditas. Martha eñ turbatᷣ. Luc.x. ſed Maria iocũdatᷣ.vt ait Aug.⁊ Greg.l. Hec ĩ vſu ꝑñtꝭ opis laboꝛat. Illa ꝟo ſapoꝛe intimo vẽturã iã requiẽ deguſtat.

¶ Septimū/permanentia.nam actiua et eius vſus cum corpore ⁊ tēpore deficit.cōtēplatiua hic incipit ⁊ in gloria perficit.vt dicit gloſ.ſup illud Luce.x. Maria optimam partē elegit ⁊c. ¶ Octauū/deuotio. vñ de Maria legit ꝙ vnxit chriſtū. Matth.xxvj. Luc.vij. Joā.xij. ¶ Nonū/ familiaritas qđ ſignificatū eſt in Joā.euangeliſta. vnde gloſ.ſup illud Jo.vlti. Uidit eñ diſcipulū quē diligebat ieſus.Hūc chriſtꝰ plene diligit ⁊ ſeruat in eternū. ¶ Decimum/q: precioſior: hec.q: rarior.xciij.diſ.legimꝰ.ibi.Omne rarum.ij.q.vij.in ſancta.pcioſum. Iſidorus. Actiua cōmunis multoꝝ eſt:contēplatiua vero paucoꝝ. Vñ arca in cubito fuit conſummata:licet lata eſſet inferius. Gen.vj. ¶ Undecimū/q: celeſti vite ſimilior. Augu.in lib.xxij. de ciui.dei. Ibi vacabimus ⁊ videbimus ⁊ amabimus.amabimus ⁊ laudabimꝰ.pſ.xlv. Uacate ⁊ videte qm̄ ego ſuz deus. ¶ Duodecimum/q: eſt finis actiue. quia de actiua trāſitur ad contēplatiuā.⁊ finis melior eſt.Greg.Qui ad arcem contēplatiōis aſcēdere deſiderat:prius neceſſe eſt vt in cāpo actionis ſe exerceat.precedit eñ actio :ſicut ſpina granum ⁊ ſicut limus aiam inſpiratā.ſm Iſaac de vita contēplatiua. Item cōtēplatiua figuratur per Enoch. de quo Gen.v.ibi.Ambulauit cū deo:⁊ non apparuit: q: tulit eum deus.Actiua per Noe fabricantē arcam ⁊ plantantē vineā.Gen.vj.⁊.ix. Item contēplatiua p Moyſen loquentem cum dño.Actiua per Aaron loquentē ad populū.Exo.iiij.xxxvj.diſt.c.ſi.Item cōtēplatiua per Jacob manentē in tabernaculis.actiua per Eſau venatorē.Genes.xxv.lxxxvj.diſtin.eſau. ¶ B

Spēs cōtēplationis quatuor.

Nunc videndum circa que debeat verſari cōtemplatio. Berñ. in lib. de conſideratione ponit.iiij.ſpecies contēplationis circa ea q̄ dei ſunt.Et eſt expoſitio illius vbi apoſtoli Ephes.iij. In charitate radicati ⁊ fundati: vt poſſitis cōprehendere cum oibus ſanctis que ſit latitudo ⁊ longitudo et ſublimitas et pfundū. ¶ Prima circa maieſtatis admirationē.Hec requirit cor a vitijs purgatum ⁊ liberū:et a terrena ſarcina exoneratuz.vt facile ad ſuperna ſe leuet:et per aliquas interdū morulas ſtupore et extaſi admiratione ibi ſe teneat.Hec comprehendere nititur quātū eſt poſſibile diuinā ſublimitatē. ¶ Secunda circa diuinoꝝ iudicioꝝ varietatē et ordinationem qđ vehementer concutit intuentis animū.Hec fugat vitia.fundat virtutes.initiat ad ſapientiam.ſeruat humilitatem:q̄ eſt virtutū fundamentū ſtabile.ſine qua virtutuz congregatio nihil niſi ruina eſt. hec nititur cōprehēdere profundum. ¶ Tertia circa largitatem diuinoꝝ bñficiorū.quorum conſideratio eſt mirabilis via ad intuendum dei bonitatem.et que multū eiꝰ amorē accendit.Hec nititur cōprehendere que ſit latitudo charitatis. Horū obliuio ingratum:recordatio gratum cōprobat. ¶ Quarta circa expectationē promiſſoꝝ:q̄ quū ſit conſideratio eternitatis:longanimitatē alit:et perſeuerātie dat vigorem. Hec nititur cōprehendere que ſit longitudo: ꝓpter eternitatem.latitudo:propter charitatē.ſublimitas: propter maieſtatem.pfunditas:propter ſapientiā. Iſta nō diſputatio ſed ſanctitas cōprehēdit.Sanctū facit affectio ſancta:que in timore et amore eſt. quibus affecta anima q̄ſi duobus brachijs cōprehendit/amplectit/ſtringit/timet. Quid tam timendū ꝙ poteſtas cui reſiſtere non potes? ꝙ ſapientia cui abſcondi non potes? Quid tam amabile ꝙ amor ipſe quo amaris? Stupēda plane ſublimitas maieſtatis.pauenda abyſſus iudicioꝝ. Feruorem erigit charitas:eternitas perſeuerantiaz ſuſtinendi. ¶ Et nota ꝙ Berñ.diſtinguit inter contēplationē et cōſiderationē dicens.

Cōſideratio.

Conſiderationē nō id per oia qđ cōtēplationē intelligi volo.q: contēplatio ad rerū certitudinē: cōſideratio ad inq̄ſitionē magis ſe hȝ.Et ſm hunc ſenſum pōt contēplatio definiri ſic.Cōtēplatio eſt verꝰ certuſq; intuitꝰ animi de quacūq; re:ſiue apphenſio veri nō dubia.Conſideratio eſt intenta ad inueſtigandum cogitatio; vel intentio non inueſtigantis verum.ſed frequenter vnum ponitur pro alio. Idem. Quatuor conſideranda reor.que in te:q̄ ſub te:que circa te:q̄ ſupra te ſunt. A te tua cōſideratio inchoet:ne fruſtra extēdaris i alia te neglecto. ¶ E Conſiderationis ſpēs ſm Berñ.tres ſunt. Prima dicit diſpēſatiua:ſenſibus ſenſibilibuſq; rebꝰ ordinate vtens ad pmerendū deū.Que fit quidez quū quis ſenſuū vſus velut quaſdā opes ſolo pietatis intuitu expēdere ſatagit in ſuā multorūq; ſalutem. Scđa exiſtimatiua :prudēter ac diligenter queq; ſcrutans:⁊ inueſtigando ponderās. Quod fit quū q̄s ex viſibilibꝰ inuiſibilia occulta rimat. et hec perfectior eſt prima.dulcior ⁊ felicior.ſed pma fortior et vtilior. Tertia ſpeculatiua ſe in ſe colligēs: ⁊ quātum diuinitus adiuuat rebus hūanis ſe eximens ad contēplandū deū.Quod fit quū ſpreto ipo rerū ⁊ ſenſuū vſu quantum humane fragilitati fas eſt : ad ſublimia ſe attollere ↄſueuit.Hec perfectiſſimoꝝ eſt. Ođ prima optat: ſcđa odorat.tertia deguſtat.ad quē tñ iuſtū perducunt ⁊ cetere:etſi tardius:prima tñ laborioſius:ſcđa quietiꝰ peruenit.

Cōſiderationis ſpecies.

¶ D Itē ſm Berñ.Octo ſunt gradus q̄bꝰ ad cōtēplationē aſcendit. Primus/perfecta obedientia deo et homini.Secūdus/corpus in ſeruitutem redigere.vt deſipiat caro.Tertiꝰ eſt/vſum boni per diſcretionē in conſuetudinē vertere. Quartꝰ eſt/attēte intelligere q̄ in doctrina fidei apponūtur.Quintus/mundā aiam conſeruare. Sextꝰ/tranſire de iudicio rōnis in affectū mētis. Septimus/reuelata facie dei gloriā ſpeculari. Octauꝰ/trāſformari a claritate in claritatē.ij.Cor.iij.

Cōtēplatiōis gradus.

¶ E Talis fuit Paulus raptꝰ in tertiū celū.ij.ad Cor.xij. vbi gloſ.diſtinguit tres ſpēs viſionū.eſt eñ corpalis/imaginaria/et intellectualis.Corpalis/quū quedā dei munere corpal'r videntur ab aliquo:que alij videre nequeūt.vt Balthaſar manū.Dañ.v. Imaginaria/quum aliq̄s ſomno vel extaſi videt nō corpora ſed imagines corpoꝝ.et hoc dei reuelatione.vt Petrꝰ diſcū.Actuū.x. Intellectualis qua nō corpora nec imagines vident:ſed in ſubſtantijs incorporeis mētis intuitꝰ intra dei pomeria figitur. ¶ F Et talis fuit Pauli viſio.vñ Aug.ſentit ꝙ Paulus viderit deū facie ad faciē.dicit enim.Cur nō credamꝰ ꝙ tanto apl'o voluit deꝰ demōſtrare vitā in qua poſt hanc videndus eſt in eternū? nec eſt ↄ illud Exod.xxxiij. ⁊ Joan.j.Deum nemo vidit vnq̄ niſi vnigenitꝰ ⁊c. Non videbit me homo ⁊ viuet.q: loquitur de hoie humano modo viuente.vñ Aug. in lib.de trinitate.Uideri diuinitas hūano viſu nullo modo pōt.ſed eo viſu videt:quo qui vident/nō iam homines ſed vltra hoies ſunt. Et Greg. in gloſ. ſuper illud Exod. xx. Nō videbit me homo et viuet. In hac carne viuentibus contemplationis acumine poteſt eterna claritas videri.ſed qui ſapientiam que deus eſt/videt:huic vite funditus moritur:ne eius amore teneatur.Et nota ꝙ q̄ vere raptus eſt:ſenſu non vtitur. ¶ G

Deuz nemo vidit vnq̄ ⁊c.

De preparatorijs ad cōtemplandū aliquid eſt videndum. ⁊ ſunt duodecim ſm Berñ. ¶ Primū/exercitatio in operibus actiue. q: de actiua naſcit contēplatiua. non eñ ꝙ cito peccator deo recōciliatur:dignus eſt videre faciez pris.qđ fuit in Abſalon figuratū.ij.Reg.xiiij. ¶ Secūdum/cordis puritas. Bernarđ. Hoc ineffabile quum non niſi ineffabiliter videatur/qui vult videre:cor mundet.quia nulla ratione niſi cordi mundo. Matth.v. ⁊ humiliter amanti videri poteſt vel apprehendi.Augu. in libro ſolilo.Quum fueris talis vt nihil prorſus terrenorum te delectet:mihi crede eodem momēto.eodē puncto poteris obtinere quod cupis.Frater Egidius. Puritas deum videt.deuotio ipſum manducat. Unde Aaron non intrauit in ſancta ſanctorum:niſi prius. Leuitic. viij. Exod.xx. ⁊ vltimo.lotus. ¶ Tertium eſt ſolitudo. Oſee ij.cap.Ducam eam in ſolitudinem : ⁊ loquar ad cor eius. Et in monte viderunt diſcipuli ieſum tranſfiguratum. Matth. xvij. Marci. ix. et Luce.ix.cap.vbi Remigius.

Ad cōtēplatiōez conducētia.

In quo docet q: neceſſe eſt hominibus qui deum cõtem-
plari deſiderant: vt non in infimis voluptatibus iaceãt:
ſed amore ſupernorũ ſemper ad celeſtia erigãtur. Bern.
O aia/ſola eſto: vt illi te ſolã ſerues quẽ ſolũ ex oibus ele
giſti. Dei eñ filius verecũdus amator eſt. ⁊ nõ vult ſpõſe
ſue ſecreta in publicũ reuelare. Unde Jacob ſolus rema
nẽs cũ angelo luctatus eſt. Geñ.xxxij. Lucta eſt oratio et
contẽplatio. vñ Eſa.xlix. dicit gloſ. ꝙ Jacob pugnauit cũ
angelo: nõ manibus/ſed precibus. Bern. Aiam quã vide
ris relictis oibus ſoli ꝟbo votis oibus adherere: ꝟbo vi-
uere: verbo ſe regere: a corporalibꝰ ſenſibꝰ ſtudioſe ſecede
re: vt ſeſe non ſentiat dũ ſentit verbũ: atqꝫ ineffabili ille-
cta verbi dulcedine quodãmodo ſe ſibi furatur: immo ra
pitur atqꝫ labit̃ a ſeipſa: vt ꝟbo fruat̃: hãc eſſe ſpõſam nõ
dubites ſummi ſpõſi. ¶ Quartũ eſt deſolatio. Deuteroñ.
viij. Afflixit te penuria: et dedit tibi cibum mãna. Mãna
eſt dulcedo cõtẽplationis: que datur aie poſt triſtitiã pre-
ſentis deſolationis. Hoc notat̃ Eſa.liiij. Paupercula tem
peſtate cõuulſa ⁊ abſqꝫ vlla cõſolatiõe. ecce ego ſternam
per ordinẽ lapides tuos. Jacob cõtriſtatꝰ timore fratris
ab angelo meruit conſolari. vnde dicit. Uidi dñm facie
ad faciẽ ⁊c. Geñ.xxxij. vbi Grego. Exeunte prius triſtitia
caligo detergit̃. ⁊ ſic reſplendente raptim incircũſcripto
lumine mens illuſtrat̃: ⁊ in gaudio quedaꝫ ſecuritas ab-
ſorbet̃. ¶ Quintũ eſt ſilentiũ. Thre.iij. Bonũ eſt cũ ſilen
tio preſtolari ſalutare dei. ⁊ ibi. Sedebit ſolitarius ⁊ tace
bit. xvj.q.j. perlatũ.ij. Uñ Maria tacet. Luc.x. ꝟbũ eñ/in
eternũ/qd audire ad contemplationẽ pertinet: in magno
ſilentio vult audiri. pſ̃.lxxxiiij. Audiã qd loquatur in me
dñs deus. ¶ Sextũ eſt gratiaruꝫ actio et vox laudis. pſ̃.
xlix. Sacrificiũ laudis honorificabit me: et illic iter quo
oſtendam illi ſalutare dei.i. chriſtum. Alia tangunt̃ Geñ.
xviij. vbi d̃r. Apparuit deꝰ Abraã in cõualle mãbre. quorũ
primũ eſt humilitas. gloſ. interli. Apparet deꝰ humilibꝰ. ⁊
ſm Greg. aque ad valles deſcendunt.i. gr̃a ad humiles.
Mãbre interpretat̃ claritudo vel perſpicuitas. ⁊ ſignat
duplicẽ humilitatẽ mentis/⁊ corporis: qua deꝰ clarius vi
detur. Bern. Magna fratres magna ⁊ ſublimis virtꝰ hu
militas. que promeretur qd non docet̃. digna adipiſci qd
nõ valet addiſci. Supbo oculo deꝰ nõ videt̃ ſincere. Idẽ.
Quiſquis curioſus eſt ſcire qd ſit hoc verbo frui: para illi
non aurẽ/ſed mentem. non eñ docet hoc lingua ſed gr̃a.
¶ Scdm mentis quies. qd tangit̃ ibi. Sedẽti. Thren.iij.
Sedebit ſolitariꝰ ⁊c. Et Jacob dormiẽs in itinere vidit
ſcalam. vbi Greg. In itinere dormire/eſt in via huiꝰ ſecu-
li ab impedimento ſeculariũ actionũ quieſcere. De hoc
ſomno Cañ.v. Ego dormio ⁊ cor meũ vigilat. Et de hoc
ſomno cõtẽplationis ſm Ber. intelligit̃ illud Geñ.ij. ibi.
Immiſit ergo dñs ſoporẽ in Adã. cuqꝫ obdormiſſet ⁊c.
de peni. diſ.ij. ꝟ. Romanos. ¶ Tertiũ/deſideriũ egrediẽ-
di de corpore. qd no. ibi. In oſtio tabernaculi. Oſtium ta
bernaculi eſt exitꝰ de corpe.ij. Pet̃.c.j. ibi. Uelox eſt depo-
ſitio tabernaculi mei. In oſtio tabernaculi ſedent: q̃ mor
tem hñt in deſiderio: ⁊ vitã in patiẽtia. Phil̃.j. Cupio diſ-
ſolui ⁊ eſſe cũ chriſto. ¶ Quartum/feruor charitatis. qd
tangit̃ ibi. In feruore diei. vñ Aarõ cũ igne et thymiami-
te intrat in ſancta ſanctorꝫ. Leuit̃.xvj. Amor eñ ſm Diony
ſium trãſformat amantẽ in amatum. vt dicat. Uulneraſti
cor meũ ſoror mea. Cañ.iiij. ¶ Quintũ/cordis eleuatio
et de ſupnis meditatio. qd tangit̃ ibi. Quũ eleuaſſet ocu
los ſuos. Sapien.viij. Cogitare de illa ſenſus eſt conſum
matus. ¶ Sextum/oratio quod tangitur ibi. Ne tranſ-
eas ſeruum tuum. vnde Luce.iij. Jeſu orante apertuꝫ eſt
celũ. Bern. Quum foris miſſa fuerit omnis immũditia:
et adfuerit ſeculariũ cure abſciſſio: carnis afflictio/cordis
contritio/frequens et pura delicti confeſſio/⁊ lauacrum
fletus: tunc ſurſum attollunt os eſſentie dei admirabilis
meditatio/caſte veritatis inſpectio/oratio munda ⁊ vali
da/iubilus laudis/⁊ deſideriũ ardens in deum.

C Irca hoc notãdũ
eſt ꝙ Richardus de ſctõ victore i lib. de
cõtemplatione diſtinguit inter ꝯtempla
tionẽ/meditationẽ/et cogitationẽ. Con Contẽ-
templatio ſm eum eſt libera mẽtis per- platio.
ſpicacia in ſapientie ſpeculo cum admiratione ſuſpenſa.
Uel ſic. Contẽplatio eſt perſpicax ⁊ liber animi intuitꝰ in
res perſpiciẽdas vſqꝫquaqꝫ diffuſus. Meditatio eſt ſtu- Medi
dioſa mentis intentio circa aliqd inueſtigandũ diligẽter tatio.
inſiſtẽs. Uel ſic. Meditatio eſt prouidus animi obtutus
in veritatis inquiſitione vehemẽter occupatus. Cogita- Cogita-
tio eſt improuidus animi reſpectꝰ ad euagationẽ pronꝰ. tio.
Et quis contẽplatio ⁊ ſpeculatio pro inuicem ſoleãt po-
ni: aptius tñ ſpeculationẽ dicimus qñ per ſpeculuꝫ cerni-
mus. Contemplationẽ vero qñ veritatẽ ſine aliquo inuo
lucro ſine vmbrarũ velamine in ſua puritate videmus. et
ſic hoc nomẽ contẽplatio ſtricte accipit̃. Joã. Caſſi. in lib.
coll̃. in prima collatiõe Moyſi que eſt de deſtinatiõe mo-
nachi ⁊ fine ſic ait. Contẽplatio dei multifarie cõcipitur.
Nam deus non ſolũ incõprehenſibilis illius ſubſtãtie ſue
admiratione cognoſcitur: qd tñ adhuc in ſpe ꝓmiſſionis
abſcõditũ eſt: ſed etiã creaturaꝝ ſuarũ magnitudine: vel
equitatis ſue conſideratione: vel quotidiane diſpenſatio
nis auxilio ꝓuidetur. qñ ſcꝫ que cũ ſanctis ſuis per ſingu
las generationes egerit: mente puriſſima perluſtramus.
quũ potentiam eius qua vniuerſa gubernat/moderat̃/
ac regit: cũ immẽſitate ſciẽtie eius ⁊ oculũ quem latere ſe
creta cordiũ non pñt. xxvj.q.v. nec miruꝫ. in fi. tremẽti cor
de miramur. quũ arenã maris vndarumqꝫ numerũ dimẽ
ſum ei et cognitũ cogitamus. quũ pluuiarũ guttas/quũ
ſeculoꝝ dies/quum pterita futurave obſtupeſcentes ſciẽ-
tie eiꝰ adſiſtere cõtẽplamur. quũ ineffabilẽ clementiã eiꝰ
miramur: qua innumera flagitia q̃ ſingulis q̃buſqꝫ mo-
mentis ſub ipſiꝰ cõmittunt̃ aſpectu/indefeſſa longanimi
tate ſuſtinet. quũ vocationẽ qua nos nullis p̃cedentibus
meritis gr̃a ſue miſerationis acciuit. j. Corꝝ.xv.j.q.j. gr̃a.
de ꝯſe. diſ.iiij. gr̃a. quũ deniqꝫ qd occaſionẽ ſalutis tribuit
adoptãdis/cum quodã admirationis intuemur exceſſu.
ꝙ ita nos naſci precepit. vt ab ipſis incunabulis gr̃a no-
bis legiſqꝫ notitia ſue traderet̃. ꝙ ipſe aduerſariũ vincẽs
Luc.xj. in nobis ꝓ ſolo bone volũtatis aſſenſu eterna bea
titudine ac ppetuis nos premijs remunerat. quũ poſtre-
mo diſpẽſationẽ incarnatiõs ſue quam ꝓ nr̃a ſalute ſuſce
pit: ac mirabilia miniſtroꝝ ſuoꝝ in cũctis gẽtibꝰ dilatauit
fideli ⁊ deuoto ſpeculamur intuitu. ¶ Idẽ in collatione
Paphuntij de tribꝰ abrenũtiationibus dicit ſic. Tertia re
nunciatio eſt qua mẽtẽ noſtrã de p̃ſentibꝰ vniuerſis ac vi
ſibilibus euocãtes/futura tãtũmodo contẽplamur. Et.j.
Cuius renũtiatiõis tertie verã pfectionẽ merebimur ob-
tinere: qñ mens nr̃a nullo carnee pinguedinis hebetata
cõtagio/ſed peritiſſimis elimatiõibus expolita ab oi affe
ctu ⁊ q̃litate terrena p indeſinentẽ diuinarũ rerũ medita
tionẽ ſpũaleſqꝫ theorias ad illa q̃ inuiſibilia ſunt uſqꝫ
trãſierit: vt circũdatã ſe fragilitate carnis ac ſitu corpis
ſupernis ⁊ incorporeis intẽta nõ ſentiat. atqꝫ in hmõi ra-
piat̃ exceſſus: vt nõ ſolũ nullas voces auditu recipiat cor
porali: nec intuẽdis p̃tereuntiũ imaginibꝰ occupet̃. ſed ne
adiacẽtes qdẽ moles et ingẽtes materias obiectas ocl'is
carnis aſpiciat. Cuiꝰ rei fidem atqꝫ ꝟtutẽ nemo niſi is ca
piet q̃ hec q̃ dicunt̃ expiẽtia magiſtra pcepit. Cuiꝰ videlꝫ
ita dñs ocl'os cordis ex vniuerſis p̃ñtibus auocauerit: vt
ea nõ tanq̃ trãſitura ſed q̃ſi tranſacta iã reputet: ⁊ velut
inanẽ fumũ in nihilũ reſoluta cõſpiciat: ãbulãs vt Enoch
Geñ.v. cũ deo ac de humana cõuerſatiõe moribuſqꝫ trãſ
latus non inueniat̃ in p̃ñtis ſeculi vanitate. huculqꝫ Pa-
phuntiꝰ. ¶ Itẽ in collatiõe Sereni. Ad mẽſurã etatis ple
nitudinis chriſti. Eph.iiij. nemo pueniet al's in futuꝝ: niſi
q̃ imbutꝰ ea fuerit i p̃ñti: eãqꝫ adhuc in h̃ ſcl'o poſitꝰ p̃liba
uerit: chriſtiqꝫ mẽbrũ pcioſiſſimũ deſignatiuũ arrarũ co-

paginis illiꝰ per quā corpori myſtico qḋ eſt eccleſia. xxiiij. q. v. de liguribus. ad Coloſ. j. j. Cor. xij. eius valeat copulari: in hac carne poſſederit. vnum duntaxat deſiderans: vnū ſitiens: ad vnū nō ſolum actus ſuos: verū etiā cogitationes ſemper intendens. vt illud qḋ in futurū dicitur j. Cor. xv. de beata cōuerſatione ſanctorꝝ iam ſubarratū teneat in p̄ſenti. i. vt ſit ei deus omnia in oibus. ¶ Item in coll. Iſaac prima de oratione. Oratio dñica prouehit domeſticos ſuos ad illam igneā et perpaucis cognitam vel expertam immo ineffabilem orationem/ que omnem tranſcēdens humanū ſenſum nullo modo (dicā ſono vocis nec lingue motu nec vlla verborꝝ pronuntiatione) diſtinguitur: ſed quā mens celeſtis illius infuſiōe luminis illuſtrata non humanis atq; anguſtis deſignat eloquijs: ſed conglobatis ſenſibus velut de quodā fonte lucidiſſimo ⁊ copioſiſſimo effudit vbertim. Huius orōnis formulam dñs figurauit: quum in orationis agonia cōſtitutus etiā guttas ſanguinis inimitabili profudit exēplo. Luce xxij. Occaſionē aūt huius orōnis ignite multa prebent. Pſalmi v̄ſiculus decātatus. xxi. diſ. c. j. verſi. lectores. Canora fraterne vocis modulatio. Inſtrumentorꝝ vel organorum pulſatio. Pſallētis grauitas. Exhortatio viri perfecti. et collatio ſpūalis. Interitus chari vel fratris. Recordatio peccatorꝝ. et ne glorie tenteris contemplatio gehennalis. Item in eadē. Et vt orationis vere percipiatis affectum: non meā vobis: ſed beati Antonij ſententiam p̄feram. quem ita nonnunq̄ in oratione nouimus perſtitiſſe: vt eodē in exceſſu mentis frequēter orante quum ſolis ortus cepiſſet infundi: audierimus eū in feruore ſpūs proclamantē/ Quid me impedis ſol: qui ad hoc iā oriris vt me ab huius veri luminis abſtrahas claritate? Cuius etiā ſentētia non hūana ſed diuina hec eſt. Nō eſt (inq̄t) perfecta oratio in qua ſe monachus: vel hoc ipſum quod orat nō intelligit. Idem in. ij. collatione de orōne eiuſdē Iſaac. Hic nunq̄ finis totius perfectionis eſt: vt eouſq; extenuata mens ab omni ſitu carnali ad ſpūalia ſublimetur: donec ois eius conuerſatio ois cordis volutatio vna et iugis efficiatur oratio. ¶ Item in collatione Ioānis abbatis cenobite ⁊ eremite/ idem Ioannes ait/ Pro domini noſtri munere memini me in huiuſmodi raptum exceſſum frequēter: vt obliuiſcerer me ſarcina corporee fragilitatis indutū mentēq; meā ita oms exteriores ſenſus ſubito reſpuiſſe: ⁊ a cūctis materialibꝰ rebꝰ oibꝰ exulaſſe: vt neq; oculi neq; aures mee proprio fungerētur officio. Et ita diuinis meditationibus ac ſpiritualibus theorijs meus animꝰ replebatur: vt ſepe ad veſperā cibum me percepiſſe neſcirem: ⁊ ſequenti die de heſterna abſolutiōe ieiunij penitꝰ dubitarē. Item in collatione Theone de anamartheto. Una ergo ⁊ ſola eſt theoria. i. contēplatio dei cui merito omnia virtutum ſtudia poſtponūtur. multos etenim ſanctos q̄uis bonorum operum terrenis ſtudijs occupatos: tamen a contemplatiōe illius ſummi boni retrahunt ac retardant. Dixit frater Egidius laicus ſocius beati Franciſci maximus cōtemplatiuus q̄ gradus contemplationis ſunt: ignis/ vnctio/ extaſis/ guſtus/ contemplatio/ requies/ gloria. Item dicebat q̄ nullus poteſt ad contemplationem aſcendere: niſi per actiuam fideliter ⁊ deuote exercitatus fuerit. Ad contemplandā etiā gloriā diuine maieſtatis nullus pōt aſcēdere: niſi p̄ feruorē ſpiritus et frequentē orōnem. Per feruorem ſpūs accendit homo: ⁊ ad contēplationem aſcendit: q̄n cor cum ceteris mēbris eſt ad hoc totū diſpoſitū plene: ita q̄ nihil aliud etiā vult niſi qḋ h̄z et ſentit ⁊ pōt cogitare. Ille eſſet bonꝰ contēplatiuꝰ: q̄ ſi haberet inciſos pedes ⁊ manus et extractos oculos ⁊ inciſum naſum aures ⁊ linguā: pre magnitudine ſuauiſſimi ineffabilis ⁊ ineſtimabilis odoris gaudij et dulcedinis nulla alia mēbra nullaq; alia q̄ꝫ q̄ circa celū excogitari p̄nt/ curaret: vel habere deſideraret: p̄ter id qḋ h̄z ⁊ ſentit: ſicut Maria ſecus pedes dñi tantam recipiebat dulcedinē v̄bi dei: q̄ nullū habebat membrū qḋ poſſet vel vellet facere aliud q̄ꝫ faciebat. ⁊ hoc ſignum/ q̄ conquerēti ſorori q̄ nō adiuuaret eā nullo verbo vel indicio reſpondit. cuius aduocatus chriſtus factus eſt: pro Maria reſpōdēs que reſpōdere nō poterat. Luc. x. Idē. Contemplari eſt ab oibus eſſe diuiſum: ⁊ ſoli deo eſſe cōiunctum. Item frater Rogerius p̄uincialis vir extaticus ait. Quid putas erit ſi intimo tuo intimus ſit deus? lib. j. A quātis tenebris ad quātas duceris claritates per ſpm̄ eius? a. Si illas que in intimis illis ſiue internis ſecretis ſunt noſſes intimas cōtēplationes: ſi illas lucidas illuminationes/ ſi illos feruidos ſplēdores/ ſi illos ſimplos radios/ ſi illos puros fulgores/ ſi illos viuificos ardores/ ſi illos pacificos ſapores/ ſi illos delicioſos: immo delicioſiſſimos dulcores/ ſi res incognitas ⁊ innominabiles res tamē experimētales p̄fecte perciperes. A homo ſi hec experimēto noſſes: puto q̄ vt ego tenebras ferres grauiter vite tue. a. Qñ aūt erit? Putaſne videbo? qñ. qñ. qñ. oia in mora. nimium flenda dilatio horū. a. a. a. Quid tibi ſum ego: aut q̄d tu mihi deus meꝰ? ſed q̄d nō mihi es: hec verba ſilentij ſunt: nec hec extra ſilentiū ⁊ deū inueniri p̄nt. q̄ alibi nō ſunt. O q̄ꝫ beatus hō cuius in deo aīa fieri nouit deus. ſupple nō ſubſtantialiter: ſed vnitiue ⁊ transformatiue. Attende aūt ⁊ admirare q̄ dico/ exceſſus/ introitus/ defectus/ tranſitus/ apprehenſio/ transformatio/ ad oim cauſam amorū motio in ſilentiū illud bona/ quietatio punctalis/ infiniti viſio. Nec terrearis q̄ punctalē audiſti. illā eīm q̄n vult: ⁊ vult: ⁊ vt quantū vult dilatare pōt qui finitiſſimū in ſe infinitare pōt. Hec magna ſunt. Sentire ea vis? Attende q̄m nullus ſic intrat: niſi prius exceſſerit. nec deficit: niſi priꝰ introierit. nec tranſit: niſi priꝰ defecerit. nec apphendit: niſi priꝰ tranſierit. nec transformatur: niſi prius apprehēderit. nec intuet̄: niſi trāſformatio preceſſerit. nec ſic in illū amorē mouetur: niſi qui intus et valde intus fuerit. nec in beato illo ſilentio quietat̄: niſi qui illū amorē nouerit. Poſt hec videtur deus. q̄re etſi in quolibet p̄cedēti eſt viſio: poſt hec tn̄ ſequit̄ dei viſio manifeſta. Sed p̄ hoc qḋ dictū eſt deꝰ meꝰ q̄s vnq̄ ſenſus ad hoc ſufficit: quū etiā angelicꝰ intuitus qui hoc continue Mat. xviij. experit̄: i hmōi plene nō poſſit: nō p̄prijs imitatur dñe viribꝰ. Qui hoc q̄rit: totū tibi ſe exhibeat. vt in te trāſeat totus. huc uſq; Rogeriꝰ vene. Talia q̄ merā cōtēplationē reſpiciūt ſm̄ Bern̄. nō docet lectio: ſed vnctio ſpūſſcti in ſua dona ſapientie guſtāte. que vnctio docet de oibus his. j. Io. ij. ex̄ de ſacra vnc. c. vnico. §. j. v̄. de ſecūda. De vtraq; vita actiua ⁊ cōtemplatiua q̄ ſimul teneri pōt a p̄latis eccl'ie. xxxvj. diſ. ſiq̄s. viij. q. j. in ſcriptur. c. qui epiſcopatū. ij. q. vij. ſcītā. vij. q. j. ſcias. xvj. q. j. nos autē. xix. q. ij. due. ex̄ de renū. niſi. §. ne putes. ⁊ de regula. licet. §. penul.

¶ Expeditis tuis donis ſacratiſſimis alme ſpūs nūero ſeptenario deſignatis/ Ego frater petr̄: ſcriptor iſtiꝰ operis gemitibꝰ inenarrabilibus a te. Rom. viij. datis oro te veni hauſter calide ſcrē ſpūs ignee. perfla hortum meū. Cañ. iiij. in fi. i. eccl'iā q̄ eſt hortꝰ ꝯcluſus. vt in eodē. c. iiij. xxiiij. q. j. oibus. ⁊. c. q̄m. Meū inquā. q̄ eccl'ia eſt mr̄ mea et oim fideliū magiſtra. ex̄ de priuil. antiqua. Et fluēt aromata illiꝰ. i. v̄tutes ſm̄ Greg. in homi. paſce. q̄ vitia in ea. i. in mēbris ſuis corruptis exiſtētia expellāt. xxxij. q. j. cum renūtiat̄. Et currat in odorē vnguētorꝝ ſponſi ſui. Cañ. j. cū eccl'ia primitiua talibus virtuoſis odoribus fecūdata. vt in fine iſtius eccleſie militantis iam in proximo veniēte extremitas defectuoſe vite redeat ad principiū ſancte vite: ⁊ reuolet. o. ad. a. xxxv. diſt. ab exordio.

¶ Articulus. xciij.

Flante proſpe ſui dignisſima gratia dicta hauſtro/ et completa iſta ſcd̄a parte iſtius operis de ruina in vita magna ſtatuū eccleſie ſancte dei/ nō ad detractionē ſed correctionem preſcripta: Iā ratis mea deſiderat ī litore collocari. Act.

xxvij. Joã.iij.xxvij.q.j.nuptiaꝝ. Mat.xxv. Leuãs manus oculos ⁊ corad illũ ſpõſum eccľie Jeſum chriſtũ vnicum dñm noſtrũ filiũ dei viui et verũ deũ. Mat.xvj.qui eſt prĩ⸗cipium ⁊ finis. Apoč.j.⁊ qui vere fuit principiũ iſtiꝰ opis et cõſummatio.gr̃as vberes ſibi reddens: corde ⁊ ore benedico:ſibi dicẽs/Gloria laus ⁊ honor tibi ſit rex chriſte redemptor.et bñdictio/⁊ claritas/⁊ ſapiẽtia/et gratiarũ actio/honor/⁊ virtus/et fortitudo tibi deo nr̃o in ſecula ſeculoꝝ. Amen. Apoč.vj. Ac deinde ad te papa beatiſſime dñe Joan.xxij.de Jeſu chriſti dñi noſtri in terris vicarie generalis ⁊ ſponſe legitime eccľie ſue ſancte/cũ tuo venerabili et ſacro collegio dñorũ Cardinaliũ genibus flexis dirigendo ſermonẽ:hoc opus qđ iam feciſti ſcribi ſuppli⸗citer recõmendo. Jpſum corrigas:⁊ corrigi facias. Fauorem ſibi largiaris. Salus ibi tue ⁊ noſtre eccľie continetur. Sicut etiã dixi in ſuo principio:ſic et nũc in fine eius dico nihil aliud ſentio nec teneo nec doceo:niſi quod ſentis te⸗nes ⁊ doces cũ tua ſancta matre eccľia:que nunq̃ a veri⸗tate catholica deuiauit.xxiiij.q.j.a recta.c.memor.c.in fi⸗de. Si ergo in aliquo ex ignorãtia vel improuiſiõe vel ni⸗mia occupatiõe ſicut homo minus bene dixi:per te.lxiij. diſt.valẽtinianus.corrige:q: tibi p̃cipue chriſtiane religio⸗nis zelus incũbit.xxiiij.q.j.officij. Alia canonice dicta tua authoritate corrobora ⁊ cõfirma.xxv.q.ij.poſtea. ¶ Cõ⸗pleui autẽ hoc opus dei gr̃a comitante/currẽte anno dñi M.cccxxxij.pontificatꝰ tui anno.xvj.in fi. Jn feſto ſancte Marie niuis/in Auinione vbi tunc cum tua curia reſidebas. Et incepi anno dñi. M.cccxxx.põtificatus tui anno xiiij.in ciuitate eadẽ vbi cũ tua curia eras et ego ſeruus pedum tuoꝝ et officialis indignus in penitentiarie offi⸗cio regnante dño noſtro Jeſu chriſto cum patre et ſpiri⸗tuſancto benedicto et glorificato in ſecula ſeculorum.j.ad Timo.j.⁊ vlti.de cõſe.diſ.j.hi duo.⁊.c.porro gloria ⁊c.

¶ Authoris ſubſcriptio.

Manu propria vna vice correxi ⁊ apoſtillaui anno domini. M.cccxxxv. in Algarbia Portugallie vbi ſum preſul in villa Ramra. Secundo correxi et apoſtillaui in ſancto Jacobo de cõpoſtella anno domini. M.cccxl. ¶ Jn p̃ma parte iſtius opis ſunt.lxx.articuli. Jn ſcd̃a vero p̃te.xciij.

¶ Ad lectorem.

Habes tandem lector humaniſſime fratris Aluari Pelagij viri ſane peritiſſimi opus deſideratiſſimũ: cui titulũ indidit ipſe. De planctu eccleſie. Opus inquã ſupra veri fidẽ eruditiõis plenũ:quadrageſimotertio abhinc anno ſtanneis characteribꝰ primũ Vlme(que germanoꝝ eſt ciuitas)excuſũ. Jn quo nimirũ reponẽdo priſtinoq̃ nitori/quoad fieri potuit/reſtituendo quãtũ ſit deſudatũ quã⸗tũq̃ laboris (qđ citra gloriã dixerim) exhauſtum:penes eum ſit fides qui germana exemplaria cũ recentioribus hiſce cõtulerit. Non tñ ita nobis ipſi placemus:vt quicq̃d inerat mendarũ nr̃o diſpũctum obelo velimꝰ exiſtimari. Preter enĩ paucula vel heracliticis tenebris obſcuriora in q̃bus nihil oĩno potuimus integritatis expiſcari: nõ⸗nulla certo ſcimus nr̃os (hoĩes enĩ ſumus) oculos ⁊ fe⸗felliſſe et effugiſſe. Hoc tamen admonitũ te velim noſtrũ exemplar neſcio quibꝰ malis auibus tam portentoſis er⸗ratoꝝ mõſtris paſſim ſcatuiſſe:vt vix ĩ eo decimũquodq̃ verbum integrũ illeſumq̃ (ne dicã penitus aut inuerſum aut adulteratũ) fuerit reperire. Q: ſi tã inſignia hec ſcri⸗pta rurſum impreſſioni (qđ vtiq̃ ſperamꝰ) cõtigerit de⸗mandari:dijs bene iuuantibus emendatiora fortaſſis in vulgus prodibũt. Jmpreſſum eſt autẽ denuo preclarum hoc opus in famatiſſimo Lugdunenſi emporio apud vi⸗rum integerrimum Joannem Cleyn bibliopolam et in⸗duſtrium et de bonis literis optime meritum. Anno poſt chriſtũ natum ſeſquimilleſimo ſupra decimũ ſeptimo ad Calendas Auguſtas. Vale.

Diſtichon.

Plurima qui latuit vir vlli ſecula notus
Exerit e tenebris Aluarus ecce caput.



Hic liber eſt Monaſtery Sc̃ti Martiny
epiſcopi Compoſtelane Ciuitatis ∴

fr̃ Alffonſo de
S̃to Cipriano